## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

# CHRISTIANI THOMASII
Inſtitutiones
# JURISPRUDENTIÆ DIVINÆ,
In Poſitiones ſuccinctè contractæ,

*In quibus*

Hypotheſes Illuſtris Pufendorffii circa doctrinam Juris Naturalis Apodicticè demonſtrantur & corroborantur, præcepta vero Juris Divini Poſitivi Univerſalis primùm à Jure Naturali diſtinctè ſecernuntur, & perſpicuè explicantur.

*His præmiſſa eſt*

DISSERTATIO PROOEMIALIS & magnam partem Apologetica.

*Lactant. de Falſ. Sapient. c. 25.*

Myſterium Philoſophiæ Barbâ tantum celebratur & Pallio.

*Francofurti & Lipſiæ,*
Sumptib. Mauritii Georgii Weidmanni,
M DC LXXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI WILHELMI
MAGNI,
ELECTORIS BRANDENBURGICI,
&c. &c.
Miniſtro Statûs
&
Conſiliario Intimò,
*PerIlluſtri & Excellentiſſimo*
Domino
JOHANNI FRIDERICO
DE RHEZ,
&c.
Mecænati & Promotori Suo
ſubmiſſè colendo,

Digitized by Google

ad teſtandam Gratitudinem
Ob multa Beneficia hactenus in ſe collata,
ſimul vero
Continuationem Gratiæ & Patrocinii,
quod huc usque per decennium
infucatum ſenſit,
decentiſſimè precatus,
Inſtitutiones has
Jurisprudentiæ Divinæ
unà cum paratiſſimis ſuis ſervitiis,
eâ, quâ par eſt,
animi reverentiâ & obſervantiâ,
ſerò quidem, at ſeriò
offert
IPSIUS PERILLUSTRIS
EXCELLENTIÆ

devotus Cliens.

Chriſtianus Thomaſius.

DIS-

Digitized by Google

# DISSERTATIO
# Proœmialis ad Auditores.

§. 1.

MOris eſt, ut autores librorum, ipſis tractatibus, qvos emittunt, præmittant diſcurſum, in qvo vel commendant opus vel de aliis quibuscunque rebus ad lectores diſſerunt, de quorum diſcurſuum utilitate, aut impertinentiâ hôc locô non diſquiram, neque de eorum inſcriptione ſollicitus ſum, utrum rectius proœmii, an præfationis, an, quod non nemini vidi placuiſſe, antefationis titulo inſigniantur, rem privati arbitrii eſſe arbitratus, & hic maximè valere illud vulgare: *Suum cuique pulchrum.*

§. 2. Mihi verò cauſæ variæ fuerunt diſſertationem proœmialem præmittere Inſtitutionibus meis, tùm ut de ſcopo & intentione meâ vobis conſtet diſtinctius, tum ut à plagii literarii vitio me liberem, & Autoribus, quorum operâ eâ in re uſus fui, ſuum quod ipſis debeo tribuam, tum ut quædam obſcurius dicta, quæ quibusdam calumniandi occaſionem ſuppeditarunt, exponam, ac contra objectiones firmem, tum denique ut de emendandis nonnullis locis pauca moneam.



Digitized by Google

§. 3. Ad Vos verò, AUDITORES ſuaviſſimi, verba mea dirigam, non ſolùm, quia Veſtra potiſſimùm gratiâ Inſtitutiones has publici juris feci, adeoque Veſtrâ maximè intereſt, ea, quæ ad intellectum earum pertinent, præcognoſcere, ſed &, quia meum intereſſe non parum ſubeſſe videbatur, ut meam doctrinam atque ſtudia Vobis purgârem, Vobis, quorum ſalariis & annona per Dei gratiam hactenus vivo, & ad diligentiam atque veræ Philoſophiæ indagationem fui excitatus; omni videlicet occaſione deſtitutus publicis ſtipendiis vel ad ignaviam vel ad profitendam falſam ſapientiam autoritate magis quàm ratione ſubnixam abutendi.

§. 4. Ergo uti oleum perdidiſſem & operam, ſi eorum gratiâ, qvi ſcripta mea, non doctrinæ gratia, ſed animo, honeſtos meos conatus impediendi, & verba captandi inſidioſe & anxie evolvunt, calamum arripuiſſem, ita nihilominus iis obſtrictus vivo, qvi affectibus vacui inſtitutiones meas aut diſſertationem præſentem perluſtrabunt, eam de me opinionem foventes, qvod & à me qvædam proficiſci poſſint, qvæ, ſi non ſemper, & directò, veritatem detegant, tamen ad eam inqvirendam & inveniendam anſam qvandoqve ſuppeditent, & reputantes, non videndum eſſe, qvis dicat, ſed qvid dicatur, & qvòd ſæpè etiam olitor verba opportuna locutus.

§. 5. Poſtquam igitur ex ſcholis trivialibus Academiam ſalutavi, non ſtatim, quod commune juventutis vitium eſt, animum applicui ad aliquam ex ſuperioribus facultatibus, ſed prius in philoſophiæ ſtudium aliquot annorum ſpatium impendi, ibique occaſionem nactus audiendi B. Patrem meum HUGONIS GROTII de jure belli & pacis libros exponentem, etſi tum temporis multa non intelligerem, cepit me tamen doctrinæ dignitas & elegantia, ut præ reliquis ei percipiendæ & in ſuccum, quod ajunt, & ſanguinem redigendæ, mox ſeriò incumberem. Cumque meminiſſem Patrem meum ſæpè in expoſitionibus ſuis Auditores remiſiſſe, modo ad Dominos Theologos, errores Grotii in religione notantes, ſæpè ad JCtos, ut ad quos potiſſimum opus Grotii pertinet, cùm ipſe in prolegomenis profiteatur, ſe tractationem iſtam ſuccepiſſe ut Jurisprudentiæ nobiliſſimam partem adjuvaret; neceſſarium duxi, in privatâ lucubratione lectioni Grotii jungere commentatores ejus duos, unum JCtum, divinarum pariter & humanarum rerum ſcientiâ inſtructiſſimum, & VVittebergenſis Academiæ decus CASPARUM ZIEGLERUM, alterum Tubingenſium Theologum, ex pluribus ſcriptis notiſſimum, JOHANNEM ADAMUM OSIANDRUM, quorum ille brevibus, ſed ſuccinctis in Grotium obſervationibus, in multis nebulas obſcuritatis diſpellebat, hic pleraque Ziegleri,

etiam cum non nominat, repetens, in iſtis quidem, memoriam meam confirmabat, in reliquis cautiones mihi ſuppeditabat, ab heterodoxis Grotii opinionibus, ſimul verò Scholaſticorum philoſophiam moralem hinc inde pandebat.

§. 6. Prodibant tum Illuſtris Viri & omni præconiô meô majoris SAMUELIS PUFENDORFFII libri de Jure Naturæ & Gentium, quos avidè legebam, non ſolum quia prægustum aliquem mihi dederant ejusdem Elementa, quamvis obiter inſpecta, ſed & quod me caperet nimium quantum ſtylus nitidus & perſpicuus. Ac deprehendebam quidem hic plurima, quæ Grotius neglexerat, plenè expoſita, non pauciora quæ ipſum Grotium obſcurè loquentem illuſtrarent, ſed non placebant tamen aliqua, quæ communem doctrinam de lege Dei æternâ, de convenientiâ cum ſanctitate divina, de moralitate divinam voluntatem antecedente & ſimilibus impugnabant. Quoniam enim non noveram, quæſtiones Theologicas à Philoſophicis discernere, nec aliquis erat, qui me iſta doceret, & vero in commentatione Oſiandrinâ, ac maximè in alio Viri laudati ſcripto, quod inſcripſit: *Typum legis naturæ*, iſtas doctrinas magno conatu defenſas cognoveram, putabam, æternæ damnationis reum eſſe, qui ſaltem de earum veritate dubitare auderet, & quamvis non appareret, quo pacto objectionibus Pufen-

fen-

ſendorffii poſſet ſatisfieri, neque reſponſiones eruditorum, cum quibus data occaſione ea de re conferebam, ſatisfacerent ex aſſe, prævalebat tamen autoritas tot Virorum Venerandorum, ut ſtupiditatem potius ingenii mei accuſarem, quàm ſiniſtri aliquid de doctrinâ communi ſupicarer.

§. 7. Perduxerat me interea amor Juris naturalis, ut conſenſu Patris ex tribus facultatibus ſuperioribus, Jurisprudentiam eligerem, ea magis intentione, ut defectum philoſophiæ hac parte ſupplerem, cum præter memorata vel Doctiſſimi BOECLERI Commentarius in Grotium oſtenderet, hærere aquam iis, qui Jurisprudentiâ deſtituti ex ſolâ Philoſophiâ, quæ in Academiis docetur, Jus naturale pro dignitate eruere & explicare aggrediuntur. Jaciebam ergò ejus fundamenta quædam utcunque, & cum nullum ductorem haberem, qvi methodum præſcriberet, ſeqvebar tritam viam, & modò hunc modò iſtũ audiendo, cõparabam notitiã potius aliqvam confuſam, & laceram, ac malè cohærentem, quam prudentiam genuinam, nec melius res ſuccedebat, cùm à meis in Academiam Viadrinam mitterer perficiendi ibi Juris ſtudii causâ, non culpâ quidem Præceptorum meorum Virorum optimorum & ſingulorum ſuâ laude fruentium, ſed potius, quod vulgata diſcendi methodus, ſecundum quam à plurium Doctorum inter ſe non rarò diſſidentium & diverſis hypo-

theſibus ſubnixorum ore ſimul pendere conſvevit juventus, ad ſolidam doctrinam parum eſſet apta, quodque ut fieri ſolet, multas horas, quæ ſtudiis & auſcultationi impendendæ fuiſſent, perderent ſodales, & converſatio cum paribus.

§. 8. Sentiebam tamen iſta citò, & vulgatum proverbium: *docendo diſcimus*, expendens, tentabam an lacunas ſupplere, & ſtudia ſæpius interrupta concatenare valerem. Quare conceſſa á ſuperioribus benigniter venia, prælegebam minimum commilitonibus quibusdam inſtitutiones Juſtinianæas, aliis verò exponebam Jani Klenckii quæſtiones ad libros Grotii, ut nimirum & in nobiliſſimô illo ſtudio tentarem, quid valerent humeri, quidque legendo Grotium & Pufendorffium profeciſſem.

§. 9. Eram adhuc dum induſtrius miles pro defendendis Moraliſtarum doctrinis, & quamvis in reliquis valdè placeret Pufendorffius, ſeponebam tamen iſta ut heterodoxa, in qua opinione me maximè firmabat fatalis ille auctoribus ſuis *novitatum index*, præprimis cum is à non paucis cum applauſu exciperetur. Accedebant aliorum ſcripta, Pufendorffium tanquam communem hoſtem oppugnantia. Gaudebam valde, ſperans fore, ut ex horum lectione diſcerem quid reponendum eſſet rationibus Pufendorffii, & quanquam multa deprehenderem, quæ petebant id, quod eſt in

prin-

Digitized by Google

principio, aut in circulum reſolverentur, ſeligebam tamen aliqua mihi, quibus inſtructus putabā ipſe ſufficere ictibus pro communi cauſa & inferendis & avertendis, adeoq; maximas agebam gratias ſcriptoribus iſtis, quod amore orthodoxæ veritatis perciti arma ſumpſerint, quin & multitudo ſyllogiſmorum prolixorum ſæpiſſime, & intellectu difficilium, me trahebant ſubinde in eorum admirationem, credebamque ſæpe, ut iſtis obrutus Pufendorffius, tanquam ſub graviſſimo onere ſuccumberet, & adverſus tantos Viros ne hiſcere quidem auderet.

§. 10. Sed fallebat me mea opinio, cum mox ad nos perferretur *Apologia Pufendorffii*, quam cum perlegerem, ſentiebam, arma mea non eſſe ſufficientia, ut ejus impetum ſuſtinerent. Incipiebam ferè eodem tempore diſpellere nebulas quaſdam, quæ hactenus intellectum meum obfuſcaverant. Cum enim huc uſque putaſſem omnia, quæ à Theologis communi ſententia defenderentur, eſſe Theologica, & viro bono omnibus modis cavendum eſſe, ne ulli homini hæreticus aut novator, quæ tum pro ſynonymis habebam, audiret; meditatio tamen profundior de differentia Theologiæ & Philoſophiæ, tum & diligentior evolutio ſcriptorum Politicorum & Juris publici docuerant, multa à Theologis ſolere unanimi ſententia defendi, quæ Theologica non eſſent ſed ad Philoſophiam Moralem aut



Digitized by Google

Jurisprudentiam pertinerent, pro Theologicis vero vulgo haberentur, quod Philoſophi Catalogo undecim virtutum Ariſtotelico, & JCti Gloſſatoribus ſuis contenti, Theologis, Pontificiis primum, tum & noſtris anſam dederint nobiſcum ſapientiæ partem neglectam & Domini vacuam occupandi; tum & poteſtatem, hæreticum declarandi, non pertinere ad privatos, etſi multæ autoritatis Viros, ſed ad principem; denique Novatoris convitium non correſpondere crimini hæreſeos, vel certè ejus æque ut Hæretici maximum eſſe abuſum: Videbam autem Pufendorffium easdem ſententias demonſtrare Adverſariis ſuis, videbam hos in falſis iſtis hypotheſibus non minimam collocare ſpem victoriæ ſuæ.

§. 11. Ergo incipiebam dubitare de doctrinis moralibus Scholaſticorum. Neque enim unquam in animo habueram ita præconceptis opinionibus adhærere, ut ab iis divelli non poſſem, ſi monſtraretur veritas, quin potius videbam laudabili exemplo mihi plus unâ vice præiviſſe Patrem à prioribus ſuis opinionibus, ſi veriora ipſum docuiſſet dies ſuperveniens, recedentem, qvæ verò mihi hactenus in proſecutione veritatis moram injecerant, potiſſimum fuerant educatio in Philoſophia ſectaria, & metus vanus atqve injuſtus malæ famæ, ſi qvis à communibus doctrinis recederet. Qvare cum inſuper deprehenderem, maturescere aliqvatenus judicium, & cogita-

rem, me tamen eſſe animal ratione præditum æqvè ac alios homines, animadvertebam ſimul, peccare me contra benignitatem creatoris, ſi ulteriùs paterer inſtar pecudis capiſtro injecto duci me, qvò aliis lubitum eſſet. Igitur claudebam mentis oculos, ne fulgur autoritatis humanæ illos debilitaret, & non amplius penſitando, qvalis vel qvantus ille ſit, qvem legebam, ponderabam ſolùm rationes utrimqve, & conſiderabam, qvid hic aſſereret, ille impugnaret, probaret alter, alter regereret; præprimis verò imprimebam mihi firmiter controverſiæ ſtatum, & notabam, qvantum unus ejus tenax eſſet, alter inſtar angvillæ ſe torqveret, ut adverſarium eluderet ac deduceret aliunde, donec concludebam multa mihi fore dediſcenda, & ſentiebam, me nihil ſciviſſe, ſed ſcientiam meam nihil fuiſſe, aliud qvam confuſum chaos & acervum multarum rerum ſine ordine inter ſe mixtarum.

§. 11. Poſtqvam verò aliqvot meditationibus chaos iſtud paulisper in ordinem redegiſſem, præter intentionem factus eram transfuga, ſed qualis ille eſt, qui deſerto tyranno libertatem Reipublicæ invadenti pro libertatis defenſione pugnare incipit; vicerant enim rationes perſpicuæ contra ſubtilitates otioſas Philoſophiæ moralis Scholaſticæ. Adde quod puderet, eorum vexilla ulteriùs ſequi, qui, poſtquam hoſte abſente multa jactaſſent, [illegible] [illegible] cum primi vel inter primos [illegible]

omiſſent, poſteà, triariis quibusdam ipſorum hortatû hoſtem aggredientibus, ac miſerè pereuntibus, cum honeſtè ad pugnam vocati ac aliquoties provocati eſſent, ſe poſt ſigna condebant, & ita vel timoris ſui intempeſtivi vel injuſtitiæ cauſæ dabant indicia. Denique horrebat animus, quod viderem à quibusdam ad paſcendas oves conſtitutis, ſub ſchemate Chriſtianæ Benedictionis virulentas injurias dici, & eum antea non vocati nec armis decentibus inſtructi prælio ſe immiſcuiſſent, ac andabatarum more, quicquid in buccam venerat, evomuiſſent, ferre eos non poſſe, ſi vel minimum verbulum ipſis fuiſſet repoſitum, quaſi miniſter Verbi privilegium injuriandi haberet, & quaſi character ſanctus immunitatem præſtaret contra hoſtes, ſine cauſâ, & cum ipſius characteris proſtitutione, laceſſitos. Veniebat tum in mentem, quod olim neſcio ubi legeram, mendicum aliquem ab Epiſcopo iter faciente petiiſſe eleemoſynas majores initio, tum his denegatis minores, & his quoque non obtentis minimas. Fruſtratus omni petitô petiit benedictionem. Dedit Epiſcopus. Reddidit ille, cauſatus, quod benedictio ipſa non valeret obulum, quia obulum anteà lacrymis effuſis precibus conſequi ab Epiſcopo non potuerat.

§. 13. Ex iſtô tempore, excuſſo jugô philoſophiæ ſectariæ cavi ſedulo, ut libertatem ſemel obtentam conſervarem. Itaque et

ſi nõ indecorum exiſtimavi hactenus ſub Duce Illuſtri etiam in extremis ordinibus pro veritate militare, ſemper tamen Ducem agnovi, non Imperatorem, quamvis bonus Dux ab Imperatore parum differat, quatenus nempe à veritate rariſſimè, & non niſi præter intentionem recedit. Quid quod, etſi putaſſem initio, ordine doctrinæ ſemel conſtituto facilè eum retineri poſſe in perpetuum, ſenſi tamen mihi contigiſſe, quod regulariter accidere ſolet, qui res plures ſumma confuſione turbatas in aliquem ordinem redigunt, ut nempe ſæpius priorem ordinem corrigere & emendare habeant opus. Etenim pedetentim novos errores inveni emendandos, & adhuc novos ſubinde detego, quoniam aliter non ſinit humana imbecillitas.

§. 14. Percipiebam interea fructus uberes excultæ tam nobilis doctrinæ. Etſi enim, quamprimũ ſentiebam, non cohærere, quæ antea credideram verius quàm ſciveram, ceſſarem aliquo tempore aliis eandem exponere, tamen in patriam rediens & ibi torpore priſtino paulumper excuſſo ſimul diligentius operam dans Juriſprudentiæ Civili, idque docendo potiſſimum, deprehendebam, me Juriſprudentiæ naturalis ope non ineptum adeò eſſe ad expediendam ſine dedecore Pandectarum etiam explicationem, etſi eaſdem nunquam anteà integras audiendo percepiſſem. Etenim, ut alia taceam, cùm forte leges obſtantes oc-

occurrerent, tentabam in præparatione ante omnia, an ex regulis bonæ interpretationis ex Grotio & Puſendorffio hauſtis ipſe medium conciliandi reperire poſſem, tum conſulebam alios, & ſi ipſos mecum convenientes deprehenderem, confirmabar; ſi diſſentientes, comparabam cum meâ expoſitione, vel ipſos etiam inter ſe, iterum eaſdem interpretationis regulas applicando, & ſemper præjudicium autoritatis ſequeſtrando, ſic ut non nunquam rejicerem conciliationem etſi à Bachovio profectam, & approbarem aliam etſi Manzii.

§. 15. Neque in theoretica ſaltem legum interpretatione adjuvabar à jurisprudentia naturali, ſed & cum ad forum tranſtuliſſem pedem, ut tentarem jus ad facta ſingularia applicandi, (ſine quo tentamine theoria cadaver eſt anima deſtitutum) majorem adhuc uſum ejus eſſe experiebar, cum ſanè tot infinitæ circumſtantiarum varietates, quibus negotia hominum civilia veſtiuntur, ſæpiſſimè caſum formant & facti ſpecimen, qui vel planè non legibus civilibus eſt definitus, vel ubi plures leges diverſa diſponentes concurrunt, unde ſi principiis communibus quis deſtituatur, & regulis extendendi & reſtringendi leges latas, maximo ſudore non raro etiam fruſtrà opus habet tot myriades Conſulentium, Reſpondentium, Decidentium ex Germaniâ, Gallia, Italia, Hiſpania & toto pene terrarum or-

orbe evolvere, donec caſum inveniat, quod ajunt, in terminis, & periculum tamen ſubeſt, ſi maximè fuerit inventus, an collegium, ad quod definitio cauſæ pertinet, eandem cum Decidente iſto foveat ſententiam, quo labore plusquam Herculeo ſuperſedere facilè poteſt, qui generalia illa & gentium cordibus inſcripta fundamenta bene jecit, ſimul verò periculum iſtud non difficulter aliis mediis, de quibus jam diſſerendi locus non eſt, evitare.

§. 16. Retraxi tamen pedem poſt paucorum annorum ſpatium à ſtrepitu forenſi, cum putarem me ſufficienter luſtraſſe doctrinam, jus Civile ad negotia hominum applicandi, & quicquid præterea praxis commodi habet & incommodi. Et quanquam noſſem, Hominem magis ad vitam civilem eſſe conditum, quàm ad vitam ſolitariam, præprimis autem Juris Cultoribus præmii loco, propoſitam eſſe ſpem, ut legitimo opere perfecto Reſpublica in partibus ipſis credendis gubernari poſſit, cujusmodi gubernationis præludium quaſi & palæſtra eſſe forum vulgò creditur; ſenſi tamen, inter forũ & aulam tantam eſſe differentiam, quantum diſtant æra lupinis. Etenim ut infinita taceam, quæ hujus rei gratiâ in medium poſſem afferre, oportet eſſe ingenium ochlocratiæ aptiſſimum, qvod fori tædia patienter ferre poteſt; tale verò cum in me non deprehenderem (utpote qvi onera omnia lubentiſſimè ferò

quæ

qvæ à principe imponuntur, Deo in his terris, in reliqvis diſſimulandis paululum ſui impatientior) otium qværebam iterum in induſtria domeſticâ, tranqvillitatem, qvam exoptabam ſecum ferente, &c, cum crederem, ita ordinatas eſſe cogitationes meas, ut earum communicatio ſtudioſæ juventuti commodum aliqvod afferre poſſet, & eſſent, qvi hâc parte operam deſiderarent meam, incipiebam, me penè totum, Vobis, Commilitones Svaviſſimi, tradere.

§. 17. Præprimis autem operam dabam, ut fundamenta juris univerſi ex jure naturali haurienda & ſatis diu à Vobis in hac Academia neglecta reſtaurarem. Neqve Deo ſecundante ſucceſſu caruit intentio mea. Ante ſeptennium primum prælegebam utiliſſimam eam doctrinam ex opere Hugonis Grotii. Alacrioremqve me reddebat freqventia Veſtra, qvam tum qvidem non expectaveram, ſed vix tamen librô primo abſoluto, cum præcedente die Corona Veſtra circumdatus docueram, ſubito me ſolum relinqvebatis cum Grotio. Ita videlicet terror Panicus ingruentis Peſtis Vos expulerat à Tilietis noſtris. Deſperaveram ferè (ita malè fidentes ſunt hominum animi erga Divinam Clementiam) me talem occaſionem iterum adepturum eſſe; ſed reſtituta per Dei benignitatem, patria, cum iterum metu omni vacui ad nos accederetis, telam per biennium interruptam retexebam, Veſtrò aurium favore

vore & diligentia ad finem continuata adjutus. Conferebam tum cum Grotio præter Pufendorffium, omnes ejus commentatores, judicium meum ſemper ſubnectens in controverſiis, ſecundum ductum libertatis philoſophandi. Potiſſimum verò ſtudebam, ut ambiguitatem textus Grotiani tollerem, & ne verbulum præteriret, qvod obſcuritati anſam dare poſſet.

§. 19. Non diſplicuerat Vobis doctrina mea qvemadmodum diligentia Veſtra mihi non poterat non placere; Ergo abſoluto Grotio non deerant qvi repetitionem deſiderarunt. Aſſurgebam petito, ſed loco operis Grotiani proponebam elegantiſſimum Pufendorffii libellum de officio hominis & civis. Agnoſcebatis enim ex parte ipſi, ut alias rationes jam taceam, qvot horæ anteà impenſæ fuiſſent in inveſtigatione mentis Grotianæ; qvod tẽpus in Autore perſpicuo lucrari, & ad utiliora impendere poteramus. Qvoniam tamen de hypotheſibus, de qvibus Viro Illuſtri motæ erant, & adhuc moventur, controverſiæ, pleniorem hiſtoriam & notitiam ſcire cupiebatis, præmittebam fuſiorem meditationem per aliqvot menſes continuatam de iisdem, eamqve doctrinæ cauſa includebam conſiderationi jurisprudentiæ in genere. Agebam liberè Vobiscum, & ſincerè: proponebam argumenta utriusqve partis, & antequàm ἐπίκρισιν meam ſubjungerem, modò ab his, modò ab illis ſtabam

bam partibus, ut adſveſcerem Vos magis ad rationes attendere, qvàm autores ſententiarum. Oſtendebam fontes & originem vel occaſionem doctrinarum, nexumqve concluſionum cum primis principiis, ex diverſitate hypotheſium variantibus, & incumbebam ſedulò, ut in ipſis hypotheſibus meis, meæ vero erant, qvibus diſciplinam ſuam ſuperſtruxerat Ipſe Pufendorffius, aſſertiones ſemper probarem per neceſſarias illationes ex primo principio practico, anteà ſecundum regulas analyticas demonſtrato. Tum textum Pufendorffii aggreſſus, & ipſius methodum κατὰ πόδα ſecutus non deſinebam, & in controverſiis ſpecialibus ſemper Vobis in mentem revocare hypotheſes utriuſqve partis & monſtrare nexum concluſionum etiam remotarum cum iisdem, aliqvando etiam, ſed rarius, indicabam, qvomodo vel aliâ viâ difficultates adverſarum ſententiarum evitari poſſint, vel qvænam major dubitandi ratio me impelleret ut libertate mea uſus & communibus hypotheſibus innixus inclinarem in aliam opinionem.

§. 19. Cæterum, qvæ tum diſſerebam, non conjeceram in chartam, ſed prout memoria ſingulis lectionibus præmiſſæ meditationis alicujus mihi ſuppeditabat, Vobis communicabam. Et ſperabam fore, ut à Vobis repetere poſſem, unde in poſterum qvoqve memoriam meam ſublevare valerem, præprimis cum viderem, aliqvot ex Veſtro ordine diſcurſum meum

meum avidè excipere calamo. Sed vix id perficere licuit; Obſervabam enim collatis inter ſe tribus vel qvatuor diligentiæ Veſtræ exemplis, paucos ex aſſe doctrinam meam retinuiſſe, aliqvos, qvorum conditionem & judicii defectum maximè deplorabam, alieniſſimas mihi affinxiſſe ſententias & ſæpius in una periodo opiniones contradictorias combinaſſe. Ergo cogitabam, qvomodo & hunc defectum in poſterum emendare, ac ingenio Veſtro ſuppetias ferre poſſem.

§. 20. Præterea obſervaveram jam notabili tempore, in diviſione vulgata legum divinarum in morales, ceremoniales & forenſes, ſub legum moralium termino communiter miſceri legem divinam naturalem cum lege divina poſitiva univerſali, qvaſi lex moralis & jus naturale ſint Synonyma, & qvaſi nulla alia ſpecies legum divinarum poſitivarum detur, qvàm ceremonialis & forenſis, cum tamen ſine ope legis cujuſdam univerſalis, qvæ ſimul poſitiva ſit, neceſſe eſſet, orthodoxas ſententias de turpitudine polygamiæ, prohibitione inceſtus &c. vel miſerando more contra adverſarios earundem proſtituere, vel abſtinere à deciſione graviſſimarum atqve utiliſſimarum controverſiarum. Et qvamvis Hugo Grotius diſtinctionem iſtam legis divinæ ſatis perſpicuè propoſuerit, non ſolùm tamen in legis poſitivæ univerſalis declaratione non paucos errores heterodoxos admiſcuit, ſed & non ſemper

confuſionem iſtius legis cum lege naturali evitavit. Ex noſtris verò, qvantum Dominos Theologos concernit, neminem deprehendi qvi de diſtinctione illa inter legem naturalem & poſitivam univerſalem ex profeſſo, qvod dicunt, tractaverit, aut legem poſitivam univerſalem, qvantum par erat, expoſuerit & qvænam præcepta eò pertineant explicaverit, etſi plures, ex modernis potiſſimum, qvi Theologiam Moralem ediderunt, evolverim. Qvod Jure Conſultos attinet, altum apud eos etiam eâ de re eſt ſilentium, niſi qvod Conſultiſſimus Kulpiſius in collegio Grotiano, ubi qvæſtionem de polygamia reſolvit, promiſerit, ſe peculiari tractatu demonſtraturum eſſe, dari ejusmodi legem poſitivam univerſalem, qvem avidè qvidem expectabam, multa erudita hanc in partem ex lectione accurati iſtius Collegii Grotiani à Viro laudato mihi promittens, qvæ lucem mihi accendere, aut me in meditationibus ſuper illo jure poſitivo multum adjuvare potuiſſent. Qvoniam verò Vir Nobiliſſimus promiſſum expedire urgentibus haud dubiè aliis negotiis differret, putabam, piaculum me neqvaqvam eſſe commiſſurum ſi ego, etſi nec Theologus nec jure Conſultus, legum divinarum tamen & jurisprudentiæ amantiſſimus, in gratiam Veſtram primus legem poſitivam univerſalem ſi non ex tenebris, ex crepuſculo tamen eruere auderem, ſperans fore, ut, ſi non omnia accuratiſſimè propoſiturus eſſem, alii ta-

tamen æqvi boniq́; conatum meum conſulturi & anſam arrepturi ſint materiam difficilem & Theologis pariter & jureconſultis digniſſimam accuratius evolvendi.

§. 11. Qvare cum ex Veſtro ordine qvidam præcedente anno à me deſiderarent, ut doctrinam juris naturalis repeterem, & qvæ anteà per diſcurſum de confirmatione hypotheſium Pufendorffianarum, de obſervationibus itidem meis ad libellum de officio hominis & civis aliis tradideram, ipſis per poſitiones in chartam conjectas communicarem, opportunitatem arripiens, cœpi præſentes jurisprudentiæ divinæ inſtitutiones elaborare, qvarum adeo duplex potiſſimum ſcopus fuit. *Primò* ut præmiſſa doctrinâ generali controverſias circa hypotheſes Pufendorffianas, methodo qvam Vobis aptiſſimum eſſe judicabam, exponerem, & iſtas hypotheſes tanqvam & meas defenderem, tum ut concluſionum ſecundum Pufendorffii, rarò ſecundum meam ſententiam in ſingulis juris naturalis capitibus nexum cum hypotheſibus & primis principiis practicis perſpicuè demonſtrarem, & ita introductionem qvandam Vobis exhiberem, ad abſolutiſſimum & multi ſapientia refertum illuſtris Viri opus de jure Naturæ & Gentium cum fructu legendum, ſic, ut ejus adverſarii & eorum ſcripta circulos veſtros turbare amplius non poſſent. *Secundo*, ut diſtinctiſſimè oſtenderem differentias juris poſitivi univerſalis à

jure naturali, ac præcepta illius, quatenus eorum explicatio ad jurisprudentiam qvoqve pertinet, in doctrina de conjugio & capite de poenis illuſtrarem.

§. 22. Ante omnia verò opus eſſe mihi videbatur, ut perpetua ratiocinatione hic uterer, & nullos autores præprimis ex modernis in textu allegarē, & ne ipſum qvidem τὸν πάνυ Puſendorffium. Qvoniam enim probe noverã, qvam ſoleant præconceptæ opiniones impedire conſecutionem veritatis, & verò inter eas nulla magis noceat qvàm autoritatis præjudicium, putabam, Vobis eſſe utiliſſimum ſi hoc præjudicium removerem, ne ſi fortè Puſendorffii autoritas in ejus partes jam inclinaſſet, non attenderetis debitâ diligentia ad argumenta adverſariorum; aut, ſi horum illecebræ Vobis placuiſſent magis, viam præcluderetis ponderibus reſponſionum & rationibus ab ipſamet Veſtra eſſentia deſumptis. Accedebat, qvod Veſtram induſtriam excitare volebam, ut ipſi magna diligentia perlegeritis opus Puſendorffianum, credens fore, ut ſi loca non citarem, Vos eo majori cura ipſi perluſtraturi idem, & cum meis inſtitutionibus collaturi eſſetis. Porrò cum ſæpius à ſententia communi Virorum magnorum, aut à ſententia etiam peculiari Viri autoritate pollentis mihi recedendum foret, & tamen intentio mea eſſet, ſine reſpectu perſonarum in nudam veritatem inqvirere, & cum ſententiis pugna-,non cum hominibns, nolebam per allegationem

tionem eorum à qvibus diſſentiebam, reverentiæ ipſis debitæ qvicqvam detrahere.

§. 13. Reliqvam methodum qvod concernit, ſcio eqvidem multa in ſcholis diſputariſſe methodo ſynthetica & analytica, otioſè magis qvàm utiliter, ſiqvidem unam tantum arbitror eſſe methodum bonam, à facilioribus progredi ad difficiliora, à notioribus ad ignota, reliqva dependere à cujuslibet arbitrio, & hactenus rectè dici, methodum debere eſſe arbitrariam. Deinde nec id videtur diffitendum eſſe, cum omnis eruditio noſtra conſiſtat in notitia demonſtrandi veras propoſitiones & nexum earum inter ſe oſtendendi, propoſitionum autẽ veritas præſupponat cognitionem terminorum, naturaliſſimam methodum videri, qvæ mathematica dicitur à definitionib9 progrediens ad axiomata, & ex his obſervationes colligens, ſecundum qvam etiam Elementa ſua olim ordinavit Puſendorffius. Qvoniam vero ad ſingulas propoſitiones ſaltem duo termini pertinent, adeoqve aliqvod tædium parere ſolet, ſi omnium terminorum definitiones continua ſerie tradantur, ac porrò propoſitionum connexio non ita bene videatur oſtendi poſſe, ſi plura axiomata in una lineâ proponantur, putavi, iſta duo incommoda commodiſſimè me evitare poſſe, ſi definitiones & axiomata miſcerem, & ſingulis propoſitionibus ſubjecti & prædicati definitiones præmitterem vel mox ſubjungerem,



Digitized by Google

ipſa autem axiomata perſpicuè connecterem, incipiendo à primo aliqvo principio, ac inde deducendo reliqva per modum concluſionum.

§. 24. In *tres* verò *libros* Inſtitutiones has diviſi, in quarum PRIMO propoſui definitionem Jurisprudentiæ divinæ & doctrinam de primo principio practico, ut & primum principiũ Juris naturalis & poſitivi divini univerſalis, cui per modum corollarii quaſi ſubjunxi demonſtrationem, quod officium hominis erga Deum ad Jurisprudentiam divinam non pertineat. In SECUNDÒ libro trado præcepta juris naturalis reſpicientia homines quoscunque in quacunque ſocietate viventes; In TERTIO vero præcepta illa juris naturalis, quæ dirigunt officia hominis intuitu ſpecialium ſocietatum, puta conjugalis, paternæ, herilis, civilis, fœderatorum & gentium. *Connexionem capitum* oſtendent ferè eorum initia, & in libro ſecundo & tertio maximam partem ſecutus ſum ordinem Pufendorffii in libro de officio hominis & civis. Dico maximam partem, nam quæ mutaverim quandoque, facilè docebit ocularis inſpectio.

§. 25. Uti autem in totis Inſtitutionibus præ oculis habui opus PUFENDORFFII & ejus ſcripta reliqua pro ejus defenſione edita, ita non mirabimini, ſi ſæpius integras poſitiones ne verbulo quidem mutatas ab ipſo mutua-

nuatas hic deprehenderitis. Requirebat enim id inſtituti mei ratio, quam modò Vobis explicui. Sunt vero & aliqua in his inſtitutionibus MEA, quæ, cum alienis continuò miſcuerim, neceſſe eſt ut Vir Incomparabilis citra ſuam voluntatem etiam mecum in communionem inciderit, quam tamen neſcio, an æquô animô ſuſcepturus ſit, & annon potius jure ſuo communi dividundo judicium ſit deſideraturus. Sed hoc quidem ipſi non erit opus, cùm paratus ſim ſine judice, æquis ex partibus inſtitutiones meas herciſcere, ſic ut ipſi ſoli relinquam, quæ bene in iis dicta ſunt, etiamſi mea ſint, quoniam ejus ſcripta & hypotheſes ad eorum inveſtigationem me duxerunt, quæ verò inconvenienter & minus aptè poſita ibidem deprehenduntur, ea ſola mihi reſervabo.

§. 26. Non diffiteor tamen, & aliorum Eruditorum cogitationibus me quandoq; fuiſſe uſum, quibus & ipſis reſtituendum eſt, quod illis debetur, & vobis indicandum, quos hinc inde lectioni inſtitutionum mearum inſuper adjungere debeatis. In *libr. 2. cap. 6, 7. & 8.* evolvi diligenter *Uffelmanni tractatum eruditum de obligatione hominis, quæ ex ſermone oritur,* ante non ita multos annos in Academiâ Juliâ editum, atque ex eo *in capit. 6. de officio paciſcentium §. 64.* transtuli argumenta, quibus ſententiam Pufendorffii

 de

de defectu obligationis in pacto cũ latronei-nito, impugnat, & in ſequentibus oſtẽdi, quàm facilè ad eadem pro ſententiâ Illuſtris Puſendorffii, reſponderi queat, *in capite 7.* verò *de officio hominis circa ſermonem* it. *in 8. de officio jurantium*, multa ex dicto Uſtelm. libro, libertate tamen aliter diſponendi ac ſentiẽdi reſervatâ in horrea mea tranſtuli. In *ejusdem libri capite ultimo de Interpretatione voluntatis divinæ & humanæ* multum me adjuvit etiam diſputatio accuratè elaborata *de interpretatione juris obſcuri, & ſub præſidio Conſultisſimi Rebhabnii in Academia Argentoratenſi anno* 1671. *publicè ventilata. In libro tertio capite ſecundo de officiis conjugalibus* ſæpius anſam multa profundius meditandi ſuppeditavit lectio *Lamberti Velthuyſii de naturali pudore & dignitate hominis, item de principiis juſti & dignitate hominis, item de principiis juſti & decori, qui tractatus in ejus operibus Roterodami* 1680. *editis extant*, quique potiſſimum cum iis quæ diſſero d. c. 2. §. *153. ſeqq.* ſunt conferendi. *Caput tertium ejusdem libri* mihi natum fuit ex recordatione lectionis controverſiarum illuſtrium per varia variorum ſcripta circa ſenſum legis divinæ in officiis conjugalibus agitatarum, de *polygamia quidem Sinceri VVarenbergii*, *Theo-*

*Theophili Alethæi, Athanaſii Vincentii*, *Daphnæi Arcuarii* pro polygamia militantibus; contra eandem *Muſæi*, *Chriſtiani Vigilis, Sluteri, Feltmanni, Brunsmanni, Diecmanni &c. de conjugio Eunuchorum reſponſorum* variorum quæ hanc in rem *Hieronymus Delphinus* ante biennium collegit; de *divortiis Seldeni de Uxore Hebraica lib. 3. cap. 18. & mult. ſeqq. & Strauchii in fragmento Inſt. Jur. publ. tit. 35. de inceſtu cum defunctæ uxoris ſorore Havemanni, Taboris, Strauchii, Bucholzii, & Actorum Oettingenſium editoris, de inceſtu comprivignorum Samuelis Bohlii & ejus adverſariorum &c. Cum quarto capite d. libri tertii §. 14. ſeqq.* conjungenda eſt *diſputatio B. Patris de poteſtate patria*, quoniam ibidem intendi defendere ſententiam Patris, ſocietatem paternam ex conſenſu deduci non poſſe. *In capite 9. & 10. de officiis erga legatos & mortuos* conferri debent *Grotii lib. 2. c. 18. & 19. cum commentatoribus, & omnino B. Patris alia diſputatio de inviolabilitate legatorum.*

§. 27. Quamvis autem putabam initio, fore ut intentio mea optima, quam Vobis huc usque expoſui, æqui bonique conſuleretur ab omnibus, qui ſtudia & bonas literas amant,

& inquiſitionem veritatis proſeqvuntur, deprehendi tamen, me vivere in ſeculo, in quo non pauci deprehenduntur, qui ſui officii eſſe arbitrantur, libertati philoſophandi obviam ire, obices ponere, impedimenta objicere, cancellos circumdare, quibus effringendis nulla par fuerit humana prudentia, quoniam videlicet ſentiunt probè, libertate iſta philoſophandi nimium qvantum detrahi autoritati ſectariorum, cum olim qvidem cathedræ philoſophorum adverſus molimina, cum ratione liberè philoſophantium, utcunque munita fuerint autoritate Ariſtotelis aut ſimilis cujuspiam priſcorum ſapientum nominis, puta Alberti, Thomæ, Scoti &c. hodiè verò iſtud propugnaculum Ariſtotelicum penitus expugnatum ſit, adeoque novo aliquo glaucomate ad defendendam Regiam Veterum Magiſtrorum doctrinam opus eſſe videatur. Atque cum rationibus deſtituantur, quibus propagnaculum iſtud exornent, rem non melius procedere poſſe putant, quam ſi ſub ſpecie religionis ſe quæcunque faciunt Deo duce facere & pro defenſione pietatis militare populo perſuadeant, adverſariosque ſuos ut atheos, hæreticos, impios & Novatores traducunt, non recordati videlicet quod *Apologia Auguſtanæ Confesſionis ad art, 4. p.* m. 286. de Hypocritis profitetur,

tur, eos magis ſectari impietatem & vitia cujuscunque generis, quàm illos, quos impios eſſe diffamant.

§. 18. Quare non adeò miratus ſum, cùm audirem, eo tempore, quo liber primus Inſtitutionum harum in publicum prodiret, varias de iis cenſuras in populum ſpargi, quas inter illa, ut noſtis, maximam partem divulgabatur, me in iis fundamenti loco ponere principia, quæ Vobis ad *atheismum*, *heterodoxiam*, & neſcio quam *impietatem* viam ſternant, quæque omnia *Philoſophiam* aliquam *Novaturientem* cum non parvo Reipublicæ damno ſapiant, quæ calumnia tam latè ſe diffundebat, ut in plurimis fœminarum, puerperas viſitantium, conventibus pro more, ſermones de eâ haberentur. Ego verò generoſo contemptu calumniam hanc apertiſſimam ridebam, & quamvis aliquis ex Vobis mihi hinc inde narraret, eſſe quosdam, qui inſidias mihi hac parte ſtruerent, tamen in mediis illorum turbis quietus ego & conſcientiâ vitæ pariter & doctrinæ tutus vivebam, probè gnarus, me ſub Principe Juſto degere, qui innocentibus ſecuritatem præſtare & poſſet & vellet; ac ne quidem curioſitas me impellebat, ut autorem ſatis horrendæ iſtius calumniæ ſcire cuperem, uti neque nunc ſcire aveo, ſed potius, quisquis ſit, omnia fauſta atque felicia ipſi animitus exopto; ita enim

enim me non ſolum Chriſtianismus facere jubet, ſed & ſtudium ſanæ philoſophiæ aliquatenus inculcat, atque exempla aliorum moderate & abſque impetu philoſophantium docent, quos inter præcipuum nomino *Renatum des Cartes*, quem ipſe primarum objectionum adverſus Meditationes ejuſdem Autor virum ingenii maximi, *ſummæque modeſtiæ* appellat. Et ſane quoties *Gisberti Voetii* Viri alias multæ eruditionis, libros, quos adverſus Carteſium ſcripſit, evolvo, & iterum *Epiſtolam Carteſii ad Voetium reſponſoriam* cum illis confero, toties (de modo tractandi loquor, non de re) ideam concipio duorum virorum maximè diſparium, unam Theologi, ſed faſtuoſiſſimi & maximè maledici, Politici alteram, ſed placidisſimi, & maledicta pleraq; generosè concoquentis.

§. 29. Uti verò communiter in præfationibus ZOILUS & MOMUS impugnari conſvevit etiam, ubi nullus Momus adeſt, ita ego egregiam occaſionem nactus, poſſem multam evomere bilem in Zoilos, niſi ſemper illius fuiſſem opinionis, ejuſmodi invectivas eſſe indicia animi parum ſani, certè impotentis. Accedit, quod calumnia iſta in me jacta mox evanuerit; neque enim mendacia diu durare poſſunt, ſimilia globis niveis, volutatione hominum nimium quantum creſcentibus, ſed Solis radiis accedentibus facile redactis in nihi-

nihilum. Denique nec opus videbatur inve-ctivâ, cum inſtitutiones meæ publicè pro-ſtent, & calumniam iſtam ipſæ refutent, quas adeo omnium eruditorum cenſuræ ſubjicio, ſed verè talium, reliquorum enim, qui doctrina ſunt vacui, vel ultra ſcholam & artes liberales non ſapiunt, cenſuram ſperno, etſi opinione ſimulatæ philoſophiæ ad ora usque repleti ſint & turgidi.

§. 30. Veſtrâ tamen, Auditores, intereſſe arbitror, ut tanquam medio inter utrosq; loco poſiti, ſciatis quid in culpationibus iſtis reſponderi velim, ſicubi contingat eâ de re in converſationibus familiaribus, ut fieri ſolet, mentionem injici, quanqvam velim ut occaſiones iſtas, quantum poſſibile eſt, evitetis, & ipſimet ejusmodi altercationum anſam non ſuppeditetis, cum nihil ſit magis pedanticum, & quod hominem ad vitam civilem reddat ineptum, quam ſi ſit animal diſputax in quotidiana converſatione, neque ferre poſſit diſſentientes, uti ex adverſo ejusdem pedantiſmi vitio laborat, qui in cathedra publica diſputandi gratia erectâ ægrè fert objectiones ex lege artis propoſitas, ad quas reſpondere nequit, & tamen errorem admiſſum fateri erubeſcit. Sed quoniam tamen non ſemper in noſtra poteſtate eſt, etiam inter familiares omninò evitare altercationes, vel certè non audire, quæ fortè unus & alter garrit, minimum intereſſe Veſtrum, & ne turbentur circu-



Digitized by Google

li veſtri in doctrina à me hauſta, poſcit, ut fuſius paulo ea de re diſſeram.

§. 31. Qvod igitur *atheiſmi* vitium attinet, nihil aliud vellem reponi, qvàm ocularem inſpectionem eorum, qvæ trado *libro primo cap. 3. §. 85. ſeqq.* ubi oſtendo atheiſmum repugnare directè principiis à me demonſtratis. *Hæreſin* verò qvod concernit, uti illi quidem maximè obſtrictus vivam, qvi theſin aliqvam mihi demonſtrabit ex his inſtitutionibus, qvæ ſcripturæ ſacræ & fidei, qvam profitemur, articulis repugnet; Inſuper ad Vos provoco, qvi me qvotidie Jurisprudentiam & Philoſophiam exponere auditis, an unqvam aliqvam ſententiam profeſſus fuerim, qvæ ſacris fidei noſtræ myſteriis adverſetur, & annon potius in id omnibus incumbam viribus, ut exactè limites, qvæ Sacroſanctam Theologiam & Sapientiam humanam diſcernant, cuſtodiantur, Vobisqve ex hiſtoria philoſophica omnium ſeculorum demonſtrem, qvantas turbas dederit in Eccleſia Philoſophiæ cum Theologia commixtio. Sed qvid verbis opus? An putatis Reverendos Academiæ noſtræ Theologos, vel qvoscunqve alios, qvibus inſpectio doctrinarum ſive privatarum ſive publicarum eſt commiſſa, admiſſuros eſſe, ut doctrina heterodoxa divulgetur, & animos Veſtros corrumpat? Abſit. Id tamen non diffiteor, & Vobis ſæpius demonſtravi, multas qvæſtiones & aſſer-

ſertiones eſſe, qvibus Theologi communiter utuntur, qvæ tamen, ſi exactè mediteris, propriè loqvendo non ſint Theologicæ, ſed philoſophicæ, vel juridicæ; qvod verò pro Theologicis communiter habeantur, maximam partem deberi Theologiæ Scholaſticæ, quæ in detrimentum inemendabile philoſophiam ita cum Theologia contra monitum Pauli confudit, & rudem inde indigeſtamque molem, unô verbô, informe chaos qvoddam effecit. tùm etiam neglectui philoſophorum & Jure Conſultorum ante reformationem eleganti-ora ſtudia negligentium, & ita Theologis Pontificiis occaſionem dantium occupandi rem derelictam, qvale quid Jurisprudentiæ naturali contigit, uti ſubinde in inſtitutionibus ipſis tango, cùm tamen jurisprudentia naturalis & Gentium ac Theologia omninò differant, qvod probavi *lib. 1. c. 1. §. 163. ſeqq. & c. 2. §. 137. ſeqq.* Facit egregiè pro illuſtratione ſententiæ meæ, qvod ex Hiſpaniæ metropoli nobis retulerunt non ita pridem Novellæ. Man vermuthet/ daß der Holländiſche Extraordinar Envoye ſatisfaction wieder die inqviſition über die vor dieſem in ſeinem Hauſe verübte Inſolentien wegen des Herrn Chares bekommen ſoll/ weil ſelbige durchgehends von allen hohen Miniſtern improbiret worden/ zumahl der Herr de Lyra ſelber geſagt hat/ daß die inqviſitoresLeute wären/ welche die Theologie verſtünden/ aber nicht das Recht der Völcker/ und bey ſo-

thaner

thaner conſeqvence nicht wüſten / was einem publiqven miniſter zukommpt. Neqve illud diſſimulo, me credere qvod poteſtas hæreticum declarandi non competat privatis, neqve ad clerum pertineat, ſed ſit regale, & pertineat ad jura principis circa ſacra, & ſi hoc regale à principe Chriſtiano ſecundum normam verbi divini debeat ordinari. Ita video obſervatum eſſe in primitiva Eccleſia & primis Conciliis Oecumenicis. Ita docent me principia genuina Politicês. Credo inſuper, qvod ad officium boni civis in Imperio Romano-Germanico pertineat, in religiones, quæ in eo tolerantur, neqve publicè neqve privatim verba contumelioſa jacere, qvia hoc me docuit inſtrumentum pacis: Credo porro regulas de officiis boni civis pertinere ad clerum etiam: Credo illam doctrinam non repugnare Verbo divino: Credo principem jure ſuo uti, ſi refragantes & Zelo aliqvo intempeſtivo ſubnixos juſtis pœnis coerceat: Credo, qvod placida via magis faciat ad convertendos adverſarios in Eccleſia, qvam importuna illa & qvæ injuriis verbalibus eſt inſtructa &c. In qvibus omnibus ſi heterodoxum qvid ſubſit, lubentiſſimè feram cenſuram eorum, qvibus hæc poteſtas competit.

§. 32. Pergo ad *impietatem*, cujus notam audio illam circumferri, qvod ſubinde diſſentiam & ſcabioſè qvidem, à patre meo τῶ ἐν ἁγίοις, unde Non nemo iſtam illationem

fecit

fecit, me non curare leges divinas, ſed velle ut omnes eæ ex ſacris Bibliis eſſent eradicatæ. Naſutum profectò argumentum, & qvod multis modis impingit in Logicam. Fateor, diſſentio qvandoqve à patre, ſed Catechiſmus qvidem meus me docet, qvod ſalva conſcientia id facere poſſim, & non repugnante qvarto præcepto, qvod ſi aliqvis eò extendere velit, ac ſi honor & reverentia parentibus debita etiam includeret adulatoriam qvandam veritatis, qvam non autoritas, ſed recta ratio dirigit, abnegationem, is vereor, ne exſibiletur à Catechumenis. Qvod verò ſcabioſè ſentiam de Patre, falſum eſt & imò mendacium. Provoco ad Vos omnes, an unquam, quoties diſſenſum meum doctrinæ gratia Vobis indicavi, verbulum protulerim, quod in contumeliam Patris Optimi trahi potuerit. Sicubi fieri poteſt illæſâ fidelitate informationis, diſſimulo nomen Patris aut aliorum, quibus reverentiam debeo, ut ſuprà monui. Verum eſt, me hinc inde non magnificè ſentire de doctrinis quibusdam Peripateticorum communibus, quod deprehenderim, eas nulla ratione firma niti; verum eſt etiam & agnoſco, me non nunquam hac parte provocaſſe in diſcurſu ad ſcripta philoſophica Patris tanquam optimi interpretis qvem ego qvidem evolvi, philoſophiæ Peripateticæ, ſed tum quidem controverſia mihi cum Patre non magis interceſſit, qvam in judicio controverſia eſt inter actorem & procuratorem rei,

 præ-

præprimis cum ipſe B. Pater in multis doctrinam communem deſeruerit, melioribus rationibus inſtructus, non ſolum in ſcriptis publicè editis, ſed & adhuc plures in Mſs. ineditis, ut forte in ſeqventibus exemplum afferemus, adeoqve hac parte laudabili exemplo mihi præiverit.

§. 33. Reſtat *Novatoris* convitium, quod apud veræ ſapientiæ aſſeclas ferè contemnitur, cum gloriæ potius ducendum ſit, ſi qvis non alienis oculis omnia cernere velit, ſed ex propria ratione ab aliis prætervisa detegat, ab aliis non rectè dicta emendet. Eſt hoc proprium Philoſophiæ Eclecticæ, qvam ſeqvor. Hujus autem præſtantiam præ philoſophiis ſectariis erudita diſſertatione demonſtravit *Johannes Chriſtophorus Sturmius, præmiſſa ipſius tractatui de Philoſophia Eclectica, qui præcedenti anno publicam lucem aſpexit*: At hanc nemo Sectariorum, & qvi ex antiquitate divam faciunt, refutavit, neque enim poſſunt, ut alia occaſione Vobis demonſtravi. Multa igitur nova amplector, multa nova rejicio, multa ipſe innovo libertate philoſophandi uſus & rationem ducem ſecutus, cui videlicet nec ſordent nova nec inepta videntur antiqva. Qvod ſi retorſione uti placeret, appoſite uſurpare poſſem acutum Epigramma Excellentis apud nos, tam qvoad vitam, qvàm doctrinam Theologi, & elegantiſſimi pariter Poetæ, qvo non

ita

Digitized by Google

[du]m pridem publicè diſputantes qvosdam ho-
noravit:

*Errores quisquis Patrum cupit ore tueri,*
*Semper & antiqvum, qvod docet, eſſe crepat,*
*Ille Novatorum reliqvos dum nomine carpit*
*In Veteratorum claſſe locandus erit.*

Scio qvidem in rebus Theologicis non facilè aliquid innovandum eſſe, etiamſi eadem rite expoſita defendi poſſint, ne ullo modo pax Eccleſiaſtica turbetur. At hac in ſignificatione me quicqvam novaſſe modò negavi & inſtitutiones meas publicæ cenſuræ ſubmiſi.

§. 34. Dedit tamen iſta calumnia mihi occaſionem, cum perſpicerem, ex conciſa brevitate, quam in primo libro adhibui, aliqvos anſam arripuiſſe verba mea in alienum ſenſum torqvendi, ut non ſolum in libro ſecundo & tertio mentem meam prolixiùs, qvam initio conſtitueram, exprimerem, ſed & de iis, qvæ in libro primo poſita erant cum amicis qvibusdam & Viris, qvos ob ſummum pietatis, virtutis verè Theologicæ, ſtudium, veneror, privatim conferrem, petens, ut, ſi qvicqvam ibi deprehenderent qvæ analogiæ fidei adverſa ſint, vel, ut talia videri poſſint, aut ambiguè poſita in pravum ſenſum detorqueri, vel novitatem aliquam doctrinæ ſacræ periculoſam foveant, de iſtis me monerent in tempore, & petito meo iidem plus qvam amice ſatisfece-

runt, objectiones aliqvas adverſus ibidem poſita placide mecum communicando, qvas uti debita gratiarum actione ſuſcepi, ita non poſſum non qvin pro Veſtra informatione ea qvæ inde, ut & ex propriis perlectionibus ſecundis iſtius libri primi, mihi venerunt in mentem ad explicationem obſcurius ibi dictorum, & corroborationem ſententiarum qvarundam dubiarum facientia Vos faciam participes, idqve qvantum fieri poterit breviſſimis, & ſecundum iſtam normam, ut vel convenienti expoſitione mentis meæ objectionem evitare Vos doceam, vel oſtendam, ſententiam, qvam defendi, ſi forte nova ſit, non eſſe tamen theologicam, aut non novam etiam, ſed autoritatibus Virorum omni exceptione majorum & plerumqve Theologorum noſtratium ſubnixam, etſi non adeò communem.

§. 35. *Cap. 1. §. 3. ſeqq.* trado diviſionem habituum multum emendatam & correctam & *§. 22. ibidem* communem Peripateticorum doctrinam hac parte infinitis ſcatere erroribus aſſero, neque nunc qvicqvam muto. Sed iſta qvidem doctrina haud dubiè Theologica non eſt, imò nec nova. Etſi enim tum temporis arbitrarer, in pleriſqve primũ me errores iſtos detegiſſe, cùm non niſi iſtum nævum, qvo Metaphyſica Scholaſticorum Sapientiæ titulo ab ipſis inſignitur, cùm tamen nihil ſit aliud qvàm lexicon terminorum, qvorum multi non ad Sophiam, ſed ad Sophiſticen utiles ſunt, à

Patre

Digitized by Google

Patre meo in Hiſtoria Metaphyſices, ipſius qvæſtionibus Metaphyſicis annexa, ut & aliũ quod intelligentia referatur inter habitus theoreticos ab eodem in annotationibus ad philoſophiam practicam obſervatum eſſe recordarer, deprehendi tamen nuperrimè aliud agens, elegantem meditationem in Muſeo B. Patris, qvæ doceret jam anno 60 eidem ferè & reliqva, qvæ in diviſione habituum vulgari obſervaveram fuiſſe notata, qvo pacto mihi gratulabar de ſimilitudine cogitationum cum Patre. Prolixior paulo iſta meditatio eſt, qvam ut convenienter prooemio huic noſtro poſſit inſeri. Illuſtrabitur tamen doctrina mea, ſi mentem ejus in ſummam collectam exhibuero & qvomodo ipſe in habituum diviſione velit procedere. *Virtutum, ait, alia intellectualis eſt, alia voluntaria; intellectualium alia ſimplex ſcilicet intelligentia, qua eſt principiorum Theoreticorum pariter & practicorum, alia compoſita, eaqve vel Theoretica, Sapientia ſcilicet & Scientia; vel Practica, nempe prudentia, directrix Moralium, & ſolertia, directrix artificialium. Voluptaria eſt vel Moralis, cujus ſubjectum ſecundarium eſt appetitus ſenſitivus concupiſcibilis vel iraſcibilis, vel artificialis ſeu ars, cujus ſubjectum ſecundarium eſt locomotiva animi vel corporis.*

§. 36 Illa tamen obſervatio, qvantum ſcio,

 mea

mea eſt, qua *eodem cap. 1. §. 23* detego craſſum & Theologiæ Chriſtianæ adverſum errorem de differentia habituum Theoreticorum & practicorum: cui lucem affundet *diſſertatio 5. & 6. Maximi Tyrii philoſophi Platonici*, qvas pro præſtantia Philoſophiæ Theoreticæ præ Practica conſcripſit, ſiqvidem multas ibi deprehendes rationes, qvæ hypotheſin iſtam ethnicam de eſſentia Dei ſpeculativa, & appropinqvatione hominis ad Deum per Philophiam Theoreticam, ſapiunt. Jam recordor eqvidem, inter orationes B. Patris extare aliqvam *21. ordine*, qva & ipſe præſtantiam Theoreticæ vitæ defendit. Sed tantum abeſt, ut à me teipſa diſſentiat, ut potius dicta mea in multis confirmet. Scopus orationis iſtius eſt, ut præſtantiam Theoreticæ vitæ demonſtret ex prærogativa primæ tabulæ Decalogi præ ſecunda. Hanc prærogativam utiqve non negamus, negamus verò primam tabulam pertinere ad vitam Theoreticam, adeoqve diſſentimus in terminis. Cum enim totus Decalogus diſponat de officiis humanis, de his vero planè non tractet Philoſophia Theoretica ſed Practica, utiqve & officia hominis erga Deum ad praxin ſpectabunt, non ad nudam theoriam. Qvæ verò in dicta oratione prolixè præmiſit B. Pater de opinione Philoſophorum Ethnicorum qvoad præſtantiam Philoſophiæ Theoreticæ præ Practica, nimium quantum confirmant ea qvæ poſuimus *d. c. 1. §. 24. ſeqq.*

§. 37.

Digitized by Google

§. 37. Id vero explicationis alicujus indiget qvod dixi *d. §. 24. in fine: falſam eſſe opinionem Gentilium, ſtatuentium, Dei eſſentiam conſiſtere in contemplatione*, intellige nuda, & qvæ ne quidem pro fine habeat actionem aliqvam. Unde cave, ne verba mea cavilleris, inferendo forte, qvod ſtatuam, eſſentiam Dei conſiſtere in actione externa, ac ita ex Scylla incidam in Charybdin, & iſtum errorem Gentilium, qui Deum ex neceſſitate quadam alligarunt ab æterno ad congreſſum cum materia prima. Nam, ut alia taceam, procederet qvidem hoc argumentum, ſi Deus homo eſſet. Nunc cum Dei eſſentia intellectum humanam infinitis modis excedat, ne quidem inferre poſſes (ſi negaſſem omninò contemplationem de Deo, qvod tamen ut vides, non feci,) à negatione contemplationis ad poſitionem actionis, qvemadmodum v. g. non poteris inferre, ſi qvis neget lapidem videre, qvod ſtatuat, lapidem eſſe cœcum. Uti enim inter videre & cœcum eſſe ſcio dari tertium, non videre, quod de lapide ob imperfectionem ſuam prædicari poſſit; ita ſentio, inter contemplationem & actionem humanam in Deo dari poſſe tertium aliquod, quod ob ſummam ejus perfectionem ignoro. Neq; enim ſcio, ſcriptura adjutus, eſſentiam Dei, ſed admiror, & ea, quæ ſcriptura hac de re mihi revelavit, ſine ſcientia philoſophica credo. Qvod ſi tamen more humano de infinita Dei eſſentia loqui licet, placent



Digitized by Google

cent omninò verba Patris dicta oratione p. 504. ſeqq. *Felix Deus eſt non contemplando tantum, ſed etiam agendo (nihil enim ipſi moleſtiarum Numini potentiſſimo & ſimpliciſſimo, creant vel uno momento ſubeunda negotia infinita.) Suo beneficio Deus beatus eſt, non alieno. Nos contrà, quicquid habemus boni, Deo debemus, non nobis. Qvid autem ſumus, vermiculi, ſi cum divina Majeſtate comparemur.*

§. 38. *Eod. c. 1. §. 29.* dum dico: *Legem ſemper obligare, pactum nunquam*, non is ſenſus eſt; ac ſi duorum vel plurium conſenſum non ſeqvatur obligatio (qvod ipſum tamen, & qvod promiſſis obligemur, multoties inculcat ſcriptura) contrarium enim prolixè declaro *in cap. 6. l. II. de fide ſervandâ*; ſed id volo; obligationem, qvæ pactum ſequitur, non oriri ex ipſo conſenſu, ſed ex voluntate legislatoris, ſervationem promiſſorum jubentis. Hinc ſtatim ſubjungo *legem obligare mediante pacto.* Feci autem iſtud, ut fortius contradicerem quibusdam, qui ultimò vim obligationis ex pacto deducunt, qvos inter, ni fallor, Hobbeſius eſt, præcipuus, ſimul ut contradicerem ex parte Grotio, leges naturales etiam obligaturas fuiſſe, aſſerenti, etiamſi ponamus Deum non eſſe &c. Qvodſi tamen malis, locô phraſeos, *quod lex obliget aliquando mediante pacto* uſurpare aliam, *quod pactum obliget vigo-*

re

re *legis*, non repugnabo, quia inter has duas phraſes nullam differentiam intereſſe opinor, ſiquidem utraque intendit, legem quidem citra pactum poſſe obligare, ſed pactum non obligare, ſi tollas legislatorem.

§. 39. *In §. 31. ejusd. cap.* dico, quod lex æterna ſit figmentum Scholaſticorum, ubi non reſpicio rem ſub hoc termino denotatam, ſive per eam intelligant juſtitiam divinam ſeu totum naturæ ordinem divina voluntate & decretô inſtitutum. Qvis enim hæc omnia, niſi ſit Atheus craſſiſſimus, aſſeret eſſe ἐκ τῶν ὄντων? Sed hoc dico, ipſam applicationem legis, quâ utuntur Scholaſtici in exponendo conceptu ſuo, eſſe impropriiſſimam, ſive: Maximam ἀκυρολογίαν in voce legis eſſe. Oſtendunt hoc verba immediatè præcedentia: *Hinc ſequitur, quod Deus non agat ſecundum legem.* Qvod ſi putes eſſe duritiem in modo loqvendi, cùm longè differant impropriè dicta à fictis, & figmenta ſint, non quæ verbis impropriis ſunt enunciata, ſed quæ extra fingentis aut figmentnm ſuſcipientium conceptum non exiſtunt; reſponderem, ſeparandas eſſe locutiones improprias. Aliæ enim fiunt eô modô, ut etiam ex intẽtione loquentiũ pro impropriis habeantur, aliæ ita comparatæ ſunt, ut loqventes prædicatum, qvod non niſi impropriiſſime de ſubjecto prædicatur, jactent proprie de eodem dici. Fateor, priores locutiones improprias fortè ſatis inconveni-

enter appellari figmenta, at, qvod poſteriores attinet, ſunt ea figmenta vera, qvia prædicatio impropria, dum aſſeritur eſſe propria, extra fingentis conceptum ut propria non exiſtit, ſed loqvens eam eſſe propriam omnino id fingit; ita ſi quis hominem venditaret pro homine vero, aut Herodem vellet eſſe propriè vulpem, aut prata ridere propriè, haud dubiè fingeret iſta &c. Conſtat autem, quod pleriqve ex Scholaſticis eam opinionem defenderint, ac ſi lex illa æterna ſit lex propriè dicta, unde & circa ipſam legis definitionem maximas controverſias moverunt, eum in finem, ut legis illa generalis definitio eò melius ad Deum accommodari poſſit, qvas fuſius exponit Dominus Oſiand. in *Typo legis naturæ*.

§. 40. Doctrina, qvod beſtiæ ſenſu careant, haud dubiè ad Theologiam non pertinet, qvin imo, ſi intereſſe Religionis cum hac controverſia miſceatur, haud dubiè aſſertio de carentia ſenſus palmam præripit opinioni contrariæ. Elegantia hanc in rem ſunt verba Veri & genuini Critici petri Bælii *in Excerptis Reipublicæ literariæ menſ. Martio 1684. p. m. 26. ſeqq. On intereſſa d'abord la Religion dans cette cauſe, par l'eſperance, que les Anti-Carteſiens concûrunt de ruiner par là les machines de M. Deſcartes; mais on ne ſcauroit aſſez dire le bien, qui en eſt venu aux Sectateurs de Philoſophe. Car ils croyent avoir montre, qu'en donnant aux bêtes un ame capable de connois-*

*iſſance, on ruine toutes les preuves naturelles de l'immortalitate de nôtre ame. Ils ont fait voir que leur ſentiment n'avoit point de plus opiniatres ennemis que les impies, & les Epicuriens, & qu'on ne ſcauroit faire plus de depit à ces mechans Philoſophes, qu'en les deſarmant de toutes les fauſſes raiſons, qu'ils empruntent de l'ame des betés, pour conclure qu'il n'y a entre elles & nous, que la differance du plus au moins. C'eſt une choſe asſcuree, qu'il n'y a point de gens qui affectent plus que les impies, d'approcher les bêtes de la perfection de l'homme. Voila comment la ſecte de M. Deſcartes a mis la Religion dans ſes interets. Mais elle ne s'eſt pas contentee de cette raiſon. Elle s'eſt elevee juſques à la nature de Dieu, pour y chercher des argumens invincibles contre la connoiſſance des betes, & on peut dire qu'elle y en a trouvé d'aſſez bons &c.* Et meretur tota ejus diſſertatio eruditiſſima, quam occaſione tractatus Darmanſ. *La Bête transformee en Machine ibid p. 19-34.* propoſuit, à Vobis perlegi. Breviter: tota doctrina paucis iſtis poſitionibus includi poterit. 1. Concedunt, credo, Peripatetici: *Animam hominis à nobis aliter concipi non poſſe, quam per facultatem cogitandi* 2. *Concedunt, quod ſenſus interni cognoſcant* 3.

*Aut neceſſario concedendum eſt cognitionem omnem fieri per cogitationem, aut fatendum eos, qui cognitionem de ſenſibus prædicant ignorare quid loquantur.* Unde 4. naturali du-ctu fluit concluſio: *Beſtias carere ſenſu interno, quia carent ratione.* Ergo aut ratio indulgenda eſt beſtiis, aut cum ratione ſimul adimenda ipſis eſt ſenſio, vel perceptio, vel cognitio, vel quocunqve vocabulo hic uti velis. Non tamen adeò nova etiam eſt hæc doctrina, ut demum à temporibus Carteſii derivari debeat, *Primum fuiſſe Gomeſium Pereiram,* verba ſunt Sturm *diſſert. 1. de philoſ. Eclect. p. m. 54. qui beſtias omni cognitione ſeu perceptione carere affirmavit, eumque in ſupero hoc ſeculo κατὰ πόδα ſecutos eſſe Carteſium & Digbejum, teſtatur. Williſius de An. brutorum cap. 1. p. m. 6. & Morhofius in diſſert. de Paradoxis ſenſuum, Gometium iſtum Philoſophum ac Medicum Hiſpanum ait ea de re operoſum, ac triginta annorum librum edidiſſe Methynæ A. 1554. excuſum, & Antoniana Margarita ab utriusque parentis nomine inſignitum.* Adde omninò *Balium d. l. p. 20. ſeqq.* ubi oſtendit, extinctam fuiſſe mox cum Pereira iſtam opinionem, adeoqve gloriam inventionis iſtius non denegandam Carteſio. Qvin imo non defuit Anonymus, qvi ipſum

ipſum Bælium moneret, jam tempore Auguſtini ea de re diſputatum fuiſſe, eamqve in rem adduceret ipſius Auguſtini verba *de quant. an. cap. 30. Qvod autem tibi viſum eſt non eſſe animam in corpore viventis animantis, quanquam videatur abſurdum, non tamen doctiſſimi homines, quibus id placuit, defuerunt, neque nunc arbitror deeſſe. Vid. Bal. exc. menſ. Aug. 1684. p. m. 12. &* Rondelius *in peculiari Epiſtola, cujus fragmentum exhibet Balius menſ. Octobr. ejusdem anni p.* 290. ipſum admonuit, plusqvam trecentis annis ante Auguſtinum à Stoicis Cæſarum tempore, ante hos verò iterum plusqvam trecentis annis à Diogene Cynico de animâ ſenſitivâ beſtiarum fuiſſe dubitatum, etſi Anonymus iſte ſententiam ſuam mox retractaverit, eò qvod in evolutione ipſius Auguſtini deprehenderit, in verbis ex Auguſtino allatis neqvaquam eſſe quæſtionem de doctrina Percireæ; unde Doctiſſimus Bælius ſuſpicatur, forte & loca à Rohdelio adducta non diſertè probare ejus intentionem, *vid. menſ April 1685. p.* 425. qvod fortè diſcutiemus prolixius alibi.

§. 41. Canones de imputativitate actionum moralium, quas trado c. 1. §. 66. ferè omnes hauſi ex Domini Pufendorffii ſcriptis de J. N. *& G. lib.* 1. *cap.* 5. *& de O. H. lib. 1. cap.* 1. puto tamen circa eos ferè conſentire Peripate-

tericos,& communiter eosdem tradi ab ipſis met in libellis eorum Ethicis, maximè illum, quem affero §. 69. quod non poſſint imputari homini, quæ ut adeſſent, vel non adeſſent, penes ipſũ non fuit. Has verò omnes regulas intelligo de foro humano, quia tracto in totis Inſtitutionibus Jurisprudentiam, quæ pro ultimo fine habet tranquillitatis humanæ conſervationem, per legum executionem & juſtitiæ adminiſtrationem, adeoque non contradico Dominis Theologis eorumque doctrinæ de imputatione peccati originalis in foro divino. Cui non obſtat, quod tractatum inſtituerim de Jurisprudentia divinâ, unde forte lector ex legibus bonæ methodi generales iſtas regulas in ea latitudine capiendas eſſe putare poſſet, qua non humano ſed divino etiam foro conveniant; Nam ex iis quæ circa finem c. 1. & 2. diſſero, cuilibet apparebit, quod Jurisprudentia etiam quatenus divina dicitur, occupata qvidem ſit circa leges divinas, non tamen circa forum divinum, ſed hoc totum relinqvat Dominis Theologis. Qvoniam tamen etiam ſcandala aliorum accepta avertere cupio, declarationem ſententiæ meæ hic addere volui.

§. 42. *Cap. 2. §. 2. p. 48.* ſtatuo: qvasdam leges divinas ſalutem hominis in hac vita intendere, ubi intelligo intentionem immediatam, ſic enim verbis expreſſis me explico *eod.*

*cap.*

Digitized by Google

*cap.* §. *125.* & . §. *138.* Ergo non nego omnem legem divinam qvæ æternam ſalutem intendit, ſimul intendere ſalutem in hac vita, nego ſaltem, qvod immediatè intendat.

§. 43. *Ibidem* §. 3. dixi, mihi diſplicere communem diviſionem legis divinæ in Moralem, Ceremonialem & Forenſem, qvo ipſo tamen nefas vel crimen aliqvod in Sacram Theologiam me admiſiſſe nego. Rationes hujus diſplicentiæ expoſui in diſputatione publicâ *de crimine bigamia* §. *8,* & *20.* Quoniam ſcilicet multi, qui eâ diviſione utuntur legem moralem & naturalem inter ſe convertunt, & decalogum ubique præcepta naturalia inculcare aſſerunt, aut præter Decalogum nulla in SS. literis extare præcepta moralia defendunt, cùm tamen conſtet, moralem eſſe latiorem & ſub ſe comprehendere legem poſitivam univerſalem; Decalogum item etiam inculcare leges poſitivas univerſales. v. g. in præcepto nono & decimo; denique, extra Decalogum quoque & v. g. Levit. 18. extare præcepta moralia. Primum quod attinet, conſentit mecum Dn. Oſiander *Typo legis naturæ p. m.* *117.* §. *15.* ubi dilucidè ait, *diſparem eſſe rationem legis moralis & naturalis.* *B.* Dorſcheus Theolog. Moral. Diſputat. 1. §. 10. *Legi naturali ſuperadditam, & generi humano communicatam eſſe legem divinam poſitivam, quæ deinde plenius, & ad regimen po-*

*pu-*

*puli Iſraelitici reſtrictè per Moſen propoſita fuit, antiquior omnium gentium legibus, & quæ omnibus Legumlatoribus primis ſanctionum principium dedit, patet ex gentilium confeſſione, de qua Euſeb. l. 1. præparat. Evangelicæ cap. 9. ex loci notatione, qua originem omnium legum ad Ægyptum referunt, quam ex Joſepho Pſal. 105. 22. Iſraelitarum veterum religioſorum inhabitationi debet; ex collatione legum, quam inter Romanas & Ebraas instituerunt, Juſtus Calvinus in Themide ſua Ebræo-Romana; Guilielmus Velrot in parall. Juris Judaici & Romani; Molinæus in Coll. LL. Rom. & Ebræarum & alii. Adde Diodorum Siculum L. 1. Bibl. cap. 5. pag. m. 43.* Tum ſubjungit §. 11. legem Moralem ſcriptam Moſi traditam etiam ante Moſaica tempora fuiſſe cognitam, idque ſecundum ordinem præceptorum Decalogi per varia ſcripturæ dicta probat. Denique ponit §. 13. *Leges Morales ante Moſaica tempora notas non ſoli lumini naturali adſcribendas, ſed etiam poſitivas fuiſſe, adeoq; ad divinam promulgationem referendas eſſe, ex illuminatione Patriarcharum & divinis ſermonibus Gen. 3. 4. 6. &c. conſtat.* His adde B. Scherzerum *in Syſtem. Theol. loc. 9. §. 9. p. 266. Ex quo fundamento inter legem Moralem naturalem ac po-*

*poſitivam diſtinctio (quæ melior eſt vulgari inter Jus naturæ primævum & ſecundarium) naſcitur.* De ſecundô, & quod præceptum nonum & decimum concernit, mox fuſius dicemus. De tertiô poſſunt ſufficere ea, quæ modo ex Dorſchéo notavimus, cui junge, qvæ prolixè diſputo in ipſis inſtitutionibus *l. 2. c. 3. per integr.*

§. 44. Qvæſtionem de imperio conjugali in ſtatu integritatis, qvam tango §. *29. ſeqq. c. 2.* ad propriè Theologicas, quarum affirmatio aut negatio heterodoxiam inferat, aut ſcandalum pariat in Eccleſia, non pertinere arbitror. Unde quemadmodum non prætendo, ut Eruditi opinioni meæ aſſurgant, ita nec hâc parte opus eſſe puto in commentariis Theologorum noſtrorum, qvi cum mea ſententia faciant inqvirere. Fateor plures, qvos vidi, diverſam à me ſententiam amplecti. Qvibus tamen omnibus, ſi autoritate agendum ſit, oppono verba Lutheri *ad Geneſ. cap. 3. f. m. 49. At ſi Heva in veritate ſtetiſſet, non ſolùm non ſubjecta imperio Viri eſſet ſed ipſa quoque ſocia gubernationis fuiſſet, quæ nunc ſola maſculorum eſt;* ſin rationibus, provoco ad ea, qvæ latius diſſerui iterum *lib. 3. cap. 3. §. 35. ſeqq.* ubi hanc quæſtionem reaſſumſi.

§. 45. *In cap. 1. §. 51.* pono commune axioma: *Nihil eſſe in intellectu, quod non prius fu-*

*erit in ſenſu*, illudqve appello verum & illimitabile. *Cap. vero 2. §. 39.* dico, quod intellectus humanus in ſtatu poſt lapſum ſit inſtar tab. raſæ varias impreſſiones recipere aptæ: *& eod. c. §. 66. 67.* ſtatuo, qvod recta ratio adſit homini à nativitate per modum potentiæ aptæ vires ſuas exerendi, ſi ſuppeditantibus ſenſibus ideæ prius fuerint ab intellectu formatæ, & rejicio doctrinam Scholaſticorum, ut nimis ſubtilem, dum docent ineſſe infantibus etiam naturaliter, per modum habitus cujusdam connati qvædam prima principia practica &c. Qvæ omnia ideo hic conjungo, qvoniam unũ ex altero fluit. Et primo quidem quod attinet canonem iſtum: *Nihil eſſe in intellectu &c.* is ita tritus & vulgatus eſt, ita in omnium Peripateticorum Phyſicis extat, ut metuere non poſſim eum ad aſſertiones ſpectare, qvæ Theologiæ non conſonant, *vide B. Patris mei Phyſicam c. 49. qv. 66. ſeqq. p. 263. ſeqq. Zeidl. Anal. poſter. p. 231. th. 31. & . p. 572. §. 8.* Qvod alterum attinet id paucis monendum, qvod Plato & Ariſtoteles qvoad modũ cognoſcendi animæ noſtræ diſſenſerint, ita ut Plato ſtatuerit eum fieri per reminiſcentiam, Ariſtoteles verò per receptionem ſpecierum à ſenſibus intellectui impreſſarum, unde & Plato intellectum humanum tabulæ raſæ, Ariſtoteles nudæ comparavit, *vid. iterum Zeidler. d. l. p. 391. theſ. 4. & . p. 586. theſ. 1.* Non ergo putare

re debetis,ac ſi, dum tabulæ raſæ mentionem facio tranſierim hac parte in caſtra Platonis,id enim meam intentionem non eſſe vel prior iſte canon docet: *Nihil eſt in intellectu* &c. utpote qvi Philoſophiæ Platonicæ ex adverſo opponitur, ut alibi Vobis demonſtrabo. Sed uſus fui vocabulo *raſa* ſecundum communem loqvendi modum,qvo *tabula raſa & nuda* sæpe promiſcuè uſurpantur. Ferre tamen facile poſſum, ut omnis ambiguitatis tollendæ cauſa terminus hic cum altero mutetur. qvod deniqve concernit tertium, & hic conſentientes habeo Viros eruditos & omni exceptione majores non aliarum ſolum Academiarum, ſed & noſtræ. Ex Regiomantana iterum nomino Melchiorem Zeidlerum qui *in ſæpius citato tractatu l. 2. cap. 3. §. 2. & multis ſeqq.* prolixè demonſtrat, rationem humanam initio nativitatis ſe exerere ſolum ut potentiam, & adeo notitias innatas ipſas eſſe nudas potentias,nequaquam verò habitus.Ex Helmſtadienſi provoco ad Conrad. Horneium,*qui in Philoſophia morali lib. 4. cap. 2. §. 6. p. m. 559.* ſatis aperte docet, principia prima tam theoretica qvam practica prærequirere cognitionem terminorum, neqve ab infantibus intelligi.Ex Jenenſi produco Johannem Zeiſoldum, qvi *anno 1651. ſeq. qvatuor diſputationibus publicis de notitiis naturalibꝰ* ſententiam

hanc noſtram ex fundamento demonſtravit, & adverſus objectiones Sperlingii in Academia Wittenbergenſi corroboravit. Ex noſtra remitto Vos ad doctrinam B. patris mei philoſophi *ex Pl. Rever. Alberti noſtri judicio in orat parent.* Chriſtiani (qvod prædicatum per totum vitæ ſpatium ipſe qvæſivit, qvatenus de iis id dici ſolet, qvi philoſophando Sacræ Theologiæ non contradicunt, nec adverſa qvædam ſcripturæ & qvæ religionem turbare poſſint defendunt; qvod ſi vero qvis iſtud elogium in alienum ſenſum torqvere velit, ac ſi Vir Beatus Philoſophiam & Theologiam diſtinctiſſimas diſciplinas confuderit, & vel theſes Theologicas ex principiis rationis vel philoſophicas ex hypotheſibus revelationis demonſtrare allaboraverit, is certè B. Patri meo magnam faceret injuriam, ut qvi de hac confuſione nè per ſomnium quidem cogitavit unquam.) Hic igitur perſpicuè eadem inculcat, quæ de notitiis naturalibus docuimus, etiam quod ipſius Dei notitiam attinet *quæſt. phyſ. d. l. qvæſt. 68. ſeq. p. 284. Valet hæc regula: (Nihil eſt in intellectu &c.) de iis tantum, quæ ſunt in intellectu per modum actus, ſeu ſpeciei intelligibilis, non ſemper de iis, quæ per modum potentiæ ſeu habitus. A. Declara B. Inſunt intellectui noſtro notitiæ quædam innatæ primorum puta principiorum, inſunt autem per modum*



Digitized by Google

*modum potentiæ, licet illas nullus principiorum ſenſus anteceſſerit. A. Ego verò exiſtimem, etiam intelligibiles quasdam ſpecies ineſſe noſtro intellectui, quæ tamen ſenſum nunquam ſint ingreſſæ. Annon enim, (ut alia taceam) Deus eſt in intellectu noſtro, qui tamen ſenſum omnem effugit? B. Audi ergò hic alteram limitationem: nihil in intellectu, quin præexſtiterit in ſenſu, puta vel per ſe, vel per aliud. Per ſe Deum non cadere ſub ſenſum concedo, ne per aliud quidem cadere nego.*

§. 46. Docere Vos hæc poſſunt, ſententiam meam hâc parte non eſſe novam, aliquatenus etiam, non eſſe heterodoxam, quia à Viris, in quos nulla cadit heterodoxiæ ſuſpicio, fuit defenſa. Sed urgent tamen diſſentientes, & qui communiter Scholaſticorum ſententiam defendunt, textum *ad Rom. 2. v. 15.* & quod lex naturalis ſit inſcripta cordibus hominum? Quamobrem etiam *index novitatum n. 19.* Illuſtri Puſendorffio ut errorem heterodoxum imputavit, quod negaverit, legem naturalem eſſe inſitum quendam & connatum habitum. Huic tamen ex aſſe ſatisfecit Vir Illuſtris *in Apologia pag. 46. ſeqq.* demonſtrans genuinè, & ex aliis ſcripturæ locis Parallelis; *per ſcripturam in corda humana* longè aliud ſignificari quàm habitum ejusmodi innatum. Et jam olim Zeiſoldus in in-

tegra diſputatione quarta id egit, ut defenderet ſententiam noſtram non repugnare religioni, multisque Sperlingii argumentis in hunc finem adductis ſolidè ſatisfecit ſimulq; oſtendit, jam ſuo tempore Jacobum Martini Philoſophum & Theologum ex noſtris celeberrimum illam Scholaſticorum doctrinam impugnaſſe. Unde cum Sperlingius *in Anthropologia l. 1. c. 3. qu. 8. p. 186. ſeqq.* pro notitiis inſitis urgeret allatũ Apoſtoli locum, his verbis: *Ita enim Apoſtolus: cum gentes, quæ legem non habent, natura quæ legis ſunt fecerint, eæ legem non habentes ſibi ipſis ſunt lex. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſimul atteſtante illorum conſcientia & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut etiam excuſantibus. Hinc argumentum nectí poteſt. Quicquid natura cordibus gentilium inſcriptum eſt, id non acquiſitum, ſed innatum eſt. Opus legis natura cordibus gentilium inſcriptum eſt. E. opus legis non acquiſitum, ſed innatum eſt*; inter alia proponit reſponſionem Martini *ex Partit. Metaph. Sect. 3. qv. 4. p. 321. Ad autoritatem Apoſtoli reſponſio eſt expedita: qvod ſit diſtingvendum inter inſcriptionem ipſam & modum inſcriptionis. Qvod Ethnicis, quia faciunt ea, quæ legis Dei ſunt, à natura inſcripta ſit lex Dei,*

*Dei, non negatur, negatis notitiis illis naturalibus, ſed negatur duntaxat modus, quem nonnulli urgent, nempè quod per nativitatem ſit inſcripta: qui certè modus ex allegato dicto Paulino nunquam demonſtrabitur. Rectè attendatur ſcopus Apoſtoli, & res erit manifeſta. Sic ille argumentatur: Aut eſt eadem Judæorum, quæ Gentilium, in cauſa juſtitiæ operum ratio, aut apud DEum eſt προσωποληψία: προσωποληψία apud Deum non eſt: E. atqui par eſt utrorumque ratio. Minor probatur, vel potius tota continetur verſu 11. Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum. Majoris & connexionis ejus probatio continetur verſibus ſeqventibus, & tali includitur Syllogiſmo: Quicunque pariter peccarunt, horum, qvoad peccata, non poteſt diverſum eſſe apud DEUM judicium. Judæi & Gentiles pariter peccarunt E. &c. Minorem probat Apoſtolus verſu 12. Quicunque enim ſine lege (Ethnici) peccarunt, ſine lege & peribunt: & quicunque (Judæi) in lege peccaverunt, per legem damnabuntur. Quibus ita diſputatis, progreditur porro Apoſtolus verſibus 14. & 15. (in quibus totus nervus datæ objectionis reſidet,) & qvod dixerat, gentiles ἀνόμως peccaſſe, id non ſimpli-*



Digitized by Google

*citer atque abſolutè, ſed κατά τι accipiendum eſſe oſtendit. Externa quidem promulgatione divinæ legis (ſunt verba Dn. Mylii ſupra hunc locum) qualis Iſraelitis in deſerto Sinai facta eſt, caruerunt gentiles. Hoc eſt, quod dicit, illos legem non habuiſſe. Interim natura feciſſe inquit, quæ legis ſunt, & ſic legem ſibi ipſis fuiſſe, id eſt, habuiſſe in ſemet ipſis & in natura tota, unde iſtum defectum penſare quadantenus potuerint. Opponitur igitur hic lex quatenus revelata eſt, & quatenus naturalis. Quid verò id ad notitias innatas?* Ex modernis Dominis Theologis adduco Dn. Oſiandrum, qui *in Typo legis naturæ p. 158.* non ſolum de natura intellectus humani loquens, cum vocat *potentiam indifferentem & indeterminatam, juxta Ariſtotelem, tabulam nudam,* cum tamen *eadem pag.* loci illius Apoſtolici mentionem injecerit, *ſed & p. 129. ſeq.* ubi adverſus eos diſputat, qui negant dari legem naturalem & volunt: homines omnes leges ſibi ex utilitate ſanxiſſe, primò iſtam ſententiam refutat per eundem textum Paulinum, deinde ex ratione adverſus illos diſputans & mentionem notitiarum naturalium injiciens, dicit: *Rationem naturæ inſtructam eſſe principiis quibusdam Theoreticis tam evidentibus, ut etiam ab infan-*

Digitized by Google

*ſante probentur, modo exponantur termini, v.g. quid ſit totũ, quid pars &c. atq; ſic intelligendum eſſe, qvod dicantur iſtæ notitiæ ante ipſorum terminorum notitiam præexiſtere & menti ineſſe.* Quo ipſo ſatis apertè Vir Reverendus aſſerit notitias iſtas ante cognitionem terminorum eſſe nudas potentias. Denique nec obſtat opinioni noſtræ, quod infantibus etiam minimis fides tribuatur à Dominis Theologis, fides verò notitiam aliqvam, eamqve actualem præſupponat. Fides enim non eſt opus naturale: At nos de naturali aliqvo effectu hic ſumus ſolliciti, qvi poſſit ex lumine rationis demonſtrari, non per verba aliqva obſcura & nihil ſignificantia exponi. Igitur uti Phyſicus qvi negat, qvod virgo pariat, hac parte Theologo qvi dicit, Virginem Mariam peperiſſe, non contradicit, ita nec contradicit Philoſophus, negans dari notitias naturales connatas, Theologo aſſerenti, dari fidem præternaliter in infantibus à prima nativitate excitatam. Quin potius iſte philoſophus, ſi Chriſtianus eſt, & Scripturam videt docere, qvod infantes fidem habeant, non ſinit ſe immiſceri diſqviſitioni Scholaſticorum; utrum iſta fides ſit actus an potentia an habitus, ſed ita ferè cogitat. *Sancte Deus, Tu dixiſti in verbo Tuo, quod myſteria fidei non manifeſtaveris Sapientibus hujus mundi, ſed ſtultis & qvi credunt, ſe per omnem ſapientiam ſuam ne mi-*

*nimum quidem punctum myſteriorum fidei poſſe attingere; Tu per Vas Tuum electum admonuiſti homines, ut in rebus fidei ſe decipi non patiantur per philoſophiam. Ecce totus penè mundus in eo eſt ut Theologiâ quadam Scholaſtica, quæ nihil eſt aliud qvam chaos aliqvod rationis & revelationis Tuæ, velit metiri immenſurabilia fidei myſteria. Sed da mihi ut autoritatem Verbi Tui præferam autoritatibus hominum, qvantæ qvantæ ſint, & ſi in rebus ad fidem pertinentibus Verba Tua præ me videam, vel clara omnino, vel ex aliis locis parallelis interpretationem accipientia, da mihi, ut iis ſimplici aſſenſu credam, etſi modum qvo prædicatum cum ſubjecto connectitur, ignorem, neque tentem, diſtinctionibus Metaphyſicis aut aliis ejusmodi ſubtilitatibus ineffabilia tua myſteria eloqui. Igitur ſi Verbum Tuum mihi inculcat, infantes uſu rationis non pollentes credere in Chriſtum, id credam, etiamſi conceptum mihi diſtinctum hac de re formare non poſſim, quia ſcio, quod verbum tuum non mentiatur, neſcio verò qvid rerum ſit ille habitus, qvem Scholaſtici ex Philoſophia ſcripturam exponere intendentes, Verbo Tuo inſeruerunt, quemque neque potentiam neque actum eſſe volunt, & ita dum per-*

*ſpicuè*

*ſpicue intelligi volunt, faciunt, ut nec ipſi quid velint intelligant, nec alii qui eos audiunt &c.*

§. 47. In eodem c. 2. §. 65. adduco pro demonſtratione, quod lex divina poſitiva haurienda ſit ex divina revelatione locum Apoſtoli *Rom. VII. v. 7. Non cognoviſſem, concupiſcentiam eſſe peccatum, niſi lex dixiſſet: non concupiſces*, eumque locum ſic παραφράζω, quòd Apoſtolus hic profiteatur, ſe *rationi ſuæ relictum* non cognoviſſe, concupiſcentiam eſſe peccatum, niſi lex *divina poſitiva* dixiſſet; non concupiſces. Sed poſteà deprehendi ex Dominis Theologis non omnes ejus eſſe opinionis, quod lex illa: *non concupiſces* ſit poſitiva, ſed aliquos habere eam pro naturali, ex qvorum opinione adeo contra meã doctrinam ſic diſputari poſſet: Legem de concupiſcentia ipſa creatione niti, atque illud à nobis exigere, ut ſimus, quales creati ſumus, nempe ſine ullâ mali concupiſcentia; adeoque tale hoc præceptum eſſe, ut ſalva ſuâ juſtitiâ & veritate non potuerit aliter Deus, quam exigere, ut homo ſit, qualem ſancto ſuo conſilio & deſtinaverat & fecerat. Nam legem quæ creatione nitatur eſſe naturalem, non poſitivam. Ex dictis etiam ſequi, qvod differentia noſtra, quam inter legem naturalem & poſitivam quæſivimus §. 64. non omnes numeros impleat, qvod legis naturalis co-

cognitio ex recta ratione, poſitiva autem ex revelatione, peti debeat. Valere eam utiqve, niſi ipſa ratio noſtra eſſet obſcurata, ut cum extantiora adhuc agnoſcat & deteſtetur vitia, non penetret ad interiora & ſubtiliora, quæ tamen in naturâ integra æquè inſpexiſſet, licet poſitivæ tum etiam nonniſi ex revelatione innotuiſſent. Et ergò ex naturæ corruptione eſſe, quam ipſe deplorat Apoſtolus, quod ne quidem morbum ſuum niſi ex legis nova promulgatione agnoverit &c. Ego verò dum illam periphraſin loci Paulini in Inſtitutionibus meis poſui, id non feci absque conſultatione Theologorum noſtrorum, & potiſſimum reſpexi ad verba B. SCHERZERI in *Syſtemate Theologiæ loco 7. §. 9. p. 154. Concupiſcentia Originalis in decalogo prohibita eſt, ergo peccatum eſt, Rom. VII, 7. ubi de concupiſcentia agitur, cujus ἀνομία ex lege naturæ cognoſci nequit.* Atque hæc verba B. Scherzeri ſi cum Inſtitutionibus meis aut mea periphraſi jungas, certus ſum me ab ejus mente ne in minimis quidem receſſiſſe, adeoque doctrinam hanc ex illis eſſe, quæ turbam aliquam in Eccleſia daturæ non ſint, etſi alii Domini Theol. contrariam foveant ſententiam, cum quibus uti diſputare nolim, ita videtur tamen iſte diſſenſus non incommodè tolli poſſe, (ut alia jam taceam,) diſtinguendo inter legem naturæ ſtatus primordialis & ſtatus poſt lapſum, ita ut objectio contra ſententiam noſtram

ſtram

Digitized by Google

ſtram de priori loquatur, nos verò B. Scherzerum ſecuti loquamur de poſteriori. Atque hâc diſtinctione litem melius tolli poſſe arbitror, quam ſi diſtinguas: aliud eſſe, lege naturali vetari; aliud prohibitionem ſola ratione, qualis nunc eſt, agnoſci. Nam primò B. Scherzerus non ſolùm dicit, quod concupiſcentiæ peccatum à ratione cognoſci nequeat, ſed notanter dicit; quòd nequeat cognoſci *ex lege naturæ.* Deinde vereor, ut hæc diſtinctio non impugnari poſſit ex dicto Paulino *Rom. II. v. 14. 15.* dum Gentium cordibus inſcriptas eſſe leges naturales teſtatur, qvæ locutio ex communi noſtrorum interpretatione id vult, quod Gentiles etiam legem naturalem poſt lapſum ſine revelatione cognoſcant, & qvod adeò lex naturalis hoc tempore nulla alia ſit, qvam qvæ ab hominibus hodiè etiam ex lumine rationis cognoſci poteſt, ſive per notitias quasdam connatas, ſive per acqviſitas. Neqve tollet diſtinctionem inter legem naturalem ſtatus integri & corrupti, qvod lex naturalis ſit invariabilis & indiſpenſabilis, ſi modò ſecernas: aliud eſſe variationem ipſius legis qva propoſitio eſt mentem legislatoris continens, aliud variationem cognitionis uniùs ejusdemqve legis & in ſtatu integro & in corrupto eandem propoſitionem inculcantis.

§. 48. Rem claram eſſe arbitror. Ne tamen & hic putes, me non Theologum, ineptè inter diſſentientes Theologos, me ipſum feciſſe arbi-

bitrum, non poſſum non apponere verba Dn. Oſiandri, quamvis paululum prolixa, utpote quæ non ſolum & theſin meam & conciliationem confirmabunt, ſed & à Novitatis in Theologia vitio me abſolvent. Ita verò Vir laudatus *in typo legis naturæ p. 167. ſeqq. §. 44. 45. Lex naturæ conſiderata tum in ſtatu integritatis tum in ſtatu corruptionis & naturæ lapſæ maximè diſtant inter ſe & diverſæ ſunt naturæ, conditionis, & effectuum &c. Lex enim naturæ in ſtatu primævo dictitat rectitudinem omnium facultatum, cum qua non poterat conſiſtere ulla obliquitas, ſpectabat ad imaginem divinam, conſiſtebat in juſtitia & ſanctitate veritatis. Creavit enim Deus hominem rectum, non infantilis imperfectionis, ut vult Joſephus, non ſimplicem tantùm & expertem mali, ut ſentiunt Photiniani, ſed poſitivè rectum in Intellectu voluntate & Affectibus &c. vide locum Deuteron. 9. v. 5. Hinc Auguſtinus: hominem dicit factum juſtum, à Deo bonam inſtitutam Naturam, ſermone de Verbis Apoſt. c. 2. & 14. At lex naturæ in ſtatu deſtituto umbra ſaltem eſt rectitudinis primævæ veſtigium Imaginis divinæ, litera obtuſa nitidiſſimi Typi, quæ conſiſtit cum corruptiſſima omnium facultatum conditione, Intellectus cæcitate, voluntatis perverſitate, Appetitus di-*

*diſtorti pravitate, de quo Eph. 2. verſ. 1. 2. 3. Secundò lex naturæ primordialis omnem excluſit concupiſcentiam, oſtendebat omne diſſidium facultatum eſſe malum, obligabat non tantùm perſonam ad activam juſtitiam, ut ſentit Molinæus, ſed etiam ipſam naturam ad intrinſecam rectitudinem, prout ipſa creationis ratio nos docet. Videatur locus Gen. 1. verſ. 31. & conferantur locus Gen. 2. v. 25. atque Gen. 3. v. 6. 7. ut rectè dixerit Auguſtinus: Creatus eſt primus homo in natura ſine culpa, in natura ſine vitio. Serm. 11. de verit. Apoſt. c. 2. At lex Naturæ in ſtatu lapſus non excludit concupiſcentiam, neque oſtendit illud malum profundum intimis inhærens animæ fibris, adeo quidem, ut ipſe Apoſtolus dicat Rom. 7. v. 7. Peccatum non cognoviſſe ſe niſi per legem, ſcilicet Moſaicam, quæ concupiſcentiam prohibet: quanquam enim ut Phariſæus agnoverit, concupiſcentiam exundantem in mala opera eſſe peccatum, & interiores Motus non fœdo hoc nomine eſſe gravandos exiſtimarit, quanquam etiam vi luminis & legis naturalis eo usque aſſurgere potuerit, ut Motus interiores voluntatis concurſu effigiatos inter reprobos fœtus numerarit, non tamen ad radicem malam penetrare potuit, & ſepo-*

*ſita*

*ſit a lege divina concupiſcentiæ habitualis Malum cognoſcere. Hinc ulterius dicit v. 14. Scimus, quod lex ſcilicet divina, ſpiritualis; at ego carnalis ſum, venditus ſub peccatum. Decalogus itaqve ſive lex divina ſpiritualis eſt, at homo quantꝰ quantus eſt ſibi relictus etiam cũ lege naturæ carnalis: nam, ſi regenitus ſeſe carnalem vocat, in præciſione ad inhabitantem ſpiritum, renovantem, dominantem, qvantò magis irregenitus, ut ut illis reliqviis inſtructus. Tertio lex Naturæ in primo homine complectebatur Dilectionem Dei & proximi, ſinceram & perfectam dicebat facultatem, cujus beneficio producere poterat opera verè bona & ex aſſe Deo placentia, imò obſervata in æternam culminabat beatitudinem. Qui enim fecerit hæc, teſte Moſe, vivet in illis, Levit. 18. v. 5. Quapropter etiam Auguſtinus Adamum beatum conditum eſſe ſtatuit tanquam dilectorem bonæ voluntatis. Nam hoc gaudium inquit, quod hujus boni adeptione gignitur, cum tranqvillè & quietè & conſtanter erigit animum, beata vita dicitur: niſi tu putes, aliud eſſe beatè vivere, niſi veris bonis certisqve gaudere. Videatur l. 1. d. l. arbit. c. 12. 13. & l. 14. de civitate Dei c. 20. At lex naturæ in homine corrupto illam dilectionem, qua eſt veri Numi-*

*nis*

*nis Patris Filii & Spiritus Sancti neſcit, illam dilectionem proximi ſinceram & perfectam, quam Deus requirit, ignorat; non opera ex ſe gignit verè bona, ſed ſi ad interiora reſpicias mala, ſimulacra tantum virtutum, nec ducit ad beatitudinem æternam, cùm aliàs ſine Chriſto Gentiles ſolâ honeſtate externâ conſtanter obſervatâ adſpirare poſſent ad ſcopum præfixum, ad finem ultimum, omnem naturam poſt caſum Protoplaſti & naturales vires excedentem, contra diſertum Chriſti oraculum Marc. 16. v. 16. Conſtat ergo legem Naturæ in ſtatu integritatis non eandem eſſe cũ lege naturæ in ſtatu deſtituto, cum ſublimius Dominium illa oſtenderit, & ad illud obligarit, hæc autem in inferiori Sphæra ſubſiſtat, & ne homines in Beſtias degenerent, ſaltem caveat, nec non qualicunque modo ſtimulet ad Dei inquiſitionem & venerationem. Legem naturæ, quæ Animum Adami exornabat, repetitam fuiſſe in Decalogo, qui eidem ex aſſe reſpondet, illam perfectionem, quæ in primo parente relaxit, exigit, atque Dilectionem Dei & Proximi extenſivam, intenſivam, protenſivam poſtulat, Chriſto interprete, Matth. 22. v. 37.*

§. 49. In §. *125. ſeqq. d. cap. 2.* poſui, leges divinas poſitivas, qvæ dirigunt officium hominis circa cultum Dei, immediatè intendere beatitudinem æternam, eoque ſtatim retuli le-

Digitized by Google

gem ceremonialem. Senſi tamen poſteà eſſe non nulla, quæ mihi hâc parte ex Theologia opponi poſſint. Scilicet: Legem ceremonialem non ita beatitudinem æternam pro fine habuiſſe, ut medium eſſet ejus impetrandæ: Sicuti honor ille morali merito habeatur, qvod qui perfectè eam ſervaſſet, ſalutem conſecuturus fuiſſet. Ceremonialem etiam legem latam eſſe à homine corrupto, & per legem ullam, ut ſervaretur impote, unde ſapientiæ divinæ non convenerit ferre legem eum in finem, qvi nunqvam obtineri poſſet. Potius illum finem iſtius legis eſſe præcipuum, ut populus Iſraeliticus & eccleſia, ex qua naſciturus erat Meſſias ab aliis diſtingveretur, & ut lex Pædagogus ad hunc eſſet illis, qvi ei ſubjecti erant, & peculiarem iſtam promiſſionem habebant. Ita legem ceremonialem totâ ἀκρίβεια ſua ſervatneminem ſalvaſſe, ſcilicet uti lex eſt, non vero, qvatenus fidem in Meſſiam promovebat: Neqve enim negari, qvod Fidem in Chriſtum reſpexerint ſacrificia & aliæ ſanctiones legis ceremonialis, verum aliud eſſe legem ſive ejus ſanctiones, aliud fidem cujus exercitium hæ promovebant. Nec ergo ſalutem hominum vel temporalem vel æternam propriè Deum intendiſſe in lege ceremoniali, ut videlicet ex lege obtineretur, ſed cultum præſcripſiſſe, qvi magna ſui parte homines ad fidem & Meſſiam duceret, aut amandaret, hoc autore & illo inſtrumento ſalutem conſecuturos. Nimirum, ſi

qvid

qvid Deus per legem aliquam intendat, illud lege ea ſervata obtineri. Qvare potius nulla lege naturæ lapſæ lata Deum poſſe beatitudinem hominis æternam intendere, quia ex ipſiusmet ordinatione ſoli gratiæ & fidei ille debeatur honos, qvod homines ſalventur &c. Jam qvid nos ad iſta? Breviter: conſentimus omnino qvod per obſervationem legis ceremonialis homines non potuerint beatitudinem æternam conſeqvi, ſed negamus qvod propterea dici nequeat, qvod Deus intenderit in iſta lege beatitudinem hominis æternam: Qvin potius ex dictis inferimus, qvod eo ipſo, qvod Deus in latione legis ceremonialis intenderit pædagogiam ad fidem in Chriſtum, per hanc vero intenderit ſalvare homines, neceſſario dicendum etiam ſit, qvod in ipſa legis ceremonialis latione intenderit ſimul ſalvationem hominis etſi non immediatè, ſed ultimo, qvatenus ad fidem ducère debebat. Qvare notamus phraſin iſtam, quod *Deus intendat in lege finem aliquem* dupliciter dici: primo ut ſermo ſit de ejusmodi intentione, qvæ ſimul legem ut medium finis iſtius conſeqvendi ſuppeditat, deinde ut intelligatur de intentione tali, quæ ita finem reſpicit, ut lex ipſa medium ipſum non ſuppeditet, ſed ſaltem ad ipſum medium nos ducat. Prior acceptio eſt in objectione, ſed ad poſteriorem nos reſpeximus in inſtitutionibus noſtris. Qvod verò poſterior iſta non ſit inconveniens, declarabo per

ſimile. Ita non inconvenienter dico, qvod is qui ideo incumbit ſtudio phyſico ut Medicinæ poſtea operam dare velit, etiam, dum in Phyſica diſcit imperfectiones, qvibus ſubjectum eſt corpus humanum *intendat curam corporis humani*, etiamſi ipſa cognitio imperfectionum non ſit medium illam curam conſequendi, ſed ducat ſaltem ad aliam diſciplinam curam oſtendentem nempe ad Medicinam. Poſſum tamen aliquem facilè excuſatum habere, qvi obiter vel lectione curſoria inſpectis inſtitutionibus meis iſtam objectionem animo volvat, quia deprehendo magnam ad id anſam ſuppeditare locutionem meam, & qvod dixeram, in legibus, quæ cultum Dei reſpiciunt, qvalis etiam eſt ceremonialis, *immediatè* Deum intendiſſe beatitudinẽ æternam. Qvomodo enim Deus ſalutem illam in lege immediate intendit, niſi lex ipſa ſit medium eam conſequendi? Qvin imò, dum jam fatemur legem ceremonialem & ita reliquas leges omnes in ſtatu poſt lapſum publicatas, qvæ non credenda, ſed facienda inculcant, & circa cultum divinum aliquid diſponunt, ſaltem ultimò & quatenus uſus earum pædagogicus eſt ad fidem, reſpicere ad vitam futuram; annon eo ipſo evidentiſſimè aſſerimus, qvod eædem *mediatè* reſpiciant beatitudinem æternam. Qvo pacto profectò una ex præcipuis hypotheſibus, qvibus nituntur inſtitutiones noſtræ, corrueret. Igitur, ut pariter & hy-





potheſes meas corroborem & dubio iſti non levi ſatis faciam, omnino eſt, ut adhuc aliam ambiguitatem tollam, quæ eſt in phraſi: *intendere finem aliquem immediatè*. Quippe *immediatè* ſumitur vel abſolutè pro negatione omnis medii alterius, vel reſpectivè pro negatione certi alicujus medii. Si quis ea, quæ diſſerimus in inſtitutionibus *d. §. 125. ſeqq.* accuratè perpendere velit, patebit ei, qvod, cum dicimus: *Leges de cultu divino diſponentes immediate intendere beatitudinem æternam*, noſtra intentio non ſit, qvod negare velimus omne aliud medium, & v. g. fidem, ſed quod negare velimus ſaltem, qvod non reſpiciant ſalutem æternam mediante temporali, aut quod non reſpiciant immediate ad temporalem ſalutem ſeu tranquillitatem humani generis & deinde poſt hanc demum ad æternam. Declaramus mentem noſtram iterum ſimili. Sic ſi Phyſicam cum Ethica comparo recte dico, certe non inconvenienter, qvod Ethica intendat immediatè curam animi, phyſica verò immediate curam corporis, etſi ſi citra hanc comparationem foret, &, ſi phyſicam compararẽ cum Medicina, neceſſe ſit ut phyſica mediante Medicina curã corporis intendat.

§. 50. In fine c. 2. in eo ſum ut oſtendam craſſam differentiam inter Jurisprudentiam & Theologiam & genuinos limites inter has Facultates duas ſuperiores, ubi aſſerui, ad J-



Digitized by Google

pothefes meas corroborem & dubio iſti non levi ſatis faciam, omninò eſt, ut adhuc aliam ambiguitatem tollam, quæ eſt in phraſi: *intendere finem aliquem immediatè*. Quippe τὸ *immediatè* ſumitur vel abſolutè pro negatione omnis medii alterius, vel reſpective pro negatione certi alicujus medii. Si quis ea, quæ diſſeruimus in inſtitutionibus *d. §. 125. ſeqq.* accuratè perpendere velit, patebit ei, qvod, dum dicimus: *Leges de cultu divino diſponentes immediate intendere beatitudinem æternam*, noſtra intentio non ſit, qvod negare velimus omne aliud medium, & v. g. fidem, ſed quod negare velimus ſaltem, qvod non reſpiciant ſalutem æternam mediante temporali, aut quod non reſpiciant immediate ad temporalem ſalutem ſeu tranquillitatem humani generis & deinde poſt hanc demum ad æternam Declaramus mentem noſtram iterum ſimili. Sic ſi Phyſicam cum Ethica comparo recte dico, certe non inconvenienter, qvod Ethica intendat immediatè curam animi, phyſica verò immediate curam corporis, etſi ſi citra hanc comparationem foret, &, ſi phyſicam compararẽ cum Medicina, neceſſe ſit ut phyſica mediante Medicina curã corporis intendat.

§. 50. In fine c. 2. in eo ſum ut oſtendam exactam differentiam inter Jurisprudentiam & Theologiam & genuinos limites inter has Facultates duas ſuperiores, ubi aſſerui, ad Ju-



Digitized by Google

riſprudentiam etiam pertinere expoſitionem legum divinarum de officiis hominum erga homines diſponentium, eamque doctrinam JCtis cum Theologis eſſe communem vid. §. 137. 141. 142. d. c. 2. ſed ne tamen Vobis hac parte ullum dubium remaneat, provocavi probationis loco 1. ad praxin communem in territoriis Principum Proteſtantium, quoniam conſtat, quod de cauſis matrimonialibus (atqui circa has potiſſimum ſe exerit efficacia legis divinæ poſitivæ ad JCtos ſimul pertinentis) non ſolum in dubio ubi quæritur de prohibitione legis divina à Dominis Theologis ſoleant reſponſa peti, ſed & à Facultatib9 Juridicis, ex eâ videlicet ratione, quod doctrina de conjugio pertineat apud Proteſtantes ad Jurisprudentiam Eccleſiaſticam, quam fuſius & integris tractatibus expoſuerunt in noſtrâ Academiâ Carpzovius, in Viadrinâ Brunnemannus & Excell. Strykius, qui & hinc inde in dictis tractatibus ſententias Facultatum Juridicarum in cauſis matrimonialibus allegant. Et hinc ex reſponſo ejusmodi Facultatis Juridicæ nata fuit controverſia de conjugio cum defunctæ uxoris ſorore, inter Bucholzium & Havemannum ac Strauchium, & Bucholzius varia adduxit teſtimonia ipſorum Theologorum noſtratium, quod cauſæ matrimoniales, quoniam ex noſtrâ hypotheſi matrimonium pro Sacramento non habetur,



tum, ad cauſas ſeculares pertineant, *in reſponſo JCtorum Rintelenſ. &c. n. 9. & 10. p. m. 27.* Idem etiam oſtendit obſervantia Conſiſtoriorum, quia plerumque ea dimidiâ parte conſtant ex Theologis, dimidia parte ex JCtis, non aliam ob cauſam, quàm ut ad Theologos primariò ſpectent negotia ſpiritualia ſalutem æternam concernentia, ad JCtos temporalia, quæ immediatè attingunt tranquillitatem temporalem. Et ne gratis id dicere videar, provoco 3 ad Conſtitutionem principalem Auguſti Elector. Saxon. in Ordinat. de Conſiſtor. Lipſ. & VVittebgenſ. tit. 1. Nachdem in dieſen beyden Conſiſtorien nicht allein Gewiſſens-Sachen/ſondern auch weltliche Händel vorgebracht und verrichtet werden müſſen/ ſo die Eheſachen / der Kirchen- und Schul-Diener Güter / Unterhaltung / Leben und Wandel der Lehrer und Zuhörer belangen/ſo ſoll keines alleine mit Theologen oder Politiſchen Perſonen / ſondern in gleicher Anzahl aus beyden Ständen/nemlich mit zweyen Gelehrten und gottfürchtigen / aufrichtigen und erfahrnen Theologen / desgleichen auch zweyen Politicis beſtellet werden it. tit. 8. Die Sentenz und Urtheil aber ſollen nach der H. Schrifft auch den gemeinen/ und in unſern Landen gebräuchlichen und üblichen Rechten / gefaſſet und ge-

Digitized by Google

tur, ad cauſas ſeculares pertineant, *in reſponſo JCtorum Rintelenſ. &c. n. 9. & 10. p. m. 27. ſeqq.* 2. Idem etiam oſtendit obſervantia Conſiſtoriorum, quia plerumque ea dimidiâ parte conſtant ex Theologis, dimidia parte ex JCtis, non aliam ob cauſam, quàm ut ad Theologos primariò ſpectent negotia ſpiritualia ſalutem æternam concernentia, ad JCtos temporalia, quæ immediatè attingunt tranquillitatem temporalem. Et ne gratis id dixiſſe videar, provoco 3 ad Conſtitutionem principalem Auguſti Elector. Saxon. in Ordinat. de Conſiſtor. Lipſ. & VVittebgenſ. tit. 1. Nachdem in dieſen beyden Conſiſtorien nicht allein Gewiſſens-Sachen/ſondern auch weltliche Händel vorgebracht und verrichtet werden müſſen/ ſo die Eheſachen / der Kirchen- und Schuldiener Güter / Unterhaltung / Leben und Wandel der Lehrer und Zuhörer belangen/ ſol keines alleine mit Theologen oder Politiſchen Perſonen / ſondern in gleicher Anzahl aus beyden Ständen/nemlich mit zweyen Gelährten und gottfürchtigen / aufrichtigen und erbaren Theologen / desgleichen auch zweyen Politicis beſtellet werden it. tit. 8. Die Sententz u. Urtheil aber ſollen nach der H. Schrifft/auch den gemeinen/ und in unſern Landen gebräuchlichen und üblichen Rechten / gefaſſet und geſpro-

ſprochen werden. Und dieweil in Ehe und andern dergleichen Sachen etliche vornehme Theologen Lutherus und Philippus / aus der göttlichen Schrifft etliche opinionen / ſo ſich mit den gemeinen Rechten nicht durchaus vergleichen / gezogen / ſo ſollen unſere Conſiſtorialen auch dieſelben in guter Acht haben / und darauff / ſoviel derer in unſern Landen biß anhero gehalten / und durch den Brauch der Conſiſtorien angenommen / die Urtheil und Abſchied richten und faſſen. Quare concluſi §. 140. d. c. 2. quod hac parte privilegium habeat Jurisprudentia præ Medicina & Philoſophia, quod hæ videlicet principia demonſtrandi ex Theologia ſumere non debeant. De Medicina nullum eſt dubium; neque id etiam prætendunt Medici. De Philoſophia idem Vobis àpodicticè demonſtravi non ita pridem alibi. Et huc reſpexit Reverenda Facultas Theologica Academiæ noſtræ *in Program. Dom. 9. poſt Trinit. hoc anno Publ. affix. Neque enim ulli, in noſtra certè Academia, permittendum, ut vel myſteria explicet in ſcripturis tradita, vel quid juſtum injuſtumque ſit, quod Moralis Theologiæ officium eſt, à revelato principio deducat, vel Eccleſiæ Veteris Patres, dogmata, hæreſes, ritus, & quicquid præterea Hiſtoria, quæ dicitur, Eccleſiaſtica ſtudium perſequitur,* re-



*rueſcat, niſi poſt decentem profectuum experimentum jus & privilegium hæc talia docentibus impetravit.*

§. 51. *In capite 3. §. 56. ſeqq.* tango Philoſophiæ cum Theologiâ mixtionem peſſimâ more à Scholaſticis introductam eoque refero ſtic. Pneumaticam. Cæterum ne hæc ſententia mea Vobis durior aut nova videatur, redundante videlicet multorum Virorum, magnæ alias autoritatis, autoritate, his quidem oppono autoritatem Illuſtr. Seckendorffii im Chriſten Staat. *lib. 3. c. 7. §. 2. p. 514. ſeqq.* Den Gebrauch der Jüdiſchen Schulen verwarff unſer Heyland nicht / wieſe vielmehr männiglich darauff / und nennet ſie Moſes Stul: aber den Mißbrauch verwarff er / daß ſie das Wort Gottes mit Menſchen-Satzungen und Auslegungen verderbten / und ſich in Secten theileten: Denn aus den Schul-Gezäncke kommen der Phariſeer und Sadduceer Secten her / von denen im neuen Teſtament viel zu leſen. *Item eod. c. 7. §. 4. p. 518. ſeqq.* Aus Paulo vernimmt man nicht / daß er Philoſophiſche Art zu reden oder zu *argumentiren* auch deren *Terminis* der damahls ſchon beſchriebenen Kunſt der *Logica* oder *Topica, Metaphyſica* oder *Apodictica* geführet hätte / ob er gleich vernünfftige und bündige ſchlüſſe / auch ver-

 blü-

Digitized by Google

*recenſeat, niſi poſt decentem profectuum exploratinem jus & privilegium hæc talia docendi à nobis impetravit.*

§. 51. *In capite 3. §. 56. ſeqq.* tango Philoſophiæ cum Theologiâ mixtionem peſſimâ more à Scholaſticis introductam eoque refero §. ſeq. Pneumaticam. Cæterum ne hæc ſententia mea Vobis durior aut nova videatur, reclamante videlicet multorum Virorum, magnæ aliàs autoritatis, autoritate, his quidem oppono autoritatem Illuſtr. Seckendorffii in Chriſten Staat. *lib. 3. c. 7. §. 2. p. 514. ſeqq.* Den Gebrauch der Jüdiſchen Schulen verwarff unſer Heyland nicht / wieſe vielmehr männiglich darauff / und nennet ſie Moſes Stul / aber den Mißbrauch verwarff er / daß ſie das Wort Gottes mit Menſchen-Satzungen und Auslegungen verderbten / und ſich in Secten theileten: Denn aus den Schul-Gezäncke kommen der Phariſeer und Sadduceer Rotten her / von denen im neuen Teſtament viel zuleſen. *Item eod. c. 7. §. 4. p. 518. ſeqq.* Aus Paulo vernimmt man nicht / daß er *Philoſophiſche* Art zureden oder zu *argumentiren* nach deren *Terminis* der damahls ſchon beſchriebenen Kunſt der *Logica* oder *Topica*, *Metaphyſica* oder *Apodictica* geführet hätte / ob er gleich vernünfftige und bündige ſchlüſſe / auch ver-

 blü-

bluhmte Redens-Arten wohl zubrauchen weiß/ welche die Vernunfft und Ubung / auch ohne die Kunſt-Bücher und Lehr-Art der Griechen mit ſich brachte/ und den H. Geiſt bey Verkündigung des Worts zum Werckzeuge behielte/ als Stücke die aus dem guten Licht der Natur noch übrig ſind / daſſelbe auch reinigte und heiligte. Daher als er zu Athen mit den Secten der Epicurer und Stoicker zu *diſputi*ren bekam/ und ſich ſonſt in die Leute wohl ſchicken konte/ wie er ſelbſt ſagt / er ſey iedermann allerley worden/ ſo braucht er doch der Philoſophiſchen Schul-Weiſe gar nicht / ſondern er verkündigt ihnen bloß hin das Evangelium von JEſu und von der Aufferſtehung/ ſo ungereimt ihnen auch ſolches vorkam. Auch da er die öffentliche Rede (*in Areopago*) auff dem Richtplatz hielte/ und ſtatliche Gelegenheit hatte/ zum Exempel *de ente*, oder von dem göttlichen Weſen/ oder von der Welt Zuſtand/ wie ſolche Dinge die Philoſophi ausgeſonnen / und davon ſpitzfündig wieder einander *diſputi*ren könten/ einen Eingang zu machen/ thäte er es doch nicht/ ſondern er übergienge alle ſolche ihre Kunſt und Kunſt-Wörter/ und nahm den Anlaß von einem Punct/ welcher der allerſchlechteſte ſchiene/ und ſie gantz zu unwiſſenden Idio-

ten



ten machte/ nemlich von dem Altar des unbekannten GOttes. Schritt darauff alſobald zum Grund göttlichen Worts/ achtete ihre Theologiam Götzen-Werck nicht werth anzuziehen oder weitläufftig zu wiederlegen / oder *de natura Deorum*, von Gottes Weſen und Eigenſchafft *Metaphyſicè* zu *diſputi*ren / ſondern fieng an vom Articul der Schöpffung und daraus folgender rechten Erkäntniß und Ehre Gottes: beſchuldigte ſie der Abgötterey und Unwiſſenheit/ und mit Hindanſetzung aller ihrer wichtiger und *ſubti*ler Bücher brachte er allein ein Zeugniß eines Poeten vor/ welches die Schöpffung bekräfftigte / daß nemlich die Menſchen göttliches Geſchlechts wären / oder von Gott herkämen: lieſſe alſo ihre gantze Philoſophie und Subtilität liegen/ ermahnete Sie bloß zur Bekehrung mit Fürſtellung der Gefahr vom jüngſten Gericht/ und der herrlichen Seligkeit / welche der Weltrichter/ (der von Todten erſtandene Chriſtus) männiglich mittels des Glaubens fürhielte. Alſo ſiehet man hieraus/ wie dieſer unvergleichliche Apoſtel oder Send-Bothe GOttes/ der unmittelbar im Himmel unterwieſen war/ das Chriſtenthum auch unter den allergelehrſten Leuten damaliger Zeit (die in Athen als der höchſtberühm-

rühm-

Digitized by Google

ten machte: / nemlich von dem Altar des unbekanten GOttes. Schritt darauff alſobald zum Grund göttlichen Worts/ achtete ihre Theologie und Götzen-Werck nicht werth anzuziehen/ oder weitläufftig zu wiederlegen / oder *de natura Deorum*, von Gottes Weſen und Eigenſchafft *Metaphyſicè* zu *diſput*iren / ſondern fieng an vom Articul der Schöpffung und daraus folgender rechten Erkäntniß und Ehre Gottes: beſchuldigte ſie der Abgötterey und Unwiſſenheit/ und mit Hindanſetzung aller ihrer unzehliger und *ſubti*ler Bücher brachte er allein ein Zeugniß eines Poeten vor/ welches die Schöpffung bekräfftigte / daß nemlich die Menſchen göttliches Geſchlechts wären / oder von Gott herkämen: lieſſe alſo ihre gantze Philophie und Subtilität liegen/ ermahnete Sie bloß zur Bekehrung mit Fürſtellung der Gefahr vom jüngſten Gericht/ und der herrlichen Gelegenheit / welche der Weltrichter/ (der von Todten erſtandene Chriſtus) männiglich mittels des Glaubens fürhielte. Alſo ſiehet man hieraus/ wie dieſer unvergleichliche Apoſtel oder Send-Bothe GOttes/ der unmittelbar im Himmel unterwieſen war/ das Chriſtenthum auch unter den allergelehrſten Leuten ſelbiger Zeit (die in Athen als der höchſtberühm-

rühmten Schule/ zugegen waren/) ohne einige Philoſophiſche Kunſt gelehret/ und darzu keine *adminicula* der damahls Land üblichen Wiſſenſchafft gebraucht/ als ſo fern er nur aus einem bekanten Buch etwas gefunden / ſo dem Glaubens Articul der Schöpffung beyſtimmig war. Man findet auch nicht allein / wie er hingegen in den Jüden Schulen zu allererſt aus dem alten Teſtament gelehret / und darnach bewieſen/ daß der darinn verheiſſene Meſſias eben der JEſus von Nazareth wäre / ſondern auch ſeine zwey liebſten und beſten *diſcipulos* und Jünger (daraus herrliche und heilige Biſchöffe worden) nemlich den Timotheum und Titum auf die Schrifft/ und dero fleiſſige Leſung und Wiederholung gewieſen/ wie er ſie hingegen von der weltlichen Klügeley und Schul-Gezäncke abgemahnet / dabenebeſt auch die Chriſten in gemein davor gewarnet/ maſſen er mit ausgedruckten Worten an die Coloſſer thut: Sehet zu/ daß euch niemand beraube/ durch die *Philoſophia* und loſe Verführung nach der Menſchen Lehre und nach der Welt-Satzungen und nicht nach Chriſto ꝛc. *It. cap. 8. §. 1. p. 531.* Es haben hochgelehrte Leute längſt angemercket / daß ſo bald die *Philoſophi*, oder die Gelährten aus denen Heyden



den Chriſtenthum angenommen / und ihre Lehr-Sätze und Lehr-Art in die Kirchen gebracht/ [illegible] ſo fort das Schul-Gezäncke / davor S. Paulus warnet / ſtärcker angangen / und [illegible] die meiſten Ketzereyen entſtanden/ denn [illegible] Gelehrten brachten ihre Vorgefaſte Meynungen mit in die Kirche/ und wolten von den Glaubens Articulen nach denen Regeln [illegible] urtheilen/ deren ein jeder gewohnet war. *Et §. 2. p. 534. ſeqq.* Wie aber endlich die alten Bücher der Heydniſchen Philoſophen ꝛc. unter die Geiſtlichen / ſonderlich die Münche geriethen/ da iſt die *Theologia Scholaſtica* herfürgebrochen ꝛc. damit mehr geſchadet als genutzet worden. Es kommet mir für / ob hätten die guten Münche und Prieſter/ welche die genandten Bücher am erſten in die Hand bekommen eine groſſe Curioſität gehabt/ und Anfangs ein gewaltiges Geheimniß daraus gemacht / auch ſich damit ſonderlich wollen ſehen laſſen / daß ſie nun von andern Dingen als von der Heiligen Schrifft und *Patribus*, oder von den *Legenden* und Geſchichten der Heiligen / womit ſie die Leyen / das iſt / Hohe und Niedere faſt allein abſpeiſeten / reden und [illegible] können. Chriſtlich und wohl hätten

Sie

Digitized by Google

den das Chriſtenthum angenommen / und ihre Lehr-Sätze und Lehr-Art in die Kirchen gebracht alſo fort das Schul-Gezäncke / davor S. Paulus warnet / ſtärcker angangen / und daraus die meiſten Ketzereyen entſtanden / denn dieſelben Gelehrten brachten ihre Vorgefaſſte Meinungen mit in die Kirche / und wolten von den Glaubens Articulen nach denen Regeln und Arthen urtheilen / deren ein jeder gewohnet war. *Et §. 2. p. 534. ſeqq.* Wie aber endlich die alten Bücher der Heydniſchen Philoſophen ꝛc. unter die Geiſtlichen / ſonderlich die Münche geriethen / da iſt die *Theologia Scholaſtica* herfürgebrochen ꝛc. damit mehr geſchadet als genutzet worden. Es kommet mir für / ob haben die guten Münche und Prieſter / welche die gemeldten Bücher am erſten in die Hand bekommen eine groſſe Curioſität gehabt / und Anfangs ein gewaltiges Geheimniß daraus gemacht / auch ſich damit ſonderlich wollen ſehen laſſen / daß ſie nun von gar andern Dingen als von der Heiligen Schrifft und *Patribus*, oder von den *Legenden* und Geſchichten der Heiligen / womit ſie die Leyen / das iſt / Hohe und niedere faſt allein abſpeiſeten / reden und ſchwatzen können. Chriſtlich und wohl hätten

Sie

Sie gethan/ daß Sie lieber die wiedergefun-
dene Heidniſche Bücher gleich verbrennet/ als
nicht beßer gebraucht hätten &c. Deñ es ſchei-
net leyder Sie haben Gottes wort aus ſolchen
Künſten meiſtern lernen; Sie haben es ge-
macht als wann man ein Schloß nach einem
altvätriſchen etwan ungefehr gefundenen *mo-
dell* eines Bauren Haußes einrichten wolte/
und wann man die würdigkeit der Heiligen
Schrifft gegen die Weltweißheit hält/ ſo ha-
ben Sie das Gold mit Kupfer und Bley/ den
reinen Wein mit trüben Waſſer/ das Licht mit
Finſternis vermenget/ indem Sie die Glau-
bens *articul* nach den *Philoſ.* Künſten zumeßen
und auszuecken angefangen. Da haben ſie wiſ-
ſen wollen/ wie ſich vom Gott/ von Chriſto/ von
den H. *Sacramenten* nach den *prædicamentis*
und *prædicabilibus* reden ließe/ da hat ſich *ſub-
ſtantia, accidens, qvalitas, qvantitas, actus,
potentia, cauſa moralis, abſtractum, concre-
tum,* und alle andere dergleichen *Termini,* und
zwar noch viel ſpitziger als es die Heidniſchen
*Philoſophi* iemahls gethan/ und mit ſelbſt erſon-
nenen *barbari*ſchen Wörtern/ zu den Geheim-
nißen des Glaubens ſchicken/ und dieſe ſich dar-
nach ausgrübeln und auswiegen laßen müſſen:
Da ſind unter andern unzehlichen *Terminis*
und



[illegible] *diſtinctionen* erſonnen worden/ *Ali-
[illegible]tas, Identitas, Individuatio, Ly-
[illegible]tas, Suppoſitum, Ubicatio, Veleitas,
[illegible]ter, Formaliter, Entitativè, Conco-
mitanter, Radicaliter, Intentionaliter, Pri-
mò & Secundò, Numericum, Præciſum, Re-
duplicativum,* und dergleichen viel mehr &c.
[illegible] ſolcher Geſtalt/ da dieſes weſen faſt den
[illegible] Geiſtlichen ſtand überſchwemmet/ nicht
mehr müglich geweſen daßelbe zudämpffen/
[illegible] daß dieſe Kunſt ſo nöhtig worden/ als
[illegible]/ indem man die daraus erwach-
ſende Jrrthümer/ weil man einmahl über Got-
tes Wort hinaus geſchritten/ mit gleicher *ſub-
tilität* wieder legen müſſen. Es hat damit ge-
[illegible] wie man bey den Gelährten ein ſprich-
wort hat von dem Nord-Oſt-Wind/ den Sie
*Cæcias* nennen/ der pflegt große Wellen zu-
ſammen zutreiben/ kan Sie aber nicht wieder
von einander bringen/ &c. Und iſt alſo die *Theo-
logia Scholaſtica* ein ſolches werck worden/
daraus niemand auslernen können/ ja es ha-
ben ſich die Zwiſtigkeiten der Gelährten der-
maßen vermehret/ und ſind mit ſolchem ſchein
gegen einander *diſputiret* worden/ daß man
die wahre und gründliche meinung faſt nicht
mehr unterſcheiden/ oder doch ſelten einen ge-
wiſſen

Digitized by Google

und deren *diſtinctionen* erſonnen worden / *Aliquitas, Hecceitas, Identitas, Individuatio, Ly, Quidditas, Suppoſitum, Ubicatio, Veleitas, Eminenter, Formaliter, Entitative, Concomitanter, Radicaliter, Intentionaliter, Primò & Secundò, Numericum, Præciſum, Reduplicativum*, und dergleichen vielmehr &c. Und iſt ſolcher Geſtalt / da dieſes weſen faſt den gantzen Geiſtlichen ſtand überſchwemmet / nicht mehr müglich geweſen daſſelbe zudämpffen / ſondern es iſt dieſe Kunſt ſo nöhtig worden / als einige andere / indem man die daraus erwachſende Irthümer / weil man einmahl über Gottes Wort hinaus geſchritten / mit gleicher *ſubtilität* wieder legen müſſen. Es hat damit gegangen / wie man bey den Gelährten ein ſprichwort hat / von dem Nord-Oſt-Wind / den Sie *Cæcius* nennen / der pflegt große Wellen zuſammen zutreiben / kan Sie aber nicht wieder aus einander bringen / &c. Und iſt alſo die *Theologia Scholaſtica* ein ſolches werck worden / darinnen niemand auslernen können / ja es haben ſich die Zwiſtigkeiten der Gelährten der maßen vermehret / und ſind mit ſolchem ſchein gegen einander *diſputiret* worden / daß man die wahre und gründliche meinung faſt nicht mehr unterſcheiden / oder doch ſelten einen gewiſſen

wiſſen Schluß davon faſſen können. Item in *addit. ad d. c. 7. §. 2. p. 299. D. Job. Gerhardus* in ſeinem *Methodo Theologica c. ult.* thut wegen der *Scholaſticorum* folgende erinnerung: der Seel. *Lutherus* habe mit wohlbedachten und heylſammen Rath die *Scholaſtiſche Theologiam* welche er *ignorantiam veritatis* & *inanem fallaciam* genennet / aus unſern Schulen ausgemuſtert / und wo man ſolche wieder einzuführen gedächte / wäre es eben als ob man an ſtatt des Brodes wieder Eicheln zur ſpeiſſe brauchen wolte: Denn es hätten die *Scholaſtici* was die *principia diſputandi* betrifft / die *philoſophiam* und *Theologiam* unter einander verwirret / daher *Eraſmus* die *Scholaſtiſche Theologiam*, ſonderlich wie ſie in dem Sorboniſchen *Collegio* zu Paris getrieben worden / den *centauris* verglichen / die nach poetiſchem Gedichte / halb menſchen und halb pferd ſind. Ergo non mirabimini, qvod *eod. c. 3. §. 61.* illud *eminenter*, qvo utuntur Scholaſtici in demonſtratione attributorum divinorum rojecerim, qvia videtis Illuſt. Dn. Seckendorffium in locis jam recenſitis etiam illum terminum terminis & diſtinctionibus barbaris accenſuiſſe.

§. 52. In *cap. 4. §. 35. ſeq.* oſtendi ut puto per argumenta genuina, qvod ſalva religione Chri-



Chriſtiana aliqvis poſſit ea fingere, quæ Deus nobis revelavit aliter. Atque ut non in vanum diſceptatio inſtitueretur, definivi §. 38 qvid per fictionem intelligam, primam videlicet partem propoſitionis hypotheticæ, neque affirmantem aliqvid neqve negantem ſed ſaltem ex fictione inferentem conſeqventiam ſecundæ partis. Quæ deſcriptio conveniens eſt utique occaſioni, quæ locum dedit iſti controverſiæ. Scilicet Illuſtris Pufendorffius diſciplinam Juris Naturalis traditurus hypotheſeos loco præſupponit, abſtrahendum eſſe à ſtatu integritatis, & aſſumendum eſſe, ſi qvis cum ethnico diſputet, ſtatum hominum præſentem, & ex hoc ipſo, id eſt, ex hypotheſi Ethnici, qvi aliam ſtatum ignorat, quomodocunqve ſibi ortum hominis concipiat convincendum eſſe Ethnicum de veritate Præceptorum naturalium. Hoc verò nihil aliud eſt, qvam ex prima parte propoſitionis hypotheticæ, qvam quidam Ethnicus pro verâ habet, Doctor verò Juris Naturalis neque affirmat neqve negat, inferre nexum neceſſarium partis ſecundæ ſive præceptorum juris naturalis. Atqui huic Viri Illuſtris doctrinæ inter alia opponi ſolet, qvod Chriſtianus non debeat aliqvid fingere. Itaqve non potui non ſententiæ iſti fortius contradicere, qvàm ſi oſtenderem fictionem eô modô definitam non repugnare religioni,



ac

Digitized by Google

Chriſtianâ aliqvis poſſit ea fingere, quæ Deus nobis revelavit aliter. Atque ut non in vanum diſputatio inſtitueretur, definivi §. 38 qvid per fictionem intelligam, primam videlicet partem propoſitionis hypotheticæ, neque affirmantem aliqvid neqve negantem ſed ſaltem ex fictione inferentem conſeqventiam ſecundæ partis. Qvæ deſcriptio conveniens eſt utique occaſioni, quæ locum dedit iſti controverſiæ. Scilicet Illuſtris Pufendorffius diſciplinam Juris Naturalis traditurus hypotheſeos loco præſupponit, abſtrahendum eſſe à ſtatu integritatis, & aſſumendum eſſe, ſi qvis cum ethnico diſputet, ſtatum hominum præſentem, & ex hoc ipſo, id eſt, ex hypotheſi Ethnici, qvi alium ſtatum ignorat, quomodocunqve ſibi ortum hominis concipiat convincendum eſſe Ethnicum de veritate Præceptorum naturalium. Hoc verò nihil aliud eſt, qvam ex prima parte propoſitionis hypotheticæ, qvam quidem Ethnicus pro verâ habet, Doctor verò Juris Naturalis neque affirmat neqve negat, inferre nexum neceſſarium partis ſecundæ ſive præceptorum juris naturalis. Atqui huic Viri Illuſtris doctrinæ inter alia opponi ſolet, qvod Chriſtianus non debeat aliqvid fingere. Itaqve non potui non ſententiæ iſti fortius contradicere, qvàm ſi oſtenderem fictionem eô modô definitam non repugnare religioni,

ac præterea diverſam eſſe à mendacio, utpote cujus definitionem trado *lib.* 2. *cap.* 7. Quod ſi qvis fortè demonſtratione meâ non contentus eſſe velit, Eum præprimis rogarem, ut antequàm in pugnam mecum deſcenderet, & ipſe definitionem fictionis proponat, & oſtendat, me fictionẽ non rectè definiviſſe, alias, ſi ipſe fictionis voce aliter utatur ac ego, & tamen mentem ſuam de iſto termino per evidentem deſcriptionem exponere detrectet, vitio mihi vertere nemo poterit, qvod à pugnâ abſtineam tanquam ingloriâ, & quæ andabatas repræſentatura foret, audientibus riſum moturos, ad veritatis verô conſecutionem, qui finis omnis diſputationis eſſe debet planè ineptos. Nam ſi mihi opponat, hypotheticas propoſitiones contra ipſum afferri non poſſe, & logicum v. gr. in iſta tritâ: Si aſinus volat, habet pennas, non fingere aſinum volare aut pennas habere, ſed conſequentiam tantum oſtendere, qua unum ex altero ſequatur, & vel centies iſta repetat; reponam ei tamdiu definitionem fictionis meæ, donec aliam & meliorem mihi ſuppeditaverit. Et profectò nullam rationem aliam meditando aſſequi poſſum, cur quies neget in illa propoſitione partem priorem *ſi aſinus volat*, non eſſe fictionem, niſi quod fictionis vocabulum hic non fuerit adhibitum. At verò doctrina de æquipol-

pollentiis apertè docet, unam eandemque eſſe efficaciam, ſive dicas: *ſi aſinus volat, habet pennas*, ſive ita mentem tuam efferas: *Finge: aſinum volare, tunc habebit pennas*; uti rurſus nihil intereſt; ſive dicas: *Finge hominem quocunque modô in hunc mundum eſſe projectum, eſt tamen ſocialis*: ſive: *Si homo quocunquemodo in hunc mundum projectus eſt: tamen ſocialis eſt.* Igitur cum argumenta à rerum definitionibus petita aliàs ad apodictica pertineant, & verò definitio fictionis à me allata oſtendat, eam non repugnare religioni, ſive fingatur aliquid, cujus contrarium nobis ſcriptura revelavit aliter, ſive aliud quippiam, rurſus evidens eſt, quod is qui omiſsâ deſtructione definitionis meæ aggreditur exempla fictionum & propoſitionum hypotheticarum, quæ illuſtrationis ſaltem locô adduxi, ac oſtendere vult rationem diſparitatis, quod in iis nihil fingatur, cujus contarium ſcriptura revelaverit aliter, inſigniter peccet contra methodum diſputandi, quia ego nullibi argumento topico à pari uſus ſum, contra quod magnam vim habet alias oſtenſio diſparitatis Neque enim infero: ſicut procedit fictio: *ſi aſinus volat*, ita valet etiam fictio, quod homo quocunque modo in mundum ſit projectus, aut quod duplex hominum genus ſit in hoc mundo, quale finxi §. 31. Ne tamen putetis,



Digitized by Google

& hâc parte mihi deeſſe argumentum topicum à pari: An arbitramini, eſſe peccatum in religionem orthodoxam, ſi Arithmeticus ita loquatur: *Fingamus, duodecim hydrias fuiſſe in Cana Galilææ, quarum ſingulæ receperint tres menſuras, neceſſe eſt, ut triginta ſex menſuris eæ fuerint repletæ.* At fingitur hic, quod ſcriptura nobis revelaverit aliter, & ſcilicet: quod ſex hydriæ ſolum ibi fuerunt poſitæ. Neque credo, quenquam futurum eſſe qui iſtam Arithmetici fictionem non procul à mendacio abeſſe aſſerturus ſit, eo quod aliquid veritati revelatæ contrarium finxerit; aut ſi maximè aliquis futurus ſit, eum ab abſurditate aſſertionis non liberabit, etiamſi maximè probationis locô proferre velit: ſimplicem eſſe veritatem imprimis divinam, huic itaque quod adverſum ſit, mendacium eſſe. Nam ut taceam, ſatis craſſe hic miſeri mendacium Ethicum cum falſo logico, quis præſuppoſitâ & non labefactâ definitione fictionis noſtrâ, ſtatueret, adverſam eſſe fictionem, quæ nec aſſirmat aliquid, nec negat, veritati? Puto ſic Vobis ſublatũ eſſe omne dubiũ, quod fortè remanere poterat circa hanc doctrinam meã & ejus orthodoxiam. Nunc pauca ſubjungam, de novitate ejuſdem, quam quidem nõ timeo, ut eã mihi quis objecturus ſit, quoniã certus ſum, quod fictiones ita ab omniũ facultat, eruditis

re-

Digitized by Google

receptæ ſint,ut quavis ſponſione certare auderem,nulli ex noſtratibus,etiam dormientibus, ubi phantaſia alias vagatur latius, illam aſſertionem veniſſe in mentem, qvod Chriſtiano non fingere liceat, cujus contrarium ſcriptura revelavit. Quin potius, ſi qvis ſcripta Dominorum Theologorum diligentius inquirere velit, haud dubiè plurima exempla ejusmodi fictionum colligere poterit. Otium qvidem hactenus non habui, id cum curâ faciendi,ſed ſuppeditabo Vobis unicum, idqve evidentiſſimum & ab autoritate Theologi ſine exceptione Orthodoxi petitum,noſtri videlicet Pl.Reverendi D. Alberti. Ita enim lego *in parte 2. Comp. Jur. Nat. orthodoxæ Theol. conformat. cap.7. §.21.p.m. 139. Finge per impoſſibile, extitiſſe tum* (cum Adamus inter Cainum & Abelem partem bonorũ diſtribueret, ut ille immobilia, agros, hic mobilia, pecora campi,poſſideret) *tantum hominum numerum,quantus ad poſſidendum terrarum orbem fuiſſet requiſitus,ſingulis dominii partem aliquam concedere opus habuiſſet Protoplaſtus, quia pro ſingulis aliquam accepiſſet.*

§. 53. Eod. *cap.* 4. §. 64. concludo, quod ſocialitas ſit fundamentum Juris Naturalis. Pro demonſtratione ejus aſ-

ſertionis nihil novi aſſeram, ſed adducam ſaltem locum Illuſtr. Seckendorffii tanquam ex quo Vobis patere poſſit, & ſententiam hanc noſtram jam ante Chriſti nativitatem floruiſſe, atque ſic antiquiorem eſſe doctrinæ Scholaſticorum ex ſanctitate divinâ leges naturales derivantium, & noviſſimæ opinioni, eas quærentium in ſtatu integritatis; & ipſum Virum Illuſtrem ſocialitatem hanc noſtram adſtruxiſſe. Continetur ille in Entwurff oder Verſuch von dem allgemeinen oder natürlichen Recht / *qui annexus eſt ipſius orationibus Germanicis p. m.* 442. *ſeqq.* §. 10. & 11. Hieraus iſt nun auch unſchwer zuvernehmen/ worinnen der rechte Unterſcheid / und förmliche Beſchaffenheit dieſes Rechts beſtehe/ nemlich daß es des Menſchen Natur und Verſtand unterweiſe/und deſſen Geſelligkeit mit andern Menſchen regiere/ oder vielmehr *præſupponire*. Denn weil (welches auch die Heyden gemuthmaſſet/ wir aber aus GOttes Wort wiſſen) die Menſchen alle einen Schöpffer haben/ und von einem Menſchen herkommen / von Gott auch alſo an Leib und Seel zugerichtet/ daß ein Menſch des andern nicht entbehren kan/ ſo gehet des Menſchen gantze Natur dahin

hin

hin/ ſich zu andern Menſchen zugeſellen / nicht nur in der Zuſammenfügung des Mannes und Weibes (denn dieſes iſt auch den Thieren gemein) auch nicht nur aus einem bloſſen Antrieb/ wie etliche Heerd-weiſe ſich ſamlen / ſondern mit Vorbedacht und vernünfftigen Schluß; Derohalben muß dieſes feſt geſetzet werden/ daß nicht nur die Noth / ſondern die Natur und Vernunfft des Menſchen aus göttl. Ordnung herrührende/ die Geſelligkeit und alſo eine Form und rechtmäßige Art ſich in ſolcher Geſellſchafft mit einander zu betragen/ erheiſche. Dieſes erſcheinet unter andern daraus/ daß wann es aus bloſſer Noth geſchehe/ ſo würde ein Menſch/ welcher alles zu ſeines Lebens Unterhalt und Beqvemligkeit hätte / der andern Menſchen Geſellſchafft nicht begehren/ weil er ſie aber / wo er nicht des natürlichen Verſtandes beraubet / oder durch laſterhaffte eingewurtzelte Gewonheit oder Aufferziehung verderbet iſt / mit allem Fleiß begehet / ſo beweiſet unter andern der gelehrte Römer *Cicero*, daß ſolches Verlangen ein angebohrn / allgemein und natürlich Werck ſey. Daher ſagt er: Die Menſchen ſind um der Menſchen willen gebohren / damit ſie einander nutzen und helffen können 1. *Off.* Nechſt



Digitized by Google

GOtt kan ein Menſch dem andern am allernützlichſten ſeyn. 2. *Off.* Die Natur erfodert/ daß ein Menſch dem andern / er ſeye wer er wolle/ eben üm des willen / daß er ein Menſch iſt rathe und heiſſe. 3. *Off.* Die Natur treibet uns an/ daß wir gern vielen Leuthen helffen wolten/ ſonderlich daß wir ſie lehren und klug machen möchten. Darüm iſt nicht leicht iemand zufinden / der einen andern nicht gern lehrete / was er ſelbſt weiß. Alſo ſind wir nicht allein begierig zu lernen/ ſondern auch andere zu lehren. 2. *De Finib.* Wir ſind vornemlich in dieſem Stück von denen Thieren unterſchieden / daß wir mit einander reden/ und unſere Meinung zuverſtehen geben können: An einem andern Ort giebt er aus einem alten *Philoſopho* ein Gleichniß/ und ſagt: Wann es ſeyn könte / daß ein Menſch in den Himmel erhoben würde/und daſelbſt die Herrligkeiten des Geſtirns und andere Schönheit ſähe/ und hernach wieder auff Erden kähme/ würde er an dem allen keine Luſt und Freude mehr haben wann er niemand fünde oder antreffe/ mit dem er von denen Sachen/ die er geſehen und gehöret/ reden könte. Daraus iſt nun leicht zu ſchlieſſen / daß wenn es ohne die

alſo

alſo von Gott geordnete Geſelligkeit wäre / die Menſchen kein ander Recht in dieſem Leben bedürffen / als wie wir ſehen / daß die Thiere einen Antrieb ſich zu erhalten und ihre Luſt zu ſuchen haben. Et quamvis aliqui iſtam opinionem foveant, hoc medio demonſtrandi à ſocialitate deſumpto parum profici apud Ethnicos populos & barbaros; tamen his iterum opponimus verba ejusdem ſcriptoris Illuſtris *ibidem p.* 440. §. 6. Daß man aber auch unter uns Chriſten und unter ſolchen / welche ihre beſondere ausführliche bürgerliche Rechte und Geſetze haben / von dieſem allgemeinen Göttlichen oder natürlichen Recht rede / lehre und frage / hat unter andern vornehmlich dieſe Urſach und Nutzbarkeit / daß wir (1) um ſo viel deſto mehr unſere Glückſeeligkeit erkennen / die wir aus der Offenbahrung des Göttlichen Worts haben / und deſto vollkommener von den Guten und Böſen urtheilen können / daher wir auch dieſes Geſetz Gottes und der Natur für unſern Zuchtmeiſter / auff Chriſtum / das iſt dafür halten / daß wir nicht allein unſere Gebrechen und Fehler deſto

ehe

ehe befinden / ſondern auch deſto heiliger und gerechter leben/ weil wir mit doppelten ja dreyfachen Banden darzu angehalten werden/ denn wir ſind zum Recht obligiret durch die Natur und Vernunfft als Menſchen und Einwohner der Welt/ durch die Geſetze der Obrigkeit als Bürger und Glieder des Vaterlands/ durch Gottes Wort als Gläubige und Chriſten. (2) Weil GOttes Wort nicht von allen Völckern/ noch weniger aber unſer Bürgerliches oder Land-Recht von Fremden angenommen wird; ſo gelten doch in menſchlichen Dingen die Regeln und gemeine Gründe des natürlichen Rechtens/ nach welchem auch Ungläubige oder auſſer der Kirchen begriffene/ alſo auch Fremde und zu unſerer Policey nicht gehörige Leute/ ſich zu richten haben; ſintemahl auch dieſelbe nach Anleitung der Natur und Vernunfft / Recht und Unrecht / ſonderlich in Fried und Krieges-Sachen/ und im Handel und Gewerb unterſcheiden/ und ſich weiſen laſſen müſſen/ ob ſie gleich weder die fundamenta unſerer Religion/ oder unſere Bürgerliche Geſe-
ze

zu achten oder erkennen. Porrò Bœclerus *in Proleg. ad Grot. de J. B. & P.* monuit, Philoſophorum antiquiſſimos ex fonte ſocialitatis juris & juſtitiæ originem produci debere. eamque ſententiam probat Dn. Schilterus *in Philoſ. Juris Cap. 3. §. 6. p. 84.* Adde omnino Auguſt. *de civit. Dei lib. 19. c. 5. 13. & 14.*

§. 54. Hactenus firmavi dicta mea in parte primâ Inſtitutionum, qvæ dubia videri poterant aut ambigua. In reliqvis duobus libris tali explicatione non videtur opus eſſe, qvia in illis ad evitandam obſcuritatem prolixius paulò mentem meam aperui. Sed ne putetis, qvod mea defendere ſoleam ex pertinacia, & inſtinctu perverſæ philautiæ magis qvàm animo veritatem indagandi, & ut Vobis exemplo præeam, ut dedecori Vobis eſſe non putetis, ſi à priori ſententiâ recedatis, meliora edocti, indicabo etiam loca aliqva, qvæ emendatione indigere poſteà ſenſi, qvæqve pleraqve jam in ipſo diſcurſu emendanda eſſe notavi. *In Cap. 1. §. 53. p. 18.* delenda ſunt verba ultima, *qvam-*

vis

*vis & ab hac differat loco motiva brutorum tota quippe cogitatione deſtituta.* In eodem *cap. 1. §. 75. integer* eſt emendandus hunc in modum: *Quæ quis gravi metu inductus agit, ſive actio alias contra leges ſit, ſive licita, uti promiſſio, modò imputabuntur, modo non imputabuntur, prout ex illis, quæ in capite de officiis hominis intuitu ſui ipſius, & in capite de officiis circa promiſſa fuſius differemus, apparebit. In cap. 2. §. 116.* ita corrigite verba ibi contenta: *Præterea in eo putamus adæquatum hujus diſtinctionis eſſe uſum, quod præcepta ſpecialia Juris divini affirmativa ſemper exceptionem ſummæ neceſſitatis habeant, negativa non ita.* In capite eodem deleantur §. *127. 128. 129. 130.* In cap. 4. §. 59. ita ſcribite: *Adde, quod ſi accurate velis loqui, rariſſima & ferè nulla citra ſocietatem ſenſuum delectatio futura ſit:* & ſubſequentia verba hujus §. *Per inductionem &c. uſque ad finem* expungite. In Lib. II. *cap. 1. §. 164.* poſt verba: *Non arbitror:* reliquis deletis hæc in eorum locum reponite. *Lex enim naturalis homicidium interdicens & ipſa habet tacitam exceptionem neceſſitatis, quoties malitia hominum neceſſitans princi-*

*pa-*

*paliter non intendit violationem legis & medium evadendi ſuppeditatur ab inſtinctu naturali, quod fit in adductis exemplis*. Unde poſtea §. *165*. *166*. *167*. *168*. *169*. *170*. *171*. *172*. *173*. expunctionem merentur.

§. 55. Irrepſerunt etiam non pauca ſphalmata typographica Inſtitutiones meas, maximam partem ex illa ratione; quod liber ſecundus & tertius non in loco, ubi præſens eſſe poteram; impreſſi ſint. Extantiora & qvæ ſenſum turbant indicabo. Lib. 1. p. 10. §. 33. leg. *legi attemperata* p. 18. §. 54. lin. pen. l. *ab extrinſecis* p. 85. §. 123. poſt verba: *non poſſumus* add. *dari ejusmodi leges*. p. 130. §. 4. leg. *cum verò* p. 139. §. 68. del. *&* & leg. *ſervarentur*. Lib. 2. p. 12. §. 59. l. *vanis* p. 18. §. 90. leg. *invaſum* p. 28. §. 128. lege *hanc* & *aſſeritur* p. 43. §. 3. in fine lege *acquiſita* p. 88. §. 53. leg. *beneficium* p. 132. §. 20. leg. *primævam lingvam* p. 154. lin. 4. leg. *falſa jura* p. 218. & 219. transponendi ſunt §§. ita ut ex §. 103. fiat §. 102. & ex 102. fiat. §. 103. p. 255. §. 234. lege: *legitimi ſui*, p. 265. §. 31. lege: *Damæ* p. 290. §. 38. lege: *Gallus avem* & dele *utrobique*

Digitized by Google

*biqve* p. 294. lin. 10. lege. *Lex eſt Beneficio* p. 308. inter §. 85. & 86. debet inſeri totus §. *Aut enim de verborum obſcuritate quacunque tollenda agitur, tum in dubio is vocabuli vel phraſeos obſcuræ ſenſus erit retinendus, qui maximè rationi legis congruit.* Lib. 3. p. 18. §. 56. leg: *municipii* p. 21. §. 66. lege *Omitte* p. 163. §. 140. lege: *vel ſtrictè* p. 178. deleatur ſemel: *modo quia eſt affinis tua.* p. 231. §. 11. lege: *demonſtrabimus* &c. Reliqva ſphalmata minora Benevolus Lector excuſabit, recordatus videlicet; errores tamdiu futuros, donec erunt homines.



Digitized by Google

# INSTITUTIONUM JURISPRUDENTIÆ DIVINÆ

## CAP. I.

## *De Juriſprudentiâ in genere.*

§. 1.

JUriſprudentiæ vox duplicem involvit conceptum, unum *Prudentiæ*, alterum *Juris*.

§. 2.

*Prudentia* qvid ſit non melius noſſe poterimus, qvam ſi diviſionem habituum paulo altius repetierimus.

§. 3.

*Habitus* eſt vel *infuſus*, qvem homo absque præviâ doctrinâ poſſidet, vel *acqviſitus*, ad qvem labore opus eſt ac induſtriâ.

§. 4.

*Acquiſitus* comparatur vel viribus *ſupernaturalibus*, vel *naturalibus*.

§. 5.

Qvi viribus *naturalibus* acqviritur, eſt vel *intellectualis*, qvi in intellectu reſidet & acqviritur actibus intellectus, qvi ſunt: affirmare & negare; vel *voluntarius*, qvi reſidet in voluntate, & acqviritur actibus voluntatis, qvi ſunt: appetere & averſari.

§. 6.

Habitus *intellectualis* vel pro objecto habet *principia* tam theoretica qvam practica, & vocatur *intelligentia*, vel *principiata*.

§. 7.

*Poſterior* eſt vel *Theoreticus*, qvi pro objecto habet cognitionem Creatoris & creaturæ, vel *Practicus*; qvi pro objecto habet cognitionem actionum humanarum.

§. 8.

*Theoreticus* vel conſiderat *ens in genere*, qvi dicitur *Ontologia*, hodie vulgariter *Metaphyſica*, vel certas *entis ſpecies*.

§. 9.

Et qvidem vel *Creatorem*, qvi vocatur

*Sapientia*, olim etiam *Metaphyſica*, hodiè: *prima pars Pnevmaticæ*; vel *creaturas corporeas*, & appellatur *ſcientia*.

§. 10.

*Scientia* vero contemplatur creaturas corporeas, vel ratione eſſentiæ & qvalitatum, qvod facere debet *Phyſica*, vel ratione qvantitatis, qvod facit *Matheſis*.

§. 11.

Seqvitur habitus *Practicus*. Hujus ſynonymon eſt *Prudentia*, qvæ pro diverſitate actionum humanarum varia ſortitur nomina. Actiones ſiqvidem iſtæ ſunt hominum vel in *ſocietate civili* viventium, & dicitur *Prudentia Politica*, vel in *ſocietate domeſtica*, & vocatur *Prudentia Oeconomica*.

§. 12.

*Utraque* verſatur vel circa actiones *futuras* vel *præteritas*. Illa *Conſultatoria* eſt latè ſic dicta; hæc *Judicialis* in *latiſſimo* ſignificatu.

§. 13.

*Conſultatoria* vel occupata eſt circa actiones *proprias*, vel *alienas*.

§. 14.

Et qvidem aut *ſuperiorum*, aut *parium*, aut *inferiorum*.



Digitized by Google

§. 15.

Harum ultima ſpeciali nomine dicitur *Prudentia Legislatoria*, qvæ eſt pars nobiliſſima *Jurisprudentiæ latè* acceptæ. Reliqvæ ſpecies nomen *Prudentiæ Conſultatoriæ* retinent, & illa qvidem qvæ ſuperiori in legibus ferendis vel actionibus propriis ſecundum normam legum divinarum inſtituendis conſilia ſuppeditat, eſt altera pars *Jurisprudentiæ latè* acceptæ.

§. 16.

Ulterius *actiones* hominum tam futuræ qvam præteritæ, ſunt vel *honeſta*, qvæ conveniunt cum *lege*, & prædicantur de homine qvatenus eſt *rationalis*, vel *jucundæ*, qvæ *delectant ſenſus* externos, in qvibus conſideratur homo ut *animal*, vel utiles, qvæ ſpectant ad *conſervationem individui*, ubi homo conſideratur ut *corpus vivum*.

§. 17.

*Prudentia* qvæ circa actiones *honeſtas* in genere occupatur, eſt *Jurisprudentia latè* accepta, qvæ in ſpecie circa actiones honeſtas *aliorum* easque *præteritas* verſatur, eſt prudentia *Judicialis ſtrictè* dicta, item *Jurisprudentia ſtrictè* dicta, ſeu tercia pars *Jurisprudentiæ latè* acceptæ.

§. 18

§. 18.

Illa vero prudentia, qvæ pro objecto habet actiones hominum *jucundas* vel *utiles*, eſt *Prudentia de arte.*

§. 19.

Qvas qvidem ſi homo actionibus honeſtis, ut fieri debet, ſubordinet, benè ſe res habet & *prudens* manet; ſin minus, *aſtutus* vel *verſutus* dicitur.

§. 20.

Qvod ſi planè deſtituatur prudentiâ de arte, *imprudens* vocatur.

§. 21.

Reſtat habitus *Voluntarius*. Hic acqviritur actionibus vel lege præceptis, & eſt *Virtus moralis*, vel lege prohibitis, & dicitur *vitium morale*, vel denique lege permiſſis, & nihil eſt aliud qvam *Ars*.

§. 22.

Atque hæc ideò paulò altius repetenda fuerunt, qvia communis doctrina Peripateticorum de diviſione habituum & ſpeciebus Virtutum intellectualium infinitis ſcatet erroribus, qvos facilè qvis deprehendet, qvi eorum tradita cum hactenus dictis contulerit.

§. 23.

Illum hic non poſſumus non paulò fuſius



Digitized by Google

ſius detegere, qvod communiter inter Habitus intellectuales *Theoreticos* & *Practicos* illam dicant intercedere *differentiam*, qvod hi pro fine habeant etiam actionem, illi autem in contemplatione, tanqvam fine ultimo ſubſiſtant.

§. 24.

Nam hic error non ſolum rectæ rationi eſt adverſus, cum omnes habitus theoretici, ut facilè per inductionem probari poteſt, tendere debeant ad praxin, ſed & cum verâ religione pugnat, propullulans videlicet ex falsâ Gentilium opinione, opinantium, Dei eſſentiam conſiſtere in contemplatione.

§. 25.

Spectant eo varia effata Summi, qvem profitentur, Ariſtotelis: *Beatitudinem theoreticam eſſe nobiliorem Practicâ; comitari eam voluptatem ſinceriorem, qvam Practicam; theoreticam magis copulare hominem cum Deo, qvam Practicam*, item: *Prudentiam aliqvatenus inſervire ſapientiæ &c.*

§. 26.

Nobis præ his nugis omnium maximè arridet ſapientisſimus Apoſtoli discurſus, amorem videlicet ex prudentiâ oriundum omnibus contemplationibus longè præferentis.

§. 27.

§. 27.

Atque hæc occaſione Prudentiæ. *Juris* vox ſumitur multis modis. Potiſſimum vel pro *lege*, vel pro *attributo perſonæ*.

§. 28.

*Legem* aliter Grotius, aliter Ariſtoteles definiunt, aliter JCti. Mirè verò ac ineptè pariter hîc ſudant Scholaſtici. Nos ita: *Lex eſt juſſus imperantis obligans ſubjectos, ut ſecundum iſtum juſſum actiones ſuas inſtituant.*

§. 29.

Differt per hanc definitionem lex tùm à conſilio, tùm à pacto, & qvidem variis modis. Sed hæc communiter inculcari ſolent. Illud potiſſimum notes, ut non commune: *Lex ſemper obligat: Pactum nunqvam*, etſi lex qvandoque obliget mediante pacto. Tum igitur pactum eſt ſaltem obligationis occaſio, ut remotio valvarum occaſio eſt illuminationis in hypocauſto.

§. 30.

Autor Legis ſemper eſt *imperans*, qva voce malumus uti, qvam cum aliis voce *ſuperioris*. Nam præter *ſuperioritatem imperii*, dantur & aliæ ſuperioritates, *ordinis*, puta, *dignitatis*, addo etiam *beneficii*, qvæ hujus loci non ſunt.

§. 31.

Digitized by Google

§. 31.

Hinc ſeqvitur qvod, Deus non agat ſecundum legem, & qvod lex æterna ſit figmentum Scholaſticorum.

§. 32.

Is cui Lex fertur, eſt *ſubjectus* ſeu *parens*. Hic rationem præſupponit, qvæ cum non cadat in bruta, ergo neq; lege eadem obligari poterunt.

§. 33.

Reſtat itaque *homo*. Unde Lex communiter appellatur norma actionum humanarum. Actio autem hominis lege attemperata unâ voce dicitur *officium*.

§. 34.

Sed actiones hominis ſunt variæ, alias enim ſibi proprias inſtituit, aliæ ipſi cum beſtiis & plantis communes ſunt. Videndum igitur de qvibusnam diſponere lex poſſit. Atque hic prius de *homine ipſo ejusque eſſentiâ* diſtincti erunt formandi conceptus, ac præconceptæ qvædam opiniones removendæ.

§. 35.

*Homo* eſt animal rationale. Sic vulgo homo definitur. Nec aliam definitionem admittit ſcala prædicamentalis ſubſtantiæ in libellis Logicis. Qvamvis neque

que ſit ad mentem Ariſtotelis, neque ad palatum Porphyrii autoris iſtius ſcalæ. Impugnatur autem eadem variè à Chryſoſtomo, Cardano, Helmontio, Antonio le Grand, & aliis. Nos retinebimus, ſed cum explicatione debitâ.

§. 36.

*Animal* haudqvaqvam arbitramur eſſe corpus vivum ſentiens, ſed putamus eſſe corpus vivum motu præditum. Scilicet ut hactenus ad oculum demonſtrarunt acutiores Philoſophi, *beſtiæ ſenſu carent*, interno nempe, ſine qvo ſenſus externus ſenſus nomen haud meretur, neque aliter moventur ac machinæ, niſi qvod in iis etiam ſubtiliores auræ particulæ ab extra illa organa, qvæ apud homines ſedes ſunt ſenſuum exteriorum, feriendo, contactu harmonico motus interiores qvandoque cieant.

§. 37.

Scio non ſapere hanc hypotheſin illis, qvi veritatem aſſertionum ex antiqvitate metiuntur, qvibus tamen, ſi nihil aliud regerere poſſem, premerem ſaltem eos, ut ſi, qvod ſpero, beſtiis rationem adimant, differentiam mihi oſtendant inter ſenſum communem, phantaſiam atque memo-

Digitized by Google

memoriam, qvam beſtiis tribuunt, & rationem hominis.

§. 38.

Itaque homo, ut *vitam* cum *plantis*, ita cum *beſtiis locomotivam* habet communem. Qvod reſtat, voce *rationalis* includitur. *Ratio* autem hominis nihil eſt aliud, qvam cogitatio. Nam ſapienter Carteſius: *Homo dum intelligit, cogitat, dum vult cogitat, dum ſentit cogitat.*

§. 39.

Id vero ſponte ex dictis ſeqvitur, duabus *rationis* noſtræ *functionibus*, qvæ communiter recenſentur, *intellectui* puta & *voluntati*, addendam eſſe tertiam, *ſenſionem* nempe, locomotivæ qvidem contradiſtinctam, ſed appetitum ſenſitivum ſub ſe comprehendentem.

§. 40.

*Senſus* communiter in *internos* dividuntur & *externos*. *Viſus, Auditus, Olfactus, Guſtus* & *Tactus* vulgariter externos repræſentant, qvibus alii ut ſextam ſpeciem accenſent *Tactum venereum*, alii his omnibus ſeptimam & octavam addunt, *exſiccationem* in ore, & *famem* in ſtomacho. Interni ad tria genera reducuntur; *ſenſum communem, phantaſiam* atque *memoriam*.

§. 41.

§. 41.

Sed ſenſus qvidem *externi* qvotcunq; ſint, paſſiones ſunt corporis, non functiones animæ. Aſt qvà ſimplex harum rerum apprehenſio fit, demum ſenſio oritur, qvam nomine *ſenſus communis* inſigniri, poſſumus tolerare, ut & qvod *phantaſia* dicatur, qvà ideas ex his paſſionibus vel occaſione earum ſibi homo format, & denique, qvod *memoria* appelletur, qvà homo iſtius ſenſionis recordatur, aut *reminiſcentia*, ſi recordatio iſta mediante ratiocinatione fiat.

§. 42.

Dicunt autem & docent Peripatetici; *ſenſus omnes cognoſcere* objecta ſenſibilia, externos qvidem paſſivè, internos activè. Sed uti iſta *cognitio paſſiva* eſt non ens, ſic *activa cognitio* qvomodo absque cogitatione eſſe qveat, non qvidem percipio; & ſic vel ipſi qvi hæc docent, neceſſe habent concedere ſenſus internos ab animæ rationalis facultate cognoſcente haud differre, vel qvid doceant, ipſi neſciunt.

§. 43.

Porro uti in ſcholis *appetitus ſenſitivus* deſcribitur, nihil aliud eſt, qvam *voluntas* appro-

approbans id objectum, qvod corpus delectat, qvi qvidem ſi legi non repugnet, benè eſt, ſin; erit voluntas hominis perverſa. Non magis tamen ob iſtam perverſitatem poterit voluntas illa ad animam aliqvam ſenſitivam homini cum beſtiis communem relegari, qvam ratio perverſa. Nam utrobique homo dum perverſè ratiocinatur & dum perverſè appetit, cogitat.

§. 44.

Reſtant itaque intellectus & voluntas. *Intellectus* miſſis antiqvorum fabulis de *intellectu* qvodam *agente* extra hominem, vel *latè* ſumitur, ut memoriam intellectivam ſub ſe comprehendat, vel *ſtrictè*, ut eidem opponatur. Scilicet intellectus hominis *vel ſimpliciter apprehendit* objecta ſenſuum externorũ, propoſitionem aliqvam de illorum naturâ aut bonitate ex accidentibus eorum organa ſenſuum ferientibus, ac corpus delectantibus, formando, aut etiam de objectis jam anteà ſenſu perceptis confuſè ideas ſibi format, vel de veritate earum propoſitionum & de objecti bonitate, item de ideis ulterius per diſcurſum meditando *ratiocinatur*.

§. 45.

§. 45.

*Prior* facultas *intellectus* nomen retinet, *altera memoria intellectiva* voce communiter inſignitur. Nos illam appellabimus *primam intellectus* operationem, hanc *ſecundam*, qvæ tamen ſecundum magis & minus infinitis modis variare poterit. Qvod ſi primam malles *rationem*, ſecundam autem *ratiocinationem* appellare, nec ſic refragabimur.

§. 46.

Ita non opus habemus, ut ſudemus in vulgatâ controverſiâ *de tribus*, aut qvatuor, aut pluribus *mentis operationibus*, præprimis cum prima mentis operatio, qvæ in ſcholis conſtituitur ſit non ens, & noſtra diviſio majorem præbeat uſum, de qvo mox.

§. 47.

Igitur ex internis ſenſibus qvi *communis* dicitur, ad primam intellectus operationem pertinet, ad utramque *phantaſia* & *memoria*.

§. 48.

Solent eqvidem *intellectum* inſuper & in *Theoreticum* & *Practicum* dividere. Sed præterqvam, qvod iſta diviſio videatur inventa olim ad oſtendendam differen-

tiam

tiam inter rationem brutorum & hominum, & præterea idem hic, qvem ſuprà occaſione habituum Theoreticorum & Practicorum deteglimus, lateat angvis in herbâ, etiamſi vel maximè intuitu objecti hanc diviſionem toleraremus, neſcio tamen an eadem magnum nobis uſum ſit exhibitura.

§. 49.

Uti vero intellectus de rerum naturâ & habilitate ad hominem judicat, ita *voluntas*, qvæ facienda ſint homini, determinat. Et qvidem determinatio iſta ſeqvitur ſtatim vel primam intellectus operationem, vel ſecundam. *Prior* facultas *ſimpliciter* appetit, *poſterior* eligit; poſſes adeo illam *appetitus*, hanc *electionis* ſeu *voluntatis ſtrictè dicta* nomine inſignire.

§. 50.

Primi motus in *appetitu ſenſitivo*, prout vulgo deſcribitur, ſpectant ad appetitum ſimplicem, reliqvi motus appetitus ſenſitivi, ut & integer appetitus rationalis pertinent ad electionem.

§. 51.

Igitur talis eſt *proceſſus ordinarius ratiocinationis*, & actionum hominis. Poſtqvam objecta externa impulerunt ſenſus exter-

Digitized by Google

externos, ſequitur prima intellectus operatio, hanc excipit appetit9, qui vel ſtatim imperat locomotivæ, vel remittit rem trutinandã ſecundæ intellectus operationi, ac poſteà eligit & locomotivã impellit &c. Ex his patet verum & illimitabile eſſe axioma: *Nihil eſt in intellectu, qvod non fuerit in ſenſu;* item illud: *Ignoti nulla cupido.*

§. 52.

Cum ergo homo vivat, nutriatur, creſcat, loco moveatur, ſentiat, intelligat, velit, jam videndum *qvænam actiones à lege dirigantur?* Summatim iſtæ, qvæ ſunt in hominis arbitrio. Non ſunt autem, quæ ad *vegetantem* animam communiter referuntur, neque *paſſiones ſenſuum* externorum, neque *prima in intellectu operatio*, neque *primi motus in appetitu*. Remanent itaque quæ in arbitrio hominis ſint, *remiſſio voluntatis* ad ſecundam mentis operationem, ipſa ſuo modo *ſecunda mentis operatio*, eamque ſubſequens *electio*, item regulariter *locomotiva*.

§. 53.

Quod vero ſtatuitur communiter *appetitum ſenſitivum ſubeſſe voluntatis imperio,*

*rio*, de primis ejus motibus non procedit, ſicut nec qvod de *locomotivâ* aſſeritur, eam in univerſum ab hominis arbitrio dependere, nam & hic excipienda eſt locomotiva, quâ homo ad depellendum imminens corporis malum utitur, quamvis & ab hâc differat locomotiva brutorum, tota quippe cogitatione deſtituta.

§. 54.

Uti autem pro certo ſtatuendum eſt, in *intellectu* noſtro & præprimis in ejus operatione ſecundâ naturalem ineſſe *rectitudinem*, quæ debitâ attentione adhibitâ nos decipi circa res morales non patiatur, ſic *voluntas* ſtrictè dicta in homine eſt omnino *libera*, & verum axioma: *voluntatem non poſſe cogi*, quamvis bonum in genere ſemper appetat, & ſæpè tum intrinſecè à peculiari ingenii diſpoſitione, & humorum temperamento, à cœli ſolique genio, ſemine, ætate, victu, valetudine, ſtudiorum ratione &c. provenientibus, à conformatione item organorum corporis, agendi conſvetudine, affectibus, & morbis quibusdam, tùm ab intrinſecis aliorum actionibus valde inclinetur; ab obligatione autem

à ſu-

à ſuperiore ipſi impoſitâ ſemper incli-nari debeat.

§. 55.

Atque ob hanc etiam voluntatis liber-tatem *imputantur* homini actiones, h. e. homo pro earum autore rectè habetur, ac ad reddendã de iis rationem adſtringitur, & in ipſum effectus, qui ex illis proveniunt, redundant, unde magis arridet ſententia Celeberrimi Rachelii, *unum* ſaltem eſſe *principium actionum* humanarum, *proæreſin*, non quatuor, ut vulgo, Conſcientiam, voluntatem ſtrictè dictam, conſultationem atque electionem.

§. 56.

Porrò quemadmodum actiones humanæ in relatione ad legem *morales* appellantur; ita in ſpecie judicium intellectus circa iſtas actiones cognitione legum imbuti vocatur *conſcientia*. Hæc vel eſt *antecedens* actiones humanas, vel *conſeqvens*.

§. 57.

*Antecedens* vel rectè judicat & prout lex eſt lata, vel erroneè. Unde altera diviſio conſcientiæ in *rectam* & *erroneam*.

§. 58.

*Recta* vel judicii ſui rationes ex certis

 ac

Digitized by Google

ac indubitatis principiis deducere novit, vel ſaltem argumentis topicis nititur. Hinc recta (nam erronea ſaltem poteſt eſſe probabilis) ſubdividitur in *rectam* in ſpecie (nos vocabimus *demonſtrativam*,) & *probabilem*.

§. 59.

Addunt eqvidem Scholaſtici & conſcientiam *dubiam*, cum judicium intellectus anceps hæret & diſcernere neqvit, bonum aliqvid vel malum, adeoque agendum aut omittendum ſit. Aſt hæc qvidem non eſt judicium, ſed judicii ſuſpenſio adeoque nec conſcientia.

§. 60.

Magis huc referri poſſet dubiæ affinis conſcientia *ſcrupuloſa*, quando anxia formido judicium intellectus comitatur, ne fortè id ipſum malum ſit, quod bonum aliquis exiſtimaverit & contrà, qvæ ſæpius ad errantem referenda erit, qvam ad rectam.

§. 61.

Qvas verò *regulas* pro directione harum, quas diximus conſcientiarum, Doctores formarunt, vel ſuâ ſponte ex dictis propullulant, vel obſcuriores ſunt & dubiæ.

§. 62.

Digitized by Google

§. 62.

Conſcientia *conſeqvens* prout vel benè facta approbat, vel ſecus commiſſa damnat in *tranqvillam* & *inqvietam* ſubdividitur, noſtro idiomate das gute und böſe Gewiſſen.

§. 63.

Voluntariis hominis actionibus, quæ etiam *ſpontaneæ* appellantur, opponuntur *invitæ*. Hæ tales ſunt partim ob deficientiam *intellectus*, partim ob defectum *voluntatis*.

§. 64.

*Intellectui* opponitur *ignorantia* & *error*. Uterque defectus eſt vel *vincibilis* vel *invincibilis*, item vel *efficax* vel *concomitans*. Qvæ omnia ex libellis Ethicis patent.

§. 65.

*Voluntati* opponuntur *coactio* & *metus*. Metus eſt vel *juſtus* vel *injuſtus*. Deſumitur vero hæc metus denominatio partim *à perſona inferente*, utrum ſcilicet ea poteſtatem habeat incutiendi metum, an minus, vel *à metum patiente*, utrum ſit vir conſtans an non.

§. 66.

Ex dictis hactenus facilè reſponderi poteſt ad qvæſtiones ſpeciales de imputativitate ac moralitate humanarum actio-



Digitized by Google

num, & qvatenus eſſe poſſint objectum legum. Nam I. Actiones *ab alio patratæ*, ut & operationes quarumvis aliarum rerum, nec non quivis eventus non poſſunt alteri imputari, niſi quatenus ille poteſt & tenetur iſtas moderari, vel quatenus ad iſtas alias concurrit.

§. 67.

*Concurrit* vero ad *actiones alienas* qvi eas adjuvat, jubet, iis conſentit, receptum agentibus præſtat, aut de eorum lucro participat, qui conſilium dat, laudat, aſſentatur, qui non vetat, non impedit, non disſvadet, non manifeſtat, cum hæc omnia facere deberet.

§. 68.

His ſingulis igitur aliena actio imputari poterit, qvamvis *aliis primariò*, aliis *ſecundariò*, de quo ſuo loco.

§. 69.

II. Quæ in quolibet homine ſunt vel non ſunt, *qvæ penes ipſum non fuit*, ut adeſſent, vel non adeſſent, non poſſunt ipſi imputari, niſi quatenus debitam diligentiam in ejiciendis defectibus, & introducendis perfectionibus non adhibuit.

§. 70.

III. Cui *occaſio agendi* citra ſuam culpam

pam deeſt, illi non imputatur, quod non egerit.

§. 71.

IV. Qvæ per *ignorantiam* aut *errorem* invincibilem & efficacem perpetrantur, non imputantur. Ubi vero ignorantia vel error ſaltem eſt concomitans aut vincibilis, quorſum pertinet *ignorantia legum* ritè publicatarum, ibi actio imputatur.

§. 72.

V. *Error tertii* ſive vincibilis ſit, ſive invincibilis, non poterit alteri, qui non eſt in culpa, cur tertius aberraverit, imputari, ſed in ejusmodi concurſu æqvius eſt, ut imputetur erranti.

§. 73.

VI. Quæ ſunt *ultra vires* alicujus, non imputantur, niſi quatenus in cauſa eſt, ut ea impoſſibilia ſint facta. Huc ſpectat regula. *Ad impoſſibile nemo obligatur.*

§. 74.

VII. Qvæ qvis *coactè* patitur, non imputantur.

§. 75.

VIII. Quæ quis *metu* inductus agit, ſiquidem metus intuitu inferentis juſtus, intuitu patientis injuſtus fuerit, ſemper, ſi *actio contra leges* ſit, imputantur. Qvod



Digitized by Google

ſi contra inferens injuſtè metum incutiat, patiens juſtum metum ſentiat, tum demum actio ex metu inita imputabitur agenti, ſi lex non habeat tacitam exceptionem neceſſitatis, de quâ ſuo loco, ut & de imputatione metus in pactis.

§. 76.

IX. Actiones hominum *uſu rationis* carentium ipſis non imputantur.

§. 77.

X. In foro humano rariſſimè imputari poſſunt, quæ perpetrantur *in ſomno & ſomniis*.

§. 78.

*Autor Legis* vel *Deus* eſt vel *Homo*. Ille imperium exercet jure creationis citra conſenſum hominis. Homo imperium vel immediatè ex conceſſione divina nanciſcitur, vel intercedente conſenſu alterius hominis. Hinc prima diviſio *legis* in *divinam* & *humanam*.

§. 79.

*Contraria* legum ſunt *mutatio*, cum ipſe juſſus vel ex toto vel ex parte tollitur, & *diſpenſatio*, cum inferiorum unus & alter juſſu in reliquis ſalvo manente à lege aliàs ad ipſum pertinente & ejus obligatione eximitur.

§. 80.

Digitized by Google

§. 80.

Hinc errant nonnulli, qui *diſpenſationem* cum *interpretatione reſtrictivâ* confundunt.

§. 81.

*Mutare legem & diſpenſare is ſaltem poteſt, qui poteſt legem ferre.*

§. 82.

Jus pro *attributo perſonæ* ſumtum eſt qualitas moralis activa ex conceſsione ſuperioris perſonæ competens, ad aliquid ab altero homine, cum qvo in ſocietate vivit, juſtè habendum vel agendum.

§. 83.

Qualitas moralis *activa* hìc illa dicitur, quæ hominis libertatem extendit, etſi quandoque per eam connotetur paſsio phyſica, e.g. jus pauperis percipiendi eleemoſynam, & opponitur qualitati morali *paſſivæ*, quæ libertatem hominis coarctat, quod facit *obligatio*, etſi iſta coarctatio ſæpè connotet actionem phyſicam, e.g. obligatio divitis ad dandam eleemoſynam.

§. 84.

In exponendo *juris fonte* Doctores vel ſilent, vel mirè variant; alii *naturam*, alii *legem*, alii *Dominium*, *Conſenſum* alii, alii horũ alterutrum jus producere aſſerunt.

§. 85.

Nobis ante omnia ſecernendum videtur *jus Dei* & *Hominum*. *Illud* analogicè tale eſt, & ab hominum jure multum diſcrepans. Habet enim iſtud Deus à ſe ipſo mediante creatione. At *jus hominis* ultimò à *voluntate Dei*, & in genere à *voluntate ſuperioris* eſt deducendum, quæ quatenus libertatem laxat jus producit, quatenus coarctat, *lex* dicitur & obligationis origo eſt. *Conſenſus* aliqvando ſaltem utrobique eſt cauſa occaſionalis. *Natura* ut ens phyſicum huc non quadrat, uti nec *Dominium*, utpote juris ſpecies.

§. 86.

Jus perſonæ competit. *Perſona* hìc denotat hominem conſideratum cum ſuo ſtatu. *Status* eſt qvalitas hominem afficiens ſecundum qvam ipſius jus variat.

§. 87.

*Perſona* eſt vel *ſimplex*, ſcilicet unicum individuum humanum, qvamvis gaudeat pluribus ſtatibus, vel *compoſita* ex pluribus individuis certo ſtatu unitis, & dicitur *Collegium*, *Societas*, *Univerſitas*, &c.

§. 88.

Hinc excluditur *Jus Dei* & *Angelorum*, cujus tractatio huc non ſpectat.

§. 89.

Digitized by Google

§. 89.

Per τὸ *aliqvid* in definitione juris intelligo creaturam corpoream in genere, ſive homo ſit ſive homini inferior, ſive ſubſtantia, ſive accidens, ſive res in commercio, ſive extra commercium. Unde iterum huc non ſpectant nec Deus nec angeli.

§. 90.

Poſtulatur hoc jus ab altero homine, cum quo in ſocietate vivit. Nam *ſolus homo eſt immediatum & primarium juris objectum.*

§. 91.

Eſt vero *ſocietas* unio plurium hominum ad certum finem.

§. 92.

Sumitur tamen etiam vox ſocietatis tam *latè*, ut analogicam ſocietatem quæ eſt inter Deum & Homines ſub ſe comprehendat.

§. 93.

In hoc lato ſignificatu *Societatem* divido in *inæqvalem*, quæ eſt inter perſonas diverſæ eſſentiæ, quarum una alteri imperat, *æqvalem*, ubi hæc duo diverſè ſe habent, & *mixtam*, quæ eſt inter perſonas ejusdem eſſentiæ, qvarum una imperat alteri.

§. 94.

§. 94.

*Inæqvalis* ſola eſt ſocietas inter *Deum & Hominem*. *Humanæ* vel *æqvales* ſunt vel certè *mixtæ*.

§. 95.

Societas *humana* eſt vel *naturalis*, ad qvam ineundam homo ex juſſu divino aut ex ſtudio utilitatis toti humano generi communi inſtigatur, vel *arbitraria*, qvam homines ex utilitate particulari ineunt.

§. 96.

Quæ utilitates particulares cum varient infinitis modis, hinc & ſocietates *arbitrariæ* ſunt *infinitæ*. *Naturales* vero dividuntur in *ſimplices*, quæ ſunt: *nuptialis herilis* ac *paterna*, & *compoſitas*.

§. 97.

Ex ſimplicibus ſocietatibus immediatè componitur *domus* vel *familia*. Ex pluribus familiis componitur modo *vicus*, ſeu *pagus*, ſeu *municipium*, modo reſpublica. Qvæ ex pluribus vicis conſtat, modo *reſpublica* dicitur, modo *provincia*. Demum ex pluribus rebuspublicis quæ componitur, eſt *ſocietas gentium*.

§. 98.

Quæ ultima inter naturales in ſtatu poſt lapſum

Digitized by Google

lapſum ſola eſt *æqvalis*. Inter arbitrarias plures dantur & *æqvales* & *mixtæ*.

§. 99.

Hæc notanda fuerunt ob diſſenſum varium. Alii enim diviſionem ſocietatis *priorem* planè *negligunt*; Alii *inæqvalem* cum *mixtis* confundunt: Alii ſocietatem *divinam* vel pro *æqvali* habent, vel ad *vitam civilem ſpectare* negant. Pro *inæqvalibus* omnes ſocietates habent alii, alii pro *æqvalibus*. Sic & *altera* ſocietatis diviſio à qvibusdam *omittitur*, à quibusdam *naturalis* vel *rejicitur* vel haud rectè *deſcribitur*. Alii denique *compoſitionem vici* & *reipublicæ* aliter efferunt, aut de *ſocietate gentium* aliena docent.

§. 100.

Redeo ad juris definitionem & ſeqventia formo axiomata. I. *Extra ſocietatem jus non eſt*.

§. 101.

II. *In omni ſocietate eſt jus.*

§. 102.

III. *In ſocietate inæqvali jus ſaltem penes ſuperiorem eſt. In æqvali & mixtâ jus eſt mutuum*.

§. 103.

Per *habere* & *agere* in definitione juris reſpici-

Digitized by Google

reſpicitur ad diviſionem juris in perfectum & imperfectum, etſi alii aliter.

§. 104.

Nimirum *Jus* I. dividitur in *perfectum*, qvod Grotio *facultas* dicitur, & *imperfectum*, ſeu *aptitudinem* ſecundum eundem: *Illud* eſt cujus vi alterum qui obligationi ſuæ non vult ſatisfacere, cogere poſſum ad implendum debitum. *Hoc* contra ſe habet & illius qui obligationem huic juri reſpondentem poſſidet, pudori ac conſcientiæ ſaltem relinquitur ejus adimpletio.

§. 105.

*Remedium* iſtud *coactivum* inter eos, qui in ſtatu naturali vivunt, *bellum* vocatur, inter eos autem qui in ſtatu civili degunt, vel *pœna*, vel *actio*.

§. 106.

*Uſum* hujus diviſionis Grotius in eo quærit, quaſi *facultatem* reſpiciat juſtitia *expletrix*, *aptitudinem* Juſtitia *attributrix*. Sed quemadmodum ὁ μέγας expletricem ſuam pro *commutativâ*, attributricem pro *diſtributivâ* Ariſtotelis falſo venditat; ita etſi diviſionem juſtitiæ Grotianam tolerare poſſimus, commodius tamen eâdem, cum nobis non novum, qui

non

non jam dum in juris diviſione lateat, uſum ſit præbitura, commodisſimè autem diviſione juſtitiæ Ariſtotelicâ, ad id magis ut ingenia torqueantur quàm ut excolantur, aptâ, caremus.

§. 107.

Nos potius *uſum* egregium juris perfecti & imperfecti, in quæſtione *ex quâ juris læſione actio in civitate ſit concedendâ*, & omnium maximè in controverſiâ: *Cujus juris intuitu bellum adverſus ſe lædentem princeps uſurpare valeat*, qværimus.

§. 108.

Igitur paucis exponendum, qvænam ſint notæ utriusque juris, nam & hæc omiſit Grotius. Variant illæ pro ſocietatum diverſitate I. *In ſocietate inæqvali ſolus ſuperior* ſeu Deus *jus habet* in hominem idque in univerſum eſt *perfectum*.

§. 109.

II. *In ſocietate æqvali* viventium jus quod libertatem naturalem comitatur, quodque ex pactis oritur, & in genere *omne jus, excepto eo, qvod ad officia humanitatis tendit, perfectum eſt.*

§. 110.

III. *In ſocietate mixta jus ſuperioris in inferiores ſemper perfectum eſt*, etiam reſpectu

Digitized by Google

ſpectu præſtandorum officiorum humanitatis.

§. 111.

IV. Contrà vero *jus inferiorum in ſuperiores qvà tales*, etiamſi ex pactis ortum ſit regulariter eſt *imperfectum*.

§. 112.

Dixi *qvà tales*, ne quis mihi opponat, dari quandoque uxori, liberis & ſervis, actionem adverſus patremfamilias.

§. 113.

Dixi: *regulariter*. Nam extra ordinem princeps ſubditis concedit actionem etiam adverſus ſe. Quamvis & hæ actiones ſint impropriè tales: Certè non ſunt remedia coactiva.

§. 114.

Porrò intuitu fontis, unde *jus* oritur II. dividi poterit in *connatum*, quod homo habet immediatè à Deo, absque conſenſu ejus qui obligatur, e. g. *poteſtas parentũ*, & *acqviſitum*, qvod eidem competit mediante pacto alterius, e. g. *majeſtas*.

§. 115.

III. *Juris* diviſio, vel potius *facultatis* in ſpecie ab objecto deſumitur. Sunt enim *juris objectum*, vel aliorum *actiones*, vel *res* aliorum. *Actiones* hactenus ut

vel

Digitized by Google

vel ipſas *dirigam* & vocatur *imperium*, vel *ut me non turbent*.

§. 116.

*Ut me non turbent*, inquam, vel in *actionibus meis* merè perſonalibus, quod dicitur *libertas*, vel in uſu & diſpoſitione circa *res meas corporales*, & vocatur *dominium*.

§. 117.

*Res aliorum* vel ita ſunt objectum juris, ut *principaliter* conſideretur *res*, ſecundariò perſona alterius, vel ut *principaliter* conſideretur *perſona*, ſecundariò res. Prius vocabimus *Jus in re*, poſterius, *Creditum*.

§. 118.

*Principalem* conſiderationem *rei* appello, cum perſona quæcunque ſit, certum rei individuum poſſidens, mihi obligatur, & *principalem perſonæ* conſiderationem, cum certum perſonæ individuum mihi ad rem aliquã præſtandam, ſeu illam poſſideat, ſeu minus, tenetur.

§. 119.

Supponuntur aliàs voces *Imperii, libertatis* &c. aliis etiam modis. Nam *imperii* vox etiam *latè* uſurpatur, ut prædicetur de dominio. Ita Grotius *imperium in mare* concedit Reipublicæ.



Digitized by Google

Ita dicimus *imperium in territorium* &c.

§. 120.

Sic & *Libertas* ſumitur pro *potentiâ* hominum *naturali* faciendi id, quod viribus naturæ poſſunt absque relatione ad alios homines. Et tunc non eſt juris ſpecies, ſed ejus oppoſitum.

§. 121.

De *Dominii, juris in re, & crediti* homonymiis commodior in Jurisprudentiâ Romanâ diſſerendi ſe offeret occaſio.

§. 122.

IV. *Facultas* in ſocietate civili viventium diſpeſcitur in *Vulgarem* & *Eminentem*. *Vulgaris* eſt penes ſubditos, *Eminens* penes eum, qui τὸ κῦρος gerit in Rep. intuitu rerum & perſonarum in illâ Rep.

§. 123.

Poterit hæc diviſio applicari præcedenti. Nam *Libertas* eſt vel *Eminens*, quæ alias etiam nomine *libertatis civilis* indigitatur, & cum *majeſtate* convenit, niſi dicere velis libertatem magis dici in relatione principis juxta ſe, majeſtatem in relatione, infrà ſe; vel *vulgaris*, alio nomine *perſonalis*.



Digitized by Google

§. 124.

De diſtinctione *Imperii* in *Eminens* & *Vulgare*, quale eſt patrumfamilias, non puto ſubeſſe dubium.

§. 125.

De *Dominio* vero *Eminente* lites fuerunt ortæ. Nos cauſam ſufficientem non videmus, cur diviſionem dominii in Eminens & Vulgare debeamus reſpuere.

§. 126.

Similiter ſe res habet cum *Jure* in *Re* & *Credito*.

§. 127.

*Uſus* hujus diſtinctionis eſt in ſequenti regula. *Jus Vulgare quoties concurrit cum Eminenti, huic ſemper cedere debet.* Res patet ex dictis de jure perfecto & imperfecto, & per inductionem de Libertate, Imperio &c. facilè poterit demonſtrari.

§. 128.

Adderemus ultimò & illam juris diviſionem, quod *Jus* ſit vel *naturale* vel *gentium* vel *civile*. Sed reverà hæc eadem eſt cum diviſione juris in connatum & acquiſitum, niſi quod hæc trimembris ſit.

§. 129.

Nam quod à voluntate Dei immedia-



Digitized by Google

tè ortum trahit, appellari ſolet *jus Naturæ*. Quod mediante pacto gentium inter ſe producitur, dicitur *jus Gentium*. Quod denique ex voluntate majeſtatis humanæ deſcendit, *jus Civile* nominatur.

§. 130.

Sic *libertas* eſt juris naturalis. Sic *dominium, contractus, ſervitus*, ſunt juris Gentium. Sic *ſtipulatio*, ſic ſuo modo *Patria poteſtas* dicuntur juris Civilis.

§. 131.

Id tamen maximè cavendum, ne has juris denominationes *confundamus cum diviſione legis* in naturalem, gentium & civilem, præprimis cum hæc confuſio & JCtis & Scriptoribus moralibus non adeò ſit infrequens.

§. 132.

Uti vero hæc obſervatio uſum habebit in quæſtionibus infinitis ſuo loco notandis, ita præcipua ratio confuſionis evitandæ eſt, quod *jus hominum pro facultate acceptum omne ſit à ſuperiore mutabile, etiã naturale & gentium*; cujus contrarium de lege naturali & gentium obſervabimus infrà.

§. 133.

Analoga huic obſervationi eſt regula

vul-

vulgatiſſima: *Quilibet juri ſuo renunciare poteſt.* Cui tamen neceſſariò puto addendam eſſe limitationem: *niſi jus illud ſit medium inſeparabile, exequendæ obligationis.*

§. 134.

*Correlatum* juris eſt *obligatio. Obligatio* eſt qualitas moralis paſſiva, perſonæ à lege injecta, ejusque libertatem reſtringens ad dandum aliquid vel faciendum ei, cum quo quis in ſocietate vivit.

§. 135.

Poterit hæc definitio maximam partem exponi ex iis, quæ de jure diximus. Id tamen notandum: *Reſtrictionem* iſtam *libertatis*, in quâ formalis ratio obligationis conſiſtit, nihil eſſe aliud, quam ratiocinationem, quæ ex cognitione legis à ſuperiore præſcriptæ homini indicat iram ſuperioris & pœnam, ſi contrà fecerit.

§. 136.

Hinc patet, *obligationem non eſſe poſſe, ſi tollatur ſuperior*, & omnium minimè ſi tollatur *Deus.* Unde iterum ſequitur, *non oriri propriè obligationem ex pactis.*

§. 137.

*Dare* & *Facere* ſic differunt. Dare eſt

 domi-

dominium transferre. Facere reliqua fa-
cta omnia & imo non facta etiam com-
prehendit.

§. 138.

Tot ſunt *diviſiones* obligationis, quot fuere diviſiones juris.

§. 139.

Nam correlatorum eadem eſt ratio. Igitur & neceſſe eſt, ut *omnis obligatio homini debita ſit mutabilis*, ſive naturalis, ſive Gentium, ſive civilis.

§. 140.

*Mutatur* vero partim *voluntate ſuperioris*, ſi is jus tollat in altero, cui obligatio debetur, partim *hujus* ſpontanea juris *renunciatione*.

§. 141.

Cave tamen hic confundas *legem obligantem*, cum *obligatione* ex lege ortâ. Etſi enim hæc ſit mutabilis, poterit tamen lex eſſe immutabilis.

§. 142.

Duobus his juris ſignificatibus, de quibus hactenus, Grotius addit tertium, quaſi ſcilicet etiam ſumatur pro *attributo actionis*. Sed magis hic ſignificatus pertinet ad juſtum in concreto.

§. 143

Digitized by Google

§. 143.

Eſt autem *actio juſta* in genere, quæ vel à lege præcipitur, vel propter jus perſonæ competens, aut propter pœnæ intermisſionem licita eſt.

§. 144.

Eſt enim actio *juſta* vel *honeſta*, ſtylo Grotii juſta in ſenſu *ajente*, quæ nimirũ à Legibus præcipitur, vel *licita*, ſeu juſta in ſenſu *negante*, quoniam videlicet à Legibus non eſt præcepta.

§. 145.

*Licita* eſt vel *perfectè, plene, ethicè* & *internè* talis, quæ ſcilicet oritur ex facultate perſonæ competente, vel *imperfectè, minus plenè, politicè* & *externè* licita, quæ cum lege quidem pugnat, ſed in foro humano non punitur.

§. 146.

Poterunt hæ actiones juſtæ inter ſe comparari tum intuitu legis: Honeſta *ſecundum*, minus plene licita *contra*, plenè licita *non contra* legem eſt; tum intuitu legislatoris. *Reſpectu Dei nulla actio minus plenè licita eſt*, ſed ſaltem reſpectu principis.

§. 147.

*Convenit* hæc actionis juſtæ ſignifi-

 catio,

Digitized by Google

catio, cum præcedentibus duabus ſignificationibus juris, quod utramque illarum ſub ſe comprehendat. *Differt* tamen, quod ibi jus prædicetur in *abſtracto* & in *caſu recto*, hic vero vel in *concreto*, vel in *caſu obliquo*, tum, quod actionis juſtæ ſignificatus ſit *laxior*, includens videlicet actionem minus plenè licitam, quæ nec ad legem pertinet, nec ad facultatem.

§. 148.

Uti vero actionis *juſtæ* vox tripliciter ſupponitur, ſic & actionis *honeſtæ* vocabulum nonnunquam de actione plenè licita prædicatur, quin & actionis *licitæ* vox ſæpius extenditur ad actionem honeſtam.

§. 149.

Porrò etſi actio *licita* & *permiſſa* ferè ſynonymice prædicentur, laxior tamen eſt permisſionis, quàm licentiæ ambitus, ſiquidem *permisſio* eſt vel *facti*, quæ nimirum ſolam impedimenti remotionem notat, nullum vero juris effectum operatur nec licentiam producit, vel *juris*, quæ vel ſecuritatem in conſcientiâ, vel liberationem ſaltem à pœnâ, hoc eſt, vel licentiam plenam, vel minus plenam affert.

§. 150.

§.150.

Oppoſitum juſtæ actionis actio *injuſta*, vel *latè* ſumitur pro omni, quæ contrà legem eſt, ut ſub ſe comprehendat actionem minus plenè licitam, vel *ſtrictè* prout & huic opponitur. Vocatur aliàs *inhoneſta* ſeu *turpis*, item *illicita*. Quanquam vocabula actionum inhoneſtarum & illicitarum iisdem homonymiis ſint obnoxia, quas de actionibus honeſtis & licitis indicavimus.

§.151.

Venit etiam *injuriæ* nomine actio injuſta, ſed *injuſta* magis dicitur intuitu legislatoris, *injuria* intuitu læſi, unde regula: *Volenti non fit injuria*. Et poterit adeò injuſta actio eſſe, ubi injuria non eſt.

§.152.

Alias *injuriæ* vox vel *latiſſimè* ſumitur pro eo, quod non jure fit, etiam ab iis, qui intentionem lædendi non habent, vel *latè* pro denegatione juris cujuscunq; tàm perfecti, quàm imperfecti, vel *ſtrictè* pro denegatione tantùm juris perfecti, vel *ſtrictiſſimè* pro contumeliâ.

§.153.

Denique non ſaltem actio, ſed & *ho-*



Digitized by Google

*mo juſtus* dicitur atque *injuſtus*. Verum actio juſta vel injuſta dicitur, quatenus externi motus hominis conveniunt cum lege. Homo autem ex intentione internâ juſtus vel injuſtus prædicatur.

§. 154.

Ex tot *Juris* ſignificatibus, quis jam ad *Jurisprudentiam* pertinet? Suo modo omnes. Quippe non ſolum docet, quomodo *Leges* ſint ferendæ, explicandæ, & applicandæ, ſed & exponit naturam *Facultatis* cuilibet jure competentis & ſuppeditat remedia eandem tuendi & conſervandi. Quid quod inſuper & conſulit, quomodo *Actiones* ſecundum legem ſint inſtituendæ, ut evadant *juſtæ*, & de inſtitutis, an *juſtæ* ſint vel minus judicat, & hæc omnia quidem eâ intentione, ut *homines* evadant *juſti*.

§. 155.

Simul verò ex dictis patet, principale objectum Jurisprudentiæ eſſe *Leges*, reliquos autem ſignificatus ad eam ſpectare ſecundariò, & occaſione vel intuitu legum.

§. 156.

Igitur *Jurisprudentia* in latisſimo ſuo ambitu nihil aliud eſt, quam *prudentia legum*.

§.157.

Digitized by Google

§. 157.

Quatenus autem leges ſunt ferendæ, aut actiones ſecundum easdem inſtituendæ, dicitur in ſpecie *Jurisprudentia legislatoria* vel *conſultatoria*. Quatenus verò leges ſunt applicandæ ad actiones præteritas, dici ſolet *Judicialis*. Et conſultatio quidem de actionibus ſecundum leges dirigendis ac judicium de actionibus perpetratis præſupponunt legum *interpretationem* & *intellectum*.

§. 158.

*Legislatoria* Jurisprudentia ad noſtrum inſtitutum non pertinet. *Conſultatoria* à noſtro ſcopo non eſt planè aliena, ſed potiſſimum tamen agemus de *Jurisprudentia Judiciali*, quippe quam & Conſultatoria præſupponit.

§. 159.

*Hæc* adeò eſt prudentia leges ſalutem hominis in hâc vitâ concernentes exponendi, easque ad actiones Hominum applicandi.

§. 160.

Quæ definitio ex dictis eſt perſpicua, modo illud notes, *Jurisprudentiam*, quæ eſt habitus intellectualis, non eſſe confundendam cum ipsâ *legum expoſitione* &

*appli-*

Digitized by Google

*applicatione*, utpote quæ, ſi ex prudentiâ proveniant, ſpectant ad claſſem habituum voluntariorum, & quidem diverſo reſpectu partim ad artes, partim ad virtutes morales. Quin & vitiis accenſeri poterunt, quatenus per eas alteri nocetur.

§. 161.

Sunt itaque *partes* duæ Jurisprudentiæ Judicialis; *Leges interpretandi*, quam poſſes diſtinctionis gratia dicere, Jurisprudentiam *Doctorum* & *Profeſſorum*, & *Leges applicandi*, quæ eſt Jurisprudentia *Advocatorum* & *Judicum*. Utramque hic intendimus. Primario tamen illam in his inſtitutionibus. Hanc ſubinde in diſcurſu definiendo controverſias ex Hiſtoriâ veteri & modernâ deſumtas immiſcebimus &c.

§. 162.

Tot verò haud dubiè erunt *Species* Jurisprudentiæ, quot ſunt ſpecies legum. Unde rectisſimè dividemus Jurisprudentiam in *divinam* & *humanam*. Illa leges divinas exponere & applicare docet, hæc humanas.

§. 163.

Ne tamen falcem hic immittamus in cam-

campum Venerandæ Theologiæ, addita fuit in definitione Jurisprudentiæ limitatio, quod ea pertineat ſaltem ad *leges ſalutem hominis temporalem concernentes*, Res paulò altius erit repetenda.

§. 164.

Præſuppono Academias noſtras hodie *in quatuor facultates* ſolere diſtingui; Theologicam, Juridicam, Medicam & Philoſophicam, etſi alibi quinta aut ſexta etiam facultas fuerit addita.

§. 165.

Præſuppono ulterius, vocem *Philoſophiæ* dum hodie ſeparatam facultatem conſtituit, longè *arctius* ſupponi, ac *olim* apud Græcos & Romanos, ubi nimirum erat divinarum & humanarum rerum notitia, hoc eſt, contemplatio eorum omnium, quæ ex dictamine rationis deduci poſſunt, unde & prudentiam Medicam & Juridicam & magnam partem Theologiæ Gentilis ſub ambitu ſuo complectebatur.

§. 166.

*Uſus* hujus obſervationis potiſſimum ille eſt, ut ne confundamus prædicata Philoſophiæ illius antiquæ, quæ ad inſtar Reginæ ſe gerebat, cum Philoſophiâ hodierna

dierna, cui honeſta miniſterii gloria eſt relicta; quale eſt vulgatum iſtud Platonis: Tum demum beatas fore reſpublicas &c.

§. 167.

Igitur commodisſimè iſtarum quatuor facultatum diſtinctio ſic videtur efferri poſſe. Facultates ſunt vel *inſtrumentales*, puta *Philoſophica*, vel *Principales*, tres reliquæ.

§. 168.

*Principales* vel pro objecto habent *corpus* hominis, ejusque *ſanitatem* intendunt, quod facit *Medicina*, vel *animum humanum* ejusque *beatitudinem* procurare allaborant.

§. 169.

*Temporalem* ſcilicet, quam intendit *Jurisprudentia*, & *æternam*, quam *Theologia*.

§. 170.

Cum vero, vel ipſis Philoſophis communiter fatentibus, potisſima media obtinendi beatitudinem humanam ſint Leges, hinc patet *legum expoſitionem* pro diverſitate beatitudinis, cui ſubordinantur, modo ad *JurisConſultum* pertinere, modo ad

do ad *Theologum*. Res diſtinctius proponetur in capite ſequenti.

§. 171.

Fluit ſimul ex dictis *ordo*, & præcedentia *quatuor Facultatum* apud nos recepta pariter ac publicis Reſcriptis defenſa. Ac facilè adeò poterit iis reſponderi, qui Jurisprudentiæ hac parte controverſiam moverunt.

§. 172.

Qui Jurisprudentiâ pollent, dicuntur *Jurisprudentes*, item *JureConſulti*, quos inter & *Jurisperitos* an differentia ſit, acriter quidem diſputatum fuit, ſed diſceptatio illa tanti nobis non videtur, ut curſum noſtrum ſiſtat.

## CAPUT II.

# *De Jurisprudentiâ divinâ.*

§. 1.

J*Urisprudentia divina* eſt prudentia leges divinas, ſalutem hominis in hâc vitâ concernentes, explicandi & applicandi ad actiones hominum.

§. 2.

Omnia hic plana, ſi modo explicuerimus

mus quænam leges divinæ ſalutem hominis in hâc vitâ intendant. Id verò patebit ex *legis divinæ diviſione*.

§. 3.

Communiter inculcatur, quod Lex divina ſit vel *moralis* vel *ceremonialis* vel *forenſis*. Hæc diviſio cur nobis diſpliceat, diximus alibi.

§. 4.

Nos ita: Lex *divina* eſt vel *naturalis*, vel *poſitiva*. Ita quidem & alii: Reverà tamen non ita.

§. 5.

Eſt enim præjudicialis quæſtio, quomodo hæ duæ legis divinæ ſpecies *conveniant* aut *differant?* Mentem noſtram declarabunt poſitiones ſequentes.

§. 6.

I. *Convenit* lex divina poſitiva cum naturali, quod *utriusque autor Deus ſit*, vel ſi preſſius rem exponere, & *ἀνθρωποπαθῶς* de DEO loqui volumus; *voluntas divina*.

§. 7.

Nec iſtam admittimus differentiam, ac ſi Jus naturæ à ſanctitate DEI *antecedenter* ad ejus voluntatem ortum trahat, poſitivum non ita. Nam quæ in Deo ſunt, *ſimul* ſunt.

§. 8.

§. 8.

Non autem licet homini vel conceptum ſaltem ejusmodi de Deo ſibi formare, qvoniam conceptus iſte involvit imperfectionem.

§. 9.

Quodſi maximè ob imperfectionem noſtram aliter ſpeculari de Deo non poſſimus, non licebit tamen hunc conceptum noſtrum de Deo habere pro vero, aut eum pro fundamento agnoſcere, cui innitantur concluſiones in diſciplinâ maximè reali, qualis eſt Jurisprudentia.

§. 10.

II. Conveniunt lex naturalis & divina poſitiva intuitu *ſtatus humani*, quem dirigunt. Nam utraque lex obligat hominem & in ſtatu integro & in corrupto viventem.

§. 11.

Nimirum prima *diviſio ſtatus* humani ea eſt, quod alius ſit *hominis integri*, *alius lapſi*. Utrumq; paulo curatius hic conſiderare non erit fruſtraneum, cum uſus hujus meditationis mox ſit appariturus.

§. 12.

Incipiemus autem de *ſtatu integritatis* tanquam ordine & præſtantiâ priore,

 *ſi modo*

Digitized by Google

*ſi modo licebit.* Forte enim cavendum, ne falcem mittamus in meſſem ſuſpiciendæ Theologiæ. Tractamus Jurisprudentiam, habitum, ut ſuprà definivimus, viribus naturalibus acqvirendum. At quicquid de ſtatu integritatis novimus, novimus ex Scriptura ſacrâ.

§.13.

Ergo hic vel ſiſtendus erit curſus, vel curandum, ut laqueum hic poſitum evadamus. Quid ſi dicamus *gentilibus etiam fuiſſe cognitum* iſtum perfectionis ſtatum? ſanè infinita Philoſophorum ac Poëtarum Græcorum pariter atque Latinorum teſtimonia id evincunt.

§.14.

Vereor tamen, ut ita ſimus evaſuri. Sciverunt Gentiles, ſed confuſè. Sciverunt, ſed non ex dictamine rationis, verum ex converſatione cum Judæis.

§.15.

Igitur aliâ viâ eundum. Forte privilegium habemus nos Chriſtiani præ Gentilibus. Illis non licitum fuit *μεταβαίνειν*, quia docuerunt ſaltem Jurisprudentiam. At nos plus ultrà. Quam enim nos docemus, Chriſtiana Jurisprudentia eſt.

§. 16.

Sed & hic finium ſuorum cuſtodes Theologi, monebunt ut pedem retrotraham⁹. nec ſepem, diſciplinæ noſtræ campum à Theologicô ſeparantem conculcemus. Suſpectum erit ipſis vocabulum Chriſtianæ Jurisprudentiæ, quoniam ſi per id talem diſciplinam exprimimus, quæ principia demonſtrandi ex Theologia mutuatur, ſaltum noſtrum præprimis quoad Jurisprudentiam naturalem fruſtrà terminorum involucris tegere nitemur, ſin objectum demonſtrandi ſaltem ex Theologiâ præſupponimus, non magis propterea Jurisprudentia noſtra Chriſtianæ nomen mereri videbitur, ac v. g. Arithmetica, ex cujus principiis demonſtrandum foret, quot vini menſuræ impleverint hydrias Cananæas.

§. 17.

Igitur retrahamus pedem, præprimis cum ſimul via evadendi fuerit monſtrata. Quemadmodum enim Arithmetica v. g. non μεταβαίνει, etſi principia domeſtica ad exempla Hiſtoriæ ſacræ applicet, ſic neque nos peccabimus, ſi applicuerimus principia noſtra ad ſtatum integrum. Aliud videlicet eſt principia demonſtratio-

num ex aliâ diſciplinâ mutuari, aliud objectum, cui demonſtratio applicari debeat, aliunde petere.

§. 18.

Et maximè ex Hiſtoriâ, quæ ſive ſacra ſit ſive profana, inſtrumentum eſt commune quatuor facultatum.

§. 19.

Ergo ſi libet ſtatum hominis integrum ſpeculari, licet. Licet autem ex hiſtoriâ ſacrâ ſaltem, nam Gentilium aut Rabbinorum hâc parte traditiones nugæ ſunt.

§. 20.

Erat *ſtatus* iſte *perfectus*, cum in eo homo ad imaginem Dei fuerit conditus. Unde *miſeriæ*, quæ hodiè *ſtatum corruptum* comitantur, abfuiſſent.

§. 21.

Igitur quà *corpus* homo haud dubiè iisdem præditus fuit *membris*, quibus hodiè gaudet homo perfectus, eademq; in eo fuit *ſexus diſtinctio*, quin & membra corporis, quatenus ſunt *organa animæ* ſtatim uti à primâ creatione fuerunt, ſic & à primâ nativitate fuiſſent apta ad ſuſcipiendas animæ functiones. De *quantitate molis* parum ſumus ſolliciti, cum ea directè ad perfectionem humanam nihil faciat.

§. 22.

§. 22.

Porrò quà vitam homo non fuiſſet mortuus nec ægrotaſſet. Cibus & potus perpetuò affuiſſet ſaluberrimus. Concoctio ventriculi fuiſſet optima. Venenum non nocuiſſet. An vero *carnem comediſſet?* curioſa magis eſt quæſtio, quàm proficua. Potuiſſet credo, ſed vereor, ut voluiſſet.

§. 23.

*Organa ſenſuum* erant, quantum concipi poſſunt, perfectisſima. Non fefelliſſent igitur. Adfuiſſet *delectatio ſenſuum*, ſed legibus ſubjecta. Itaque & delectatio ex tactu, quà ex cauſis phyſicis & principiis anatomicis deduci poteſt, non quà hominem extrà ſe rapit & libido dicitur. *Locomotiva* ſtatim à primo vitæ momento vires ſuas exercuiſſet, neque turbata fuiſſet aut impedita.

§. 24.

Quà *intellectum* homo non ſaltem ita fuiſſet in *naturalibus* perſpicax, ut primo quaſi intuitu, naturas, virtutes ac formas rerum creatarum, quæ hodiè vel nos latent vel laborioſisſimâ meditatione vix, ac ne vix quidem percipiuntur, cognoviſſet, ſed & in *moralibus* ſummam poſſe-

diſſet prudentiam intelligendi legem ejuſq; in actiones ſuas efficaciam. Hinc reprobrandum dogma, quod cum aliis defendit Grotius, ſimplices fuiſſe Protoplaſtos & magis ignorantia vitiorum, quam virtutis ſcientia præditos, quod ſimul in Deum eſt injuriam.

§. 25.

Nec de *infantibus* cur aliter ſentiam, cauſam video. Potuiſſent nimirum ſtatim à nativitate cum parentibus ſuis ſapienter de rebus quibuscunque ratiocinari, & ſaltem breviſſimo temporis ſpatio habuiſſent opus, ut de ſenſu vocabulorum, ex libera hominis impoſitione, non ex rei natura ſignificantium, fuiſſent informati;

§. 26.

*Voluntas* magno gaudebat libertatis gradu. Poterat equidem peccare homo & non peccare, ſed magis inclinabat ad non peccandum.

§. 27.

Ulterius ne ad momentum quidem homo illo ſtatu integro abſque *ſocietate* fuit, ſed ſtatim *cum Deo* ſocietate, inæquali illa quidem, verum in qua major amor & fiducia deprehendebatur, quam hodie

in ullâ ſocietate paternâ exiſtere poteſt, fuit junctus.

§. 28.

Cum verò homo naturâ appetat ſui ſimile, iſtam verò ſimilitudinem in Deo ob nimiam divinæ perfectionis & eſſentiæ diſtantiam non deprehenderet, *non erat bonum, eum eſſe ſolum*, ac propterea Adamo benigniſſimus Creator proſpexit de ſociâ, Evâ nimirum, quam ex coſtâ ejus creavit, (Quæ tamen non fuit in Adamo ſuperflua, nec exemptio illius corpus ejus reddidit mutilum) & Adamo dedit *in matrimonium*.

§. 29.

Fuit iſta ſocietas in ſtatu integro *ſummè æqualis*, cum imperium marito demum poſt lapſum in pœnam uxoris à Deo fuerit traditum, & ante lapſum communis ſubjectionis cauſa, imperfectio, Evæ tribui nequeat.

§. 30.

Quamvis autem Apoſtolus doceat, non convenire uxoribus ut imperent maritis, & in eâ doctrinâ iſtâ etiam utatur ratione, quod Adam prius creatus fuerit quam Eva, nulla tamen procedit illatio:

Eva non potuit in ſtatu integro imperare Adamo, ergo Adamus Evæ imperavit.

§. 31.

Quod verò ab aliis dicitur, maritum uxore eſſe ſuperiorem dignitate & poteſtate, etiam ex intentione Dei creantis uxorem in ſubſidium mariti, nec viceverſâ, id prioritatem quidem ordinis adſtruit, non vero ſuperioritatem dignitatis aut poteſtatis, ut facile exemplo ſocietatis mercatoriæ declarari poteſt.

§. 32.

In hâc ſocietate ſubſtitit ſtatus integer; an & ſubſtitiſſet, ſi homo integritatem ſuam non amiſiſſet? Sic putarunt aliqui, negantes videlicet, *ſocietatem paternam* in ſtatu integro *fuiſſe extituram*. Ita noviter diſſeruerunt ex Anglis ingenio ſuo abuſus Thomas Hobbes, & ex Belgis horrendus ſcriptor Adrianus Beverland.

§. 33.

Quos non ſolum divinæ benedictionis verbis: *Creſcite & multiplicamini*, proſternimus, ſed & oſtenſa figura muliebrisque corporis ad procreandum deſtinati in fugam agimus.

§. 34.

Putamus tamen & hanc ſocietatem ...

*qualem* fuiſſe futuram, in eo vero à conjugali differentem. quod liberi Parentibus non tam ob prioritatem ordinis, quàm ob exhibitum beneficium generationis, reverentiam exhibere debuiſſent.

§. 35.

Uti enim reverentiæ debitum imperfectionis notam, quam ſubjectio infert, haudquaquàm præſupponit; ita & cauſa imperii paterni ſuo loco demonſtranda abfuiſſet in ſtatu integro.

§. 36.

At *herilis ſocietas* exulaſſet haud dubiè in ſtatu integro. Exulaſſet enim indigentia, quæ apud nos tam ex parte Domini, quam ſervi ſocietatem iſtam introduxit, ut de dominiorum diſtinctione jam nihil dicam.

§. 37.

An & *Reſpublica?* Res patebit, ſi & hic ſtructuram Reipublicæ conſideremus. Conſtat illa ex imperio ad tranquillitatem publicam & omnium rerum ſufficientiam directo. Imperium non admittere ſtatum integrum jam oſtendimus. Nec imperio opus fuiſſet ad obtinendam tranquillitatem, cum nullus ibi


fuiſſet

Digitized by Google

fuiſſet motus; nec ad ſufficientiam, cum nulla fuiſſet indigentia.

§. 38.

Qui autem aſſerunt Rempublicam ſtatûs integri, ferè uno ore fatentur, ſe non intelligere ſocietatem cum imperio propriè dicto. Unde quidam diſtingvunt inter imperium directivum & coactivum. At hoc ipſo fatentur, non exturam, quoniam imperium directivum eſt ignis frigidus.

§. 39.

Sequitur *ſtatus hominis lapſi*. Hîc multa fuerunt *mutata*. Organa corporis non parum temporis requirunt, ut ad exercendam locomotivam & recipiendas animi functiones fiant apta. Mors intravit in mundum; hanc præcedunt ac procurant morbi varii; concoctio ſæpe peſſima, & venenum homini metuendum, ciboque variis artificiis, ne noceant, præparandi; ſenſus hominis ſæpius fallunt; acumen intellectûs multum remiſit; in infantibus eſt inſtar tabulæ raſæ varias impreſſiones recipere aptæ. Voluntas hominis multum de libertate ſuâ amiſit, item ut in hoc ſtatu ferociora ad malum inclinet, quoniam affectus frequentiſſimè

exor-

exorbitant, & hominem quaſi extra ſe ponunt, certè perpetuò frenum mordent.

§. 40.

Has mutationes in homine tantas eſſe opinamur; ut abſolutè *impoſſibile ſit homini medüs naturalibus in hâc vitâ imperfectiones iſtas corrigere.*

§. 41.

Quod ſi enim poſſet, in ipſius poteſtate eſſet vel abjicere peccatum originale, vel ſubtrahere collum jugo pœnæ divinæ. Utrumque autem eſt abſurdum.

§. 42.

*Manſit* tamen quoad *intellectum* illa perfectio, ut poſſit homo cognoſcere regulas communes & præcepta, potisſimum naturalia: quoad *voluntatem*, qvod inclinet quidem ad malum, ſic tamen, ut minimum quoad actus exteriores libertatem efficaciter renitendi retinuerit.

§. 43.

Porrò *intuitu ſocietatum* in ſocietate divinâ ceſſat hodie converſatio cum Deo de facie ad faciem, nec ſolum amatur hodie Deus ut pater benignus, verum etiam timetur ut judex juſtus. Societas Conjugalis ex æquali facta fuit mixta in pœnam

nam lapſus. Sed in paternam introdu-ctum fuit imperium propter neceſſita-tem educationis. Terræ maledictio & ſecuta dominiorum diſtinctio invexit ſo-cietatem herilem; quin & civitates at-que reſpublicas introduxit metus à vi ex-ternâ.

§. 44.

Vocatur aliàs *ſtatus integer* etiam *ſtatus naturæ rectæ*, & *ſtatus poſt lapſum*, *naturæ corruptæ* ſeu corruptus. Sed hic caven-dum, ne per corruptionem hîc intelliga-mus corruptionem moralem quoad a-ctiones exteriores, cum hæc denominatio pertineat vel ad corruptionem hominis phyſicam, vel certè ad corruptionem moralem actuum internorum inclinan-tium valdè ad peccandum contrà leges.

§. 45.

Itaque *ſtatus* hic *poſt* lapſum ſuo modo adhuc *rectus* eſt, & peccata actionum ex-teriorum non ſunt vitia ſtatûs, ſed homi-num in iſto ſtatu viventium.

§. 46.

Unde & notare poteris homony-mum, quod *ſtatus corruptus* vel oppona-tur *integritatis ſtatui* vel opponatur *ſtatui*

*poſt*

Digitized by Google

*poſt lapſum ſuo modo recto*, & tunc denotat verbi gratia ſtatum latronum &c.

§. 47.

Plures vero ſignificationes latent in voce *ſtatus naturalis*. Sic nota eſt diſtinctio ſtatus humani in *naturalem* & *legalem*, quæ uti à variis variè, ita & frequenter in eum modum explicari ſolet, ut ſtatus naturalis ſit hominis in integritate ſuâ florentis, legalis autem idem quem diximus, naturæ corruptæ. Et applicari quidem ſolet iſta diſtinctio non ſolum ad homines ſingulos, ſed & ad ſocietates humanas, maximè ad civilem, & prætereà ejusdem uſus in definiendis pluribus controverſiis politicis inculcatur.

§. 48.

Id & à nobis factum alibi. Nunc verò ſententiam mutamus, partim quod ſtatus naturalis præſupponat civitatem fuiſſe extituram in ſtatu integro, cujus contrarium modo demonſtravimus; partim quòd iſtæ controverſiæ ſi non melius, æquè benè tamen definiri posſint, ſi modo oculos dirigamus ad ſtatum legalem.

§. 49.

Quantum hactenus à Politicis vapulaverit *Hobbeſii ſtatus naturalis*, quem vult

eſſe

eſſe bellum omnium contra omnes, eique *ſtatum ſocialem* opponit, ferè tironibus notum eſt; Et merentur hâc parte legi quæ ſubinde adverſus hunc belluinum ſtatum ſcripſit Illuſtris Puſendorffius.

§. 50.

Quot modis autem ipſe ſtatus hominis poſt lapſum naturalis vocem induere queat, ex ſequentibus diviſionibus patebit. Scilicet *ſtatus naturalis initio* denotat conditionem omnibus hominibus communem, quatenus id præ beſtiis habent peculiare, etiam poſt lapſum, ut ratiocinari valeant, ac legiſlatorem ſummum agnoſcere & actiones ſuas exteriores ſecundum ejus præcepta dirigere, & opponitur vel vitæ & *conditioni brutorum*, vel vitæ hominum conditione iſtâ abutentium & dictata rationis corruptæ ex aſſe ſequentium.

§. 51.

Status hic naturalis *ſecundò* commode diſpeſci poteſt in ſtatum *naturalem*, hoc eſt conditionem illam hominum, qualis futura eſſet, ſi jam poſt lapſum homo à nativitate ſibi ſoli relictus foret ſine ullo adminiculo ab aliis hominibus accedente, & *ſocialem* ſeu conditionem hominum

qua-

Digitized by Google

quatenus vitam per induſtriam aliorum excultam vivunt.

§. 52.

Atque hic ſtatus naturalis & ſocialis non confundendi ſunt cum ſtatu naturali & ſociali Hobbeſii. Etſi enim hic eosdem deprehendas terminos, res tamen eſt diverſiſſima. Nam in ſuo ſtatu naturali Hobbeſius hominem conſiderat in relatione ad alios homines, eumque vult eſſe bellum omnium contra omnes, quorum neutrum ad noſtrum ſtatum naturalem quadrat.

§. 53.

Status ſocialis *tertio* eſt vel *naturalis*, hoc eſt conditio hominum in ſocietate æquali viventium, qui neque communem habent dominum, & quorum unus alteri non eſt ſubjectus, vel *civilis* eorum, qui vivunt in ſocietate civili & reliquis ſocietatibus minoribus ſub civili comprehenſis.

§. 54.

Neque hujus ſignificatûs ſtatus naturalis cum Hobbeſiano eſt confundendus. Hobbeſii ſtatus eſt bellicus, & ſociali oppoſitus, noſter & pacificus & ſocialis ſpecies.

§. 55.

§. 55.

Denique *quartò* civilis ſtatus eſt vel *naturalis*, ſcilicet ea conditio, quam homo habet à naturâ abſque facto hominis v. g. quod ſit mas, quod ſit infans &c. vel *adventitius*, quò ſpectat conditio, quam homo habet ex impoſitione humana v. g. quod ſit conſul, nobilis, ruſticus, &c.

§. 56.

Rectè autem putamus in ſingulis his ſignificationibus terminum ſtatûs *naturalis* poſſe adhiberi. In *primo* denominatio deſumta eſt ab *eſſentiâ* hominis, in *ſecundo* à miſeriâ *naturam* hominis ſibi relicti poſt lapſum comitante, in *tertio* à libertate & æqualitate hominum *naturali*, in quarto ab accidentibus potiſſimum phyſicis, quæ homini a *naturâ* inſunt.

§. 57.

Quod ſi tamen quis ſtatum naturalem *primi* generis velit appellare ſtatum *humanitatis*; *ſecundi* ſtatum *vitæ ſolitariæ*, *tertii* ſtatum *æqualitatis*, nos quidem recordati, quod in terminis debeamus eſſe faciles, non adeò refragabimur.

§. 58.

Comparari etiam hi quadruplices ſtatus naturales inter ſe poſſunt ratione *exi-*

*ſtentiæ.*

Digitized by Google

*ſtentia.* *Primus* exiſtit vel certè exiſtere debet in *omnibus* hominibus. *Secundus* non exiſtit frequenter, *exiſtere tamen poteſt*, v.g. ſi homo unicus ex naufragio reſtans in inſulam deſertam projiciatur; & exiſtit ſane v.g. in infantibus à parentibus nequam expoſitis. *Tertius frequenter exiſtit*, v.g. inter gentes ad ſe relatas. De exiſtentia autem *quarti* nullum eſt dubium.

§. 59.

Unde errant, qui putant, ſtatum naturalem ſecundi generis eſſe ſtatum fictum, aut fictam eſſe miſeriam, quam ſtatum illum comitari diximus.

§. 60.

Sed nec fruſtrà iſtam quadruplicem ſtatûs naturalis ſignificationem appoſuimus. *Primus* enim utilitatem ſuam præbebit in deducendis *officiis hominis erga Deum*. *Secundus* in demonſtranda neceſſitate *ſocietatis*; *Tertius* in comparatione *diverſorum præceptorum juris naturalis*, tùm & aliàs. *Quartus* ad Jurisprudentiam potisſimum *humanam* pertinet.

§. 61.

Jam in viam. Diximus in utroque ſtatu hominis & integro pariter & lapſus



Digitized by Google

ſtatu utramque legem divinam, & naturalem & poſitivam viguiſſe. De naturali fortè non eſt dubium. Poſitiva in ſtatu integritatis fuit illa, quæ prohibuit comeſtionem ab arbore vetitâ, tum v. g. prohibitio polygamiæ & divortii in inſtitutione conjugii primævâ facta. In ſtatu poſt lapſum variæ ſunt leges poſitivæ, de quibus ſuo loco.

§. 62.

Puto autem eſſe evidens: ad noſtrum ſcopum, dum leges divinas, quantum ad Jurisprudentiam pertinent, ſumus explicaturi, ſpectare primariò leges illas, quæ ſtatum poſt lapſum dirigunt. Utique enim Jurisprudentia illas leges debet exponere, quæ poſteà ad actiones hominum applicandæ ſunt. Judicamus autem, ut puto, & patrocinium præſtamus, aut etiam conſulimus, non protoplaſtis, aut de eorum actionibus, ſed omninò hominibus hujus ſeculi reliquias ſaltem priſtinæ felicitatis posſidentibus, quas ſi conſervent modò, ad tranquillitatem hujus vitæ ſat eſt.

§. 63.

Videamus jam utriusque legis *differentias.* Has communiter & in eo quæ-

runt,

runt, quod lex *naturalis* obliget *omnes* homines, lex *poſitiva* populum *Judaicum*. Sed hanc differentiam non eſſe adæquatam infrà patebit.

§. 64.

Differunt itaque initio I. lex naturalis & divina poſitiva *Principio cognoſcendi*, quod in lege naturali eſt recta ratio, in divinâ autem poſitivâ revelatio divina.

§. 65.

Dependet hujus differentiæ demonſtratio à differentiâ ſecundâ. Agnovit eandem exactè Apoſtolus, partim dum Gentes, quæ legem poſitivam non habent, naturâ ea facere dixit, quæ legis naturalis ſunt, partim, dum profitetur, ſe rationi ſuæ relictum non cognoviſſe, concupiſcentiam eſſe peccatum, niſi lex divina poſitiva dixiſſet; non concupiſces.

§. 66.

Per *rectam rationem* hic intelligo facultatem naturalem ratiocinandi, ſeu veras concluſiones ex veris primis principiis deducendi. Adeſt autem homini, ut cuivis conſtat, facultas iſta à nativitate per modum *potentiæ*, aptæ vires ſuas exerendi, ſi ſuppeditantibus ſenſibus ideæ

prius fuerint ab intellectu formatæ, eademque poſtea in ſocietate humana fuerit culta.

§. 67.

Igitur non poſſumus non ridere nimium ſubtiles Scholaſticorum meditationes, docentium, ineſſe infantibus etiam naturaliter, per modum habitus cujusdam connati, ſtatim quædam prima principia practica, inculcantia, quæ jure naturæ ſint facienda aut omittenda.

§. 68.

Omne enim principium practicum propoſitio eſt. Propoſitio omnis convenientiam aliquam prædicati cum ſubjecto aut diſconvenientiam innuit. At infantes terminorum præprimis moralium cognitione deſtituuntur, quippe in quorum expoſitione homines maximè adulti, iique eruditi vix conveniunt. Quis ergo putet, infantes v. g. cognitum habere quod homicidium ſit fugiendum & pacta ſervanda, cum neſciant, quid ſit pactum, quid homicidium &c.

§. 69.

Accedit quod ipſimet Scholaſtici hæſitent: habitus iſte connatus infantibus an per modum nudæ potentiæ, an & per mo-

Digitized by Google

modum actus inſit? Quid quod eò nonnulli pervenerunt, ut aſſererent, neutrum horum eſſe habitum iſtum connatum, ſed aliquid inter actum & potentiam intermedium. Ergo, quod felix fauſtumque ſit, dabitur ens aliquod, quod nec eſt, nec eſſe poteſt.

§. 70.

Etſi autem *lex poſitiva ex revelatione* divinâ dependeat, non tamen argumentari licebit: Hic actus in ſacris literis præceptus aut prohibitus etiam à Gentilibus fuit pro honeſto vel turpi agnitus, ergo ejus determinatio à Lege naturali provenit. Nam Gentiles iſti aut Græci ſunt, aut Romani. Romani leges ſuas à Græcis acceperunt; Græcorum Philoſophi multa à Moſe mutuati ſunt. Solon item multas leges ex Ægypto Athenas transportavit; Ægyptii autem rudimenta ſuarum legum acceperunt ab Hebræis.

§. 71.

II. Differunt leges iſtæ, quod naturalis pro *objecto* habeat actiones cum communi naturâ hominis rationali neceſſario convenientes, aut eidem repugnantes, poſitiva actiones intermedias.

§. 72.

Cum enim ex lumine naturæ appareat, Deum voluiſſe hominem eſſe rationalem, & prætereà actiones ſuas normæ alicui eſſe ſubjiciendas, ſequitur neceſſario ob fugam contradictionis, Deum illas actiones præcipere voluiſſe, quæ naturam rationalem neceſſariò promovent, & vetare quæ eidem repugnant. At cum multæ dentur actiones, quibus poſitis aut omisſis hominis eſſentia neque turbetur neque per ſe promoveatur, non poterit etiam homo ratiocinando ipſarum determinationem cognoſcere, ſed promulgatione aliqua hîc omninò fuit opus.

§. 73.

Voco autem *neceſſariam* actionis cum ratione *convenientiam*, quoties actionis omisſio humano generi indulta ex neceſſariâ conſequentiâ produceret generis humani interitum; & repugnantiam, quoties ejus commisſionem idem interitus ſequeretur.

§. 74.

Differentia iſta aliter effertur à Scholaſticis & variè quidem. Modo enim dicunt, ad jus naturale pertinere actus *per ſe ac ſuâ naturâ, item antecedenter ad voluntatem*

Digitized by Google

*tem divinam honeſtas vel turpes*, ad jus poſitivum autem, actiones indifferentes.

§. 75.

Modo: *Obligationem in jure naturali ex objecto ſe diffundere in præceptum*, in poſitivo ex præcepto ſe diffundere in objectum.

§. 76.

Sed nihil horum ſatis commodè. Poſſes eqvidem actiones lege naturali determinatas dicere *per ſe* honeſtas aut turpes intuitu immutabilitatis. Jam verò ipſi τὸ *per ſe* antecedenter ad legis naturalis determinationem uſurpant.

§. 77.

Id verò cum contradictione dicunt, actus quosdam *ſuâ naturâ* eſſe *honeſtos* vel *turpes*. Scilicet in actione humanâ vel natura ejus conſiderari poteſt, vel moralitas ſeu reſpectus ad legem. Natura quatenus abſtrahitur à circumſtantiis moralibus; Moralitas, qvatenus ad circumſtantias morales reflexio habetur.

§. 78.

Includuntur vulgo circumſtantiæ morales conſveto verſiculo: *Quis, quid, ubi, &c.*

§. 79.

Sed cave putes, ubi una vel altera harum circumſtantiarum adeſt, ibi ſtatim adeſſe circumſtantiam moralem.

§. 80.

Sequeretur enim alias id abſurdum, quod nulla actio poſſit in ſuâ natura conſiderari, cum omnis actio vel unam certè ex his circumſtantiam involvat.

§. 81.

Igitur circumſtantiæ iſtæ tum demum morales dicuntur, quatenus propter iſtas lex aliquam actionem vel præcepit vel prohibuit.

§. 82.

Qui itaque actiones quasdam ſuâ naturâ honeſtas vel turpes dicit, ille quasdam actiones ſuâ naturâ morales dicit. At qui hoc dicit, revera dicit, quasdam actiones abſtractas à circumſtantiis moralibus quà abſtractionem iſtam involvere circumſtantias morales.

§. 83.

Porro honeſta actio eſt, quæ à lege præcipitur, turpis quæ à lege vetatur. Lex autem eſt voluntas legiſlatoris, & legum omnium fons eſt voluntas divina.



Digitized by Google

§.84.

Rurſus igitur, qui quoſdam actus volunt *antecedenter ad voluntatem divinam* eſſe *honeſtos* vel *turpes*, volunt etiam actus quoſdam ante legem eſſe à lege præceptos aut prohibitos.

§. 85.

Scio equidem diſtingui inter actiones honeſtas materialiter & formaliter conſideratas; A nobis materialiter volunt eſſe deſcriptas, formaliter vero actiones honeſtas vel turpes eſſe eas, quæ conveniunt cum dictamine rectæ rationis.

§.86.

Sed ſcio etiam, diſtinctionem inter materiale & formale rebus moralibus applicatam, vel obſcuram eſſe vel ſuperfluam, plerumque ineptam; ſcio confundi hâc parte bonum quà utile eſt cum bono honeſto; ſcio eos legem per dictamen rectæ rationis definire, adeoque in eâdem contradictione manere; ſcio denique, Apoſtolum non ignoraſſe formale actionis turpis, qui peccatum definit, quod ſit aberratio à lege.

§.87.

Denique quomodo ſine contradictione poterit *obligatio ſe ex objecto diffundere*

 *in*

Digitized by Google

*in præceptum*, cum obligationis omnis efficacia conſiſtat in reverentiâ & metu legislatoris.

§.88.

Ergone, omnes actiones ſunt ſua naturâ indifferentes? ſunt utique, hoc eſt omnes actiones phyſicæ à circumſtantiis moralibus abſtractæ nec præceptæ ſunt nec prohibitæ.

§.89.

Non erunt tamen, inquies, ſuâ naturâ indifferentes, v.g. blaſphemia & furtum. Non ſunt, inquam ego, iſti termini actionum ſuâ naturâ conſideratarum. Involvit enim blaſphemia conceptum proæreſeos, quod quis verba quædam in contumeliam divinam protulerit; Involvit furtum conceptum contrectationis fraudulentæ. Atqui ob has circumſtantias blaſphemia & furtum jam à lege æterna ſunt prohibita.

§.90.

Abſtrahe ab iſtis circumſtantiis, non erunt amplius actiones iſtæ turpes; ſed nec erunt amplius iſtæ actiones blaſphemia & furtum. Phyſica actio in blaſphemiâ eſt prolatio verborum etiam blaſphemorum; nam teſtis v.g. dum ea

refert,

Digitized by Google

refert, blaſphemiam non committit. Ita in furto phyſica actio eſt extenſio manus ad rem etiam alienam &c.

§. 91.

Ut itaque paucis me expediam: confundunt Scholaſtici *actionem ſuâ naturâ* id eſt phyſicè conſideratam, cum *actione morali quoad ſuam naturam*, id eſt, moraliter conſideratâ.

§. 92.

Sed fortè ipſi dum alios refutamus, ſævimus in propria viſcera. Annon perinde eſt, ſive dicas objectum legis naturæ eſſe actus ſuâ naturâ vel antecedenter ad voluntatem divinam honeſtos vel turpes, ſive dicas, eſſe actus neceſſariam connexionem aut repugnantiam cum natura hominis rationali habentes? Nam ſi ſtatuimus Deum ob convenientiam & repugnantiam illam actûs illos præcepiſſe aut prohibuiſſe, annon reipſa concedimus, actus iſtos ante voluntatem divinam eſſe honeſtos vel turpes: Annon fatemur, obligationem ex objecto venire in præceptum?

§. 93.

Sed ſalva res eſt. Id ex aſſertione noſtrâ quidem inferri poteſt, actus, qui juris na-

naturalis objectum ſunt, ſuâ naturâ eſſe *bonos vel malos*, honeſtos eſſe & turpes non poteſt inferri. Damnum promovent, aut utilitatem humani generis actus iſti, etiamſi à voluntate divinâ abſtrahas, at quamdiu in abſtractione illâ manes, non ſunt lege præcepti aut prohibiti, non, inquam, humanum genus ad quicquam obligant.

§. 94.

Ita certum eſt, medicamenta quædam ægrotis eſſe maximè utilia, cibos contrà aliquos ipſis eſſe ſummè noxios. Medicamenta tamen ipſa vel cibi ægrotum ad nihil obligant, ſi à voluntate legislatoris abſtrahas. Tolle legislatorem & absq; exceptione verum erit, quemlibet liberrimum ſuæ utilitatis eſſe moderatorem aut diſpenſatorem.

§. 95.

Eia, occines, lupum teneo auribus: dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. Ergo ſecundum tuam opinionem: *Eſt ipſa utilitas juſti prope mater & æqui; nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum.* Atqui hoc ipſum Carneades ſtatuit, hoc Epicuri de grege porci inculcarunt, recoxit maximam partem Epicureus Hobbeſius.

ſius. Ergo jus naturale nullum eſt, nulla juſtitia, aut ſi eſt aliqua, ſumma erit ſtultitia, quoniam alienis commodis conſulens, ſuis utilitatibus nocebit. Quid eſt, atheiſmi venenum inſidioſè propinare, ſi hoc non eſt.

§. 96.

Non putamus autem eò impudentiæ aliquem proceſſurũ, ut nobis in oſtendendâ ipſius juris, & juſtitiæ naturalis exiſtentiâ, & à reliquis juribus diverſitate ſtrenuè occupatis talia occinat. Præprimis cum diverſiſſima ſit *utilitas ſingulorum hominum*, quam præfati Philoſophi fontem fecerunt juris univerſi, ab *utilitate totius humani generis*. Ut igitur pulcherrimè in republica utilitas publica norma eſt utilitatis privatæ, ſic non minus convenienter in ſocietate totius humani generis utilitas communis norma eſt utilitatis peculiaris. Paucis. Non omne quidem quod utile eſt, honeſtum eſt, omne tamen honeſtum eſt utile.

§. 97.

Itaque *lex naturalis eſt lex divina cordibus omnium hominum inſcripta, obligans eosdem, ut ea, quæ neceſſariò conveniunt naturæ hominis rationali, faciant, ea verò, quæ eidem repugnant, omittant.*

§. 98.

Digitized by Google

§. 98.

Uti vero de hâc convenientiâ cum naturâ hominis rationali prolixius diſpiciemus in ſequentibus, ita ſuâ ſponte fluit ex definitione noſtrâ *Juris naturalis* præcipua affectio, *immutabilitas*, & *indiſpenſabilitas*, quia nempe rationalitas hominis immutabilis eſt & indiſpenſabilis.

§. 99.

Notæ quidem ſunt in vulgus variæ objectiones, potiſſimum intuitu diſpenſabilitatis, de ablatione vaſorum argenteorum Ægyptiacorum à Deo Iſraelitis præceptâ, de occiſione Iſaaci, de mendacio obſtetricum Ægyptiacarum &c. ad quas tollendas JCti varias & infinitas ferè excogitarunt diſtinctiones, quibus omnibus opus non eſt, cum planè nulla diſpenſatio ibi interceſſerit, ſed actus iſti a Deo præcepti vel commendati non fuerint furtum, homicidium, mendacium, à Jure Naturali prohibita, adeòque confunditur à diſſentientibus mutatio objecti cum mutatione legis.

§. 100.

Quod ſi vero urgere velis, eo ipſo quod iſti actûs non ſint furtum homicidium &c. diſpenſaſſe Deum circa jus na-

turæ,

Digitized by Google

turæ, cum diſpenſatio ſit declaratio ſuperioris, quod actus ad legem non pertineat, reſponderem: miſceri ita interpretationem reſtrictivam cum diſpenſatione, quod ſuprà præcavimus.

§. 101.

Poterit *lex Naturalis* non incommodè *dividi* intuitu ſocietatum humanarum naturalium. Nam alia præcepta ejus dirigunt *ſocietatem communem omnium hominum* viventiũ inter ſe in ſtatu naturali, ſeu ut ſuprà diximus in ſtatu æqualitatis, quæ hodiè introductis rebuspublicis dicitur ſocietas Gentium, alia dirigunt officia hominum viventium *in civitate* & ſocietatibus ſub civitate comprehenſis, puta domeſticis.

§. 102.

*Illud* communiter appellari ſolet *Jus Gentium.* Poſſes adeò *hoc* diſtinctionis gratia nominare *Jus Naturale ſtrictè dictum.*

§. 103.

Supponitur alias *Juris Gentiũ* vox modis variis; vel 1. pro attributo perſonæ ſeu *facultate*, quam gentes naturâ permittente exercent, 2. pro *moribus* plurium gentium, quando nempe jure ſuo unanimiter

& co-

Digitized by Google

& eodem modo uti ſolent. Ita dominia bella, ſervitutes, contractûs &c. dicuntur juris Gentium. 3. Pro *lege*, & quidem vel pro lege *naturali* in genere, quoniam nimirum id obligat omnes gentes, vel 4. pro jure *Civili* multarum Gentium, (huc ſpectant privatorum modi acquirendi, qui juris Gentium dicantur,) vel 5. *jure Gentium propriè dicto*, quà denotat legem officia Gentium inter ſe quà ſunt Gentes concernentem.

§. 104.

Facile autem patet, in controverſiâ: *Utrum jus Gentium ſit ſpecies Juris divini, an humani?* ultimum ſignificatum attendi debere. Quod ſi obſervaveris, facilè poteris reſpondere iis, qui cum Grotio *Jus Gentium ſpeciem juris voluntarii* & quidem *humani* faciunt. Illi enim vel mores Gentium, vel jus pro attributo perſonæ ſumtum inculcant.

§. 105.

Summa eò redit: Gentes inter ſe pares ſunt, nec inter homines ſuperiorem agnoſcunt. Ergo lege humanâ obligari nequeunt.

§. 106.

At, inquis, obligantur lege pacti, obligantur,

Digitized by Google

gantur voluntate propriâ. Sed regero: Pactum non eſt lex, neque pactum obligat, ſed quandoque lex intercedente pacto. Diximus jam ſuprà.

§. 107.

Quinimò Gentes (omnes) inter ſe nec pacto obligantur. Ubi enim & quando pactum ejusmodi fuit conditum?

§. 108.

Neque poteris in ſubſidium vocare pactum tacitum, quaſi gentes ex imitatione & continuato ac propagato uſu actionum à paucis initio ſuſceptarum ſe tacitè obligaverint. Nam ejusmodi univerſalem & continuatam imitationem nego. Nego ſolam imitationem inferre pactum tacitum.

§. 109.

Sed fortè mores utentium illo jure facient, ut JusGentium ſit jus non ſcriptum. Fortè verò id non producent. Jus non ſcriptum extrà civitatem non eſt. Conſvetudo enim jus eſt ob tacitam principis approbationem, quæ ſi deficiat, conſvetudo dicitur facti. Aſt tacita principis approbatio interGentes ubi?

§. 110.

Dividunt ulterius ſcholaſtici præcepta



Digitized by Google

*juris naturalis* in *affirmativa* & *negativa*. Res intellectu facilis, & in omni lege procedit, ſed uſus hujus diſtinctionis eſt exiguus.

§. III.

Sed, inquit Scholaſticus, uſus ſe exerit haud contemnendus: Præcepta affirmativa obligant *ſemper*, *negativa ſemper & ad ſemper*.

§. 112.

Ego vero: Rebare te fari ſcio, ſed fabare neſcio. Loquamur ut unus intelligat alterum.

§. 113.

Utraque præcepta *ſemper* obligant, id eſt ſunt æternæ veritatis. Sed affirmativa non obligant *ad ſemper*, id eſt non obligant omnes homines, nec omni momento v. g. cole parentes, da eleemoſynas, &c. Negativa vero omnes & omni tempore obligant, e. g. neminem læde.

§. 114.

An non itaque præceptum: *ſuperiori pare, honeſtè vive, ſuum cuique tribue* obligant omnes & omni momento? An lex: *non committe crimen leſæ majeſtatis* omnes homines & v. g. ipſos principes obligat?

§. 115.

Vides effectus iſtos ab affirmatione vel negatione non dependere, ſed aliunde eſſe arceſſendos, ſcilicet leges naturales, vel inculcant officia hominum in quacunque ſocietate viventium, vel ad officia pertinent ſingularum ſocietatum peculiaria. Item: homo uno eodemque momento poteſt vel mille actus diverſiſſimos omittere, actus diverſos eosque ſpeciales uno plures commodè agere nequit.

§. 116.

Hæ ſunt iſtæ ſubtilitates, quas quis ſine dictis elegantiarum floſculis capere poteſt. Prætereà nec in eo putamus adæquatum hujus diſtinctionis eſſe uſum; ac, ſi præcepta Juris naturalis *affirmativa* ſemper *exceptionem ſummæ neceſſitatis* habeant, *negativa non ita*. Res patebit ex dicendis ſuo loco.

§. 117.

*Lex divina poſitiva eſt lex divina hominibus per revelationem divinam publicata, ea, quæ neceſſariam connexionem cum hominis natura rationali non habent, determinans.*

§. 118.

Hinc patet, qvod lex hæc divina & *mu-*

*tabilis* ſit & *diſpenſabilis*, ſed à Deo ſaltem, non à Papâ, nec quocunque Principe. Propterea tamen voluntas Dei haud eſt mutabilis.

§. 119.

Dividitur lex poſitiva in *univerſalem* & *particularem*. De poſteriori non eſt dubium, prioris tamen *exiſtentiam* ſunt qui negent, ſunt qui affirment. Nos, ſi cum pace ſcholaſticorum fieri poterit, putamus quæſtioni *an* præmittendum eſſe quæſtionem *quid* ſit?

§. 120.

Legem *univerſalem* dicimus intuitu totius humani generis, *particularem* in reſpectu ad certum populum. Dupliciter tamen denominatio iſta ſupponi poteſt, vel in relatione ad *publicationem*, vel in relatione ad *obligationem*. Uterque ſignificatus equidem huc ſpectat, primario tamen publicatio.

§. 121.

Ergo *Lex divina poſitiva univerſalis eſt, quæ publicata fuit omnibus hominibus, vel certè perſonis totum genus humanum repræſentantibus. Particularis eſt, quæ lata fuit populo Judaico.*

§. 122.

Digitized by Google

§. 122.

Univerſalem hanc confidentius nimis Adamo & Noacho datam eſſe non ſolum affirmant Judæi, ſed & determinant planè, falſa pro more miſcentes veris, jusque naturale poſitivo cumulantes ex traditionibus potisſimum Rabbinorum ſuorum, quorum ſententiam fuſius peculiari opere expoſuit honos Britanniæ Seldenus.

§. 123.

Nos traditionibus iſtis ſepoſitis ſolam ſcripturam intuentes, mediâque adeò incedentes viâ negare non poſſumus. Nam non ſolum Adamo præceptum de arbore vetita datum fuit, & de polygamiâ ac divortio vitandis in primævâ conjugii inſtitutione, ſed & Noacho inculcatum fuit de puniendo capitaliter homicidâ, & vitando eſu ſanguinis &c.

§. 124.

Pertinere autem iſtas leges ad poſitivas exinde conſtat, quia illi actus non habent neceſſariam connexionem cum naturâ hominis rationali.

§. 125.

*Species* hujus legis poſitivæ recenſebimus ſuo loco. Id ſaltem prænotetur. Leges has poſitivas vel dirigere officiũ ho-

minis *circa cultum Dei*, vel *circa alios homines*. Illæ immediatè intendunt beatitudinem æternam. Hæ immediatè temporalem.

§. 126.

*Lex divina particularis* eſt vel *ceremonialis* vel *forenſis*. *Illa* reſpicit ordinationes circa cultum divinum, *hæc* in ſpecie deciſiones cauſarum forenſium inter Judæos. In Lege forenſi Deus intendit peculiarem utilitatem temporalem populi Judaici, in ceremoniali beatitudinem æternam totius generis humani.

§.127.

Igitur *lex Ceremonialis maximam partem* (hoc eſt quatenus & Proſelyti ad ejus obſervantiam erant adſtricti) *omnes homines obligat*.

§. 128.

Igitur *Ceremonialis* lex inter forenſem & eam legem, quam univerſalem diximus, quaſi eſt *intermedia*. Lex univerſalis talis eſt intuitu & publicationis & obligationis. Lex Forenſis in utroque hoc reſpectu particularis eſt; at Lex Ceremonialis quà publicationem eſt particularis, quà obligationem univerſalis.

§. 129.

Nam omnia præcepta religionem

con-

Digitized by Google

concernentia quantum ad obligationem univerſalia ſunt; eſt enim una religio ſaltem, quæ ſalutem æternam procurat, quam qui negligunt, ſuppliciis æternis ſubjiciuntur.

§. 130.

Neque te turbet communis regula: *Legem non publicatam non obligare.* Id ſiquidem vult; non obligare legem (poſitivam) *antequam* publicata ſit; non hoc ſentit, ac ſi ſaltem *eos, quibus publicata actu ſit*, obliget; ita enim multas limitationes, ac haud dubiè illam admitteret, *niſi ſubditi*, quibus publicari debeat, ſint in culpâ & *publicationem non admittant*, puta, ſi ſint v. g. rebelles.

§. 131.

Lex *Forenſis* extincta fuit extinctâ Republicâ Judaicâ & diſperſis Judæis per totum terrarum orbem. *Ceremonialis* expiravit adventu Chriſti, qui adeò impletâ prius lege nova ſacramenta novumque cultum religioſum vel ipſe vel per Apoſtolos introduxit, æquè obligantem omnes homines, ac olim lex Judaica, ut diximus, intendebat, de quo eo minus eſt dubium, quò magis hìc Apoſtoli fuerunt juſſi, ut prædicarent Evangelium univerſis populis. F 4 §. 132.

§. 132.

Non tamen propterea dicendus eſt Chriſtus novus legiſlator, quoniam, qui hâc phraſi utuntur, intelligunt, ac ſi Chriſtus etiam in illis præceptis, quæ officia hominum inter ſe concernunt, aliquid immutaverit, & perfectiorem obedientiam à Chriſtianis in novo teſtamento exegerit, quod uti apertè ſatis infinitam Dei Patris ſapientiam impugnat; ita latius refutatur à Dominis Theologis.

§. 133.

An ergo *legis Moſaicæ* particularis & potiſſimum forenſis hodiè nullus reſtat *uſus? Triplicem* eum facit Grotius. *Unum:* Oſtendi ea, quæ à legibus iſtis præcepta ſunt, non eſſe contrà jus Naturæ: *Alterum:* Licere nunc Magiſtratibus Chriſtianis ejus ſenſus leges ferre, cujus ſunt Leges per Moſen datæ; niſi fortè ſint Ceremoniales, aut Chriſtus contrarium diſpoſuerit: *Tertium*; quicquid ad eas virtutes pertinens, quas Chriſtus à ſuis diſcipulis exigit, lege Moſis præceptum eſt, id nunc etiam, ſi non & amplius à Chriſtianis præſtandum.

§. 134.

Hic primum uſum admittimus: Quæ

verò

Digitized by Google

verò in ſecundo & tertio uſu à Grotio de Chriſto novo legiſlatore admiſcentur, jam rejecimus. Præter id negamus etiam in reliquis univerſaliter procedere ſecundum uſum Grotii quoad leges forenſes. Nam in iis Deus utilitatem Reip. Judaicæ reſpexit. At Magiſtratuum Chriſtianorum ſinguli ſuarum rerumpublicarum utilitatem præ oculis habere debent, quæ ab utilitate Reip. Judaicæ poterit eſſe diverſa.

§. 135.

E. g. Lex Forenſis furtum reſtitutione dupli vel quadrupli punit. Sufficiebat hoc ad coercenda furta in populo Judaico. Ergo & ſi in aliquâ Rep. hæ pœnæ ſint ſufficientes, benè facit princeps, ſi illas uſurpet; quod ſi finem ſuum nequaquam obtineant, ſed nihilominus furta multiplicentur, peccat princeps, ſi creſcentibus delictis non ſimul pœnas creſcere procuret.

§. 136.

Illi verò planè falluntur, qui putant legem divinam forenſem normam præſcribere principibus, ſecundum quam & ipſi Leges in Rebuspublicis ſuis formare debeant, ita ut peccent, ſi præter aut contrà



Digitized by Google

illas aliquid diſponant, & ex iſtâ hypotheſi v. g. ſuſpendium furum impugnant.

§. 137.

Patet jam ex diviſione legum divinarum, quod *Jurisprudentia divina* pro objecto habeat *legem naturalem*, & ex *divinis poſitivis univerſalibus illas, quæ officia hominum erga alios homines* concernunt.

§. 138.

Nam hæ leges, ut & lex naturalis ſalutem hominis & *tranquillitatem temporalem*, non dicam principaliter, ſed immediatè tamen intendunt.

§. 139.

Conformen arbitramur hanc doctrinam praxi communi in territoriis Principum proteſtantium, ut & apud nos obſervationi Conſiſtoriorum, & Conſtitutionibus principalibus deſuper editis.

§. 140.

Poterit adeò & hoc legum poſitivarum reſpectu *Jurisprudentia* noſtra *Chriſtiana* appellari, quoniam non ſaltem objectum demonſtrationis hic ex ſcripturâ ſacrâ præſupponitur, ſed & primum demonſtrationis principium ex revelatione deſumitur, quod reliquæ Jurisprudentiæ partes, Medicina item & Philoſophia

non

non faciunt, certè non facere debent.

§. 141.

Unde & *Jurisprudentia* à *Theologia* ex parte quidem objecto, adæquatè tamen *fine* differt. Scilicet *leges humanas* ſola ſibi vindicat *Jurisprudentia*, quia hæ in ſalute hominis temporali acquieſcunt. *Præcepta religionis* pertinent ad Dominos *Theologos*, & doctrina, quæ hæc inculcat, *Theologiæ ſtrictè dictæ* nomine venit, quæ *credenda* explicat.

§. 142.

*Leges verò divinæ de officiis hominum erga homines diſponentes Theologis & JCtis ſunt communes;* illis quatenus & ipſæ ex intentione Legislatoris ſubordinantur ſaluti æternæ, aut, quatenus ſine lege Evangelium non poterit commodè explicari; his; quatenus in iis Deus immediatè reſpexit tranquillitatem & decorum ordinem hujus vitæ.

§. 143.

Atque hinc eſt etiam, quod Domini Theologi, dum hæc præcepta ſeorſim exponunt, tractatus ſuos non Theologiæ, ſed in ſpecie *Theologiæ moralis*, quæ *facienda* explicat, nomine inſigniunt.

§. 144.

§. 144.

Inter quam & *Jurisprudentiam divinam* poſſes etiam iſtam ponere differentiam. *Theologia moralis* Legem moralem omnes homines obligantem ſine diſtinctione legis naturalis & poſitivæ univerſalis inculcat, & fundamentum adeò demonſtrationis ſuæ utrobique ponit ſcripturam ſacram, unde & communiter Theologi morales legem moralem & naturalem ſynonymicè uſurpant. Sed *Jurisprudentia divina* legem naturalem à divina ſeparat, illam quidem ſecundum doctrinam Apoſtoli ex dictamine rectæ rationis demonſtrans, hanc vero ex ſolâ revelatione petens; quæ diſtinctio infinitum uſum præbet in difficillimis aliàs controverſiis, de obligatione principis intuitu ejusmodi præceptorum, & poteſtate ejus diſpenſandi aut legislatoria &c.

§. 145.

Rectè igitur *Jurisprudentia divina* dividetur in *naturalem* & *divinam poſitivam univerſalem officia hominum inter ſe inculcantem*, quam poſteriorem in poſterum compendii gratiâ *divinam* abſolutè, & leges, circa quas occupata eſt, divinas ſimpliciter appellabimus. Dabimus vero

ope-

operam, ut, quod hactenus non fuit præſtitum, duas iſtas ſpecies, non quidem ſeorſim conſideremus, ſed in ſingulis tamen capitibus accuratè ſecernamus.

## CAPUT III.

# *De Interpretatione legum divinarum in genere, & de principiis practicis.*

§. 1.

QUævis Jurisprudentia leges interpretari docet & applicare. Hæc enim ſunt media, ad tranquillitatem communem introducendam facientia. Unde ſi doctrinam mediorum omitteret Jurisprudentia, & in dictis ſubſiſteret, prudentiæ nomen non mereretur.

§. 2.

Porro interpretatio applicationem ordine doctrinæ debet præcedere.

§. 3.

Eſt vero *interpretatio expoſitio voluntatis alienæ dubiæ.* Nam interpretatio quæ *Authentica* dicitur, propriè interpretatio non eſt, ſed vel nova lex, vel novum pactum. Certè ea huc non ſpectat.



Digitized by Google

§. 4.

*Voluntas* autem illa eſt vel *ſuperioris* vel *paris*. Unde interpretatio eſt vel *legum* vel *pactorum*, item teſtamentorum, meditationum, &c.

§. 5.

*Leges* vero vel ſunt *cordibus hominum inſcriptæ*, vel per *revelationem publicatæ*. Ibi interpretatio *demonſtrationibus* utitur. Hic *conjecturis* ſeu argumentis probabilibus.

§. 6.

Utraque interpretatio nititur certis regulis & axiomatis à primis principiis dependentibus.

§. 7.

Sunt autem *prima principia* propoſitiones ab intellectu formatæ, ultra quas intellectus aſcendere in demonſtrationibus non poteſt.

§. 8.

Cum enim intellectus hominis ſit finitus, non poteſt in demonſtrationibus adſcendere in infinitum, ſed neceſſe eſt, ut aliquando ſubſiſtat.

§. 9.

Pro diverſitate autem habituum intellectualium Theoreticorum & Practicorum *Principia prima* diviſa ſunt in *Theoretica* & *Practica*.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10.

De Theoreticis multi ſcripſere multa. Practica vel planè fuerunt neglecta, vel confuſè tradita, vel magna contentione adhuc dum excutiuntur.

§. 11.

Nos, qvorum poſt gloriam Dei ſolum veritatis ſtudium ſcopus eſt, ſepoſitis affectibus & autoritatibus, rem nudè, ut eſt, ſpeculabimur, nullius affectantes gratiam, quoniam nullius veſtigia preſſo pede ſumus calcaturi, nullius etiam odium timentes, qvia eos, à quibus hic diſſentiemus, tacebimus, neque aculeis pugnabimus, ſed rationibus.

§. 12.

Res vero paulo altius eſt repetenda. Præſuppono I. *Intellectum*, quocunque modo eum definias, *eſſe ens unum*, intellectumq; Theoreticum & Practicum non realiter differre.

§. 13.

II. Intellectus noſter vel contemplatur *rerum eſſentiam*, ſeu naturam, ſeu habitudinem, ſeu accidentia, ſeu quocunque modo id efferre velis, vel contemplatur *actiones proprias*.

§. 14.

§. 14.

III. Res omnes à ſe quidem *diſtinctæ* ſunt, ſed cum tanta harmonia, ut nullum ens ſit, quod non cum altero *conveniat* in aliquo tertio.

§. 15.

IV. Ergo intellectus, dum rerum naturam contemplatur, vel contemplatur earum *convenientiam* cum aliis, vel *differentiam*. Unde & omnis definitio hunc duplicem conceptum involvit, convenientiæ in genere, disconvenientiæ in differentiâ ſpecificâ.)

§. 16.

V. Qui convenientias rerum elicere aptus eſt, *ingenio* pollere dicitur, qui autem differentias accuratè diſcernit, *judicio* gaudet.

§. 17.

VI. Porro intellectus eſſentiam rerum & naturam contemplando, vel ita concipit, prout revera ſunt, vel eas inter ſe componit fictione aliquâ, ut non ſunt. Atque hic actus intellectus phantaſia dicitur.

§. 18.

Hæc omnia, quæ hactenus recenſuimus, inter ſe comparando ſumma propoſitio & prima ipſi naſcitur, h. e. ad quam reliquæ

quæ omnes poſſunt referri, ipſa autem eſt indemonſtrabilis. *Quodlibet eſt vel non eſt*: ſeu: *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe*; ſeu denique: *Contradictoria non non poſſunt ſimul eſſe vera*. Hæc enim omnia eodem recidunt. Atque hoc communiter appellari ſolet *primum principium theoreticum*.

§. 19.

Deprehendit autem homo inter res contemplabiles etiam ſeipſum, atq; dum ſuam naturam contemplatur videt ſe non ſpeculandi ſaltem ſed & agendi gratiâ eſſe creatum.

§. 20.

Dum vero actiones ſuas cum eſſentiâ ſua confert, videt, quod ſua natura non admittat, ut ſit exlex & actiones ſuas ſine normâ quâdam inſtituat.

§. 21.

Unde naſcitur ipſi definitio legis. Simul vero conceptus Imperantis, conceptus obligationis, utpote qui in definitione legis involvuntur.

§. 22.

Leges autem cum deprehendat varias, & has inter ſe comparat, ac earum differentias quærit. Summa igitur harum

contemplationum, ſeu quænam ſit prima lex, & ad quam reliquæ omnes referri debeant, vocatur *primum principium Practicum.*

§. 23.

Ex dictis patet: *primum principium Practicum* non eſſe abſolutè primum, ſed *ſubordinari primo Principio theoretico.*

§. 24.

Theoreticum enim eſt ſumma contemplationum omnium de rerum eſſentiis & natura. Practicum in ſpecie de unius rei, legis nimirum, eſſentia. Species verò continetur ſub genere.

§. 25.

Adeoque Practicum jam præſupponit cognitionem variarum rerum, & inter eas potiſſimum hominis & actionum humanarum, ergo & præſupponit principium theoreticum.

§. 26.

Falluntur itaque, qui putant primum principium practicum non eſſe ſubordinatum theoretico.

§. 27.

Nam ſequeretur exinde, falſum eſſe principium theoreticum, ſi daretur aliquid in intellectu meo, quod neque ſit neque non ſit.

§. 28.

Digitized by Google

§. 28.

Adeoque qui id docent, negant reverà primum principium intellectus.

§. 29.

Aut ex intellectu hominis faciunt duo diſtincta entia.

§. 30.

Non adducam, quod ipſi fateantur, contra negantem prima principia non eſſe diſputandum, quod in principio primo theoretico lubentes admittimus. Nemo enim id negabit facile, ſi homo eſt, & ne ruſticus quidem.

§. 31.

At ſi idem aſſumamus in primo principio practico, non evademus controverſiam, cum de eo diſſentiant inter ſe viri ſummè eruditi, ſinguli ſuis aſſeclis ſtipati.

§. 32.

Qui ſi omnes ſibi mutuo occinerent, contrà negantem principia non eſſe diſputandum, niſi fortè, ut addi ſolet, verberibus, orireturprofectò bellum, ſi non omnium contra omnes, certè plerorumque inter ſe eruditorum.

§. 33.

Igitur primum principium practicum

ex theoretico debet immediatè demonſtrari.

§. 34.

Id vero cum pace omnium duobus verbis efferre licebit: IMPERANTI PARE.

§. 35.

Demonſtro id 1. ex *definitione Imperantis*. Imperans eſt, qui habet facultatem alterum obligandi. Quod ſi vero ei non ſit parendum, hanc facultatem non haberet: Impoſſibile autem eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.

§. 36.

2. *Ex definitione Legis*. Lex eſt juſſus imperantis obligans ſubjectos &c. Igitur ſi imperanti non eſſet parendum, lex non eſſet lex.

§. 37.

3 *Ex definitione obligationis*, quam ſuprà expoſuimus, quæ & ipſa non eſſet obligatio ſi imperanti non foret parendum.

§. 38.

Meretur tamen hoc axioma nomen *primi* principii Practici, tùm quia omnes leges ſpeciales eò referri poſſunt, quod facilè probatur per inductionem:

§. 39.

Tùm quod ipſum per aliam legem demonſtrari nequit; Fluit enim ex definitione legis in genere.

§. 40.

§. 40.

Poſſes adeo hoc principium dicere *objectum Jurisprudentiæ in genere.* Nam omnes ſpecies Jurisprudentiæ id præſupponunt.

§. 41.

Cum autem Jurisprudentia à nobis in divinam & humanam diviſa fuerit, jam videndum eſt, quodnam ſit *primum principium Jurisprudentiæ divinæ.*

§. 42.

Cujus natura in eo conſiſtet, ut omnes leges divinæ eò posſint referri, ipſum verò immediatè demonſtretur ex primo principio practico, mediatè ex primo principio theoretico.

§. 43.

Tale erit ſequens: DEO PARE.

§. 44.

Demonſtratio immediata eſt, quia Deus eſt imperans.

§. 45.

Hujus demonſtratio mediata, quia aliàs Deus non eſſet Deus.

§. 46.

Utrumque paulò fuſius erit deducendum, cum hìc præſupponatur: eſſe Deum, & eſſe ſuperiorem.



Digitized by Google

§. 47.

Eſſe Deum omnes gentes etiam maximè barbaræ agnoverunt & agnoſcunt, demonſtrarunt autem multi, præprimis qui Theologiam naturalem ſcripſerunt aut contrà Atheos diſputarunt.

§. 48.

Ac varia hic quidem adduci poſſent argumenta. Potiſſimum ex ſubordinatione cauſarum deſumitur. Quæcunque videmus in hoc globo terraqueo non ſunt à ſe ipſis ſed aliunde, illa vero ex quibus ſunt, etiam deprehendimus à ſe ipſis non fuiſſe, & ita porro. Ergo neceſſe eſt, quoniam intellectui repugnat proceſſus in infinitum, ut ſubſiſtamus in aliqua cauſa prima. Ea verò Deus eſt.

§. 49.

Quid verò ſit Deus, id equidem perfectè cognoſcere intellectus noſter non poteſt, etiamſi accedat lumen revelationis, ob infinitam diſtantiam eſſentiæ humanæ à divinâ; tantùm abeſt, ut ſolum rationis lumen myſteria iſta capere queat.

§. 50.

Id igitur apertè ex dictis de exiſtentia

Dei

Dei colligere licet, ejus eſſentiam eſſe *nobiliorem* eſſentiæ hominum, quos aliàs inter creaturas ſublunares eſſe perfectiſſimas, natura nobis dictitat, & conſequenter *diuturniorem* entibus, quæ circa nos videmus, &c. uno verbo tranſcendere intellectum noſtrum, cum intellectus noſter tantum poſſit comprehendere, quod æque aut minus eſt perfectum.

§. 51.

Cæterum ſubtilioribus demonſtrationibus eſt opus, ſi ex lumine naturæ demonſtrare velis quod Deus non ſit unum ex corporibus cœleſtibus, quoniam harum mutationes pleriq; hominum ignorant, & imo ab eruditiſſimis vereor, ut vera eorum & intrinſeca mutatio, ſi lumen revelatum ſeponas, demonſtrari poſſit. Unde & Apoſtolus, dum ex lumine naturæ adverſus Gentes diſputat, eos potiſſimum invadit, qvi homines vel beſtias, vel creaturas ſublunares inferiores pro Deo habebant, non illos, qui ſolem adoraverunt aut corpora cœleſtia.

§. 52.

Miranda adeò ſimul eſt Dei Sapientia, quod inter gentes, quæ ſanctiſſimam ejus revelationem ſepoſuerant; paſſus fuerit



Digitized by Google

eas, quæ maximè rationabiles haberi volebant, in magis abſurdas idololatriæ ſpecies illabi, quàm gentes barbaras. Hi enim ferè corpora cœleſtia aut potentias inviſibiles adorarunt. At quid abſurdius cultu Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum?

§. 53.

Eadem difficultas erit, ſi ex ſolo dictamine naturæ cum illis diſputare velis, qui *Naturam* dicunt eſſe Deum, vel *animam mundi*, aut qui errorem defenderunt, quod *mundus ſit æternus*. Neque enim puto firmiter ſtringi poſſe Ethnicum, etiamſi ipſi objicias, quod qui mundum æternum aſſerat, ejus aliquam cauſam neget, & ſic ipſum Deum neget. Nam facilè prævideo, quod reſponſurus ſit, illationem non ex neceſſariis inferre, poſſe enim eum, qui mundi cauſam negat, ſtatuere, mundum eſſe ipſum Deum, vel certè mundum eſſe Deo coæternum, uti notum eſt quod Philoſophi Gentiles aſſeruerunt duo principia coæterna, Deum & materiam primam.

§. 54.

Unde & non omninò placet inſtitutum Scholaſticorum, magno conatu attributa

buta divina duplici *via* quam *perfectionis* & *negationis* appellant, ex lumine rationis inveſtigare intendentium, ita ut perfectio quæ eſt in homine, ea ſit *eminenter* in Deo, & imperfectio, quæ in homine eſt, ea non ſit in Deo. Nam & illud infinitis tricis eſt obnoxium & limitationibus, certè ad demonſtrationem, quam tamen intendunt, aut in diſciplina Theoreticâ intendere debent, parum aptum.

§. 55.

Potisſimum enim fallet iſta *via perfectionis*, ſi perfectio humana præſupponat aliquam imperfectionem, fallet etiam *via negationis*, ſi imperfectioni humanæ oppoſita perfectio ſimul cum imperfectione ſit conjuncta, aut ſi imperfectio humana moralis propter imperfectionem hominis Phyſicam pro tali habeatur.

§. 56.

Ita imperfectio hominis eſt quod *volare* nequeat ſed an tibi propterea cum Ethnicis alatum quendam finges Mercurium? Non arbitror. Nam hæc avium perfectio cum imperfectione eſt conjuncta quod ſint corporea.

§. 57.

Hanc imperfectionem (corporeitatis)



Digitized by Google

in Deum non cadere quomodo ſcires, ſi Scriptura non revelaret, Deum eſſe Spiritum. Si enim inter eos qui Scripturam S. agnoſcunt, Sapientes reperti ſunt, qui Deum corporeum eſſe delirarunt, non mirandum, ſi Sapientiſſimi Philoſophorum Gentilium Stoici idem dogma defenderint.

§. 58.

Ita imperfectio hominis moralis eſt, ſi homo gaudeat de alterius hominis dolore etiam ex merito eundem patientis, qui enim ita gaudet, *crudelis* vocatur. At Deus ipſe teſtatur, quod ridere velit ſuper infortunio malorum. An ergo putas Deum crudelem eſſe? Abſit. Cur ita diverſè? Scilicet quia imperfectio illa moralis in homine præſupponit imperfectionem phyſicam, & quod homo etiam in maxima dignitate conſtitutus cum viliſſimo mendico æqualitate eſſentiæ humanæ fruatur; at reſpectu Dei omnis homo pulvis eſt & umbra.

§. 59.

Ita inter perfectiones humanas non minima eſt *virtus*, inter virtutes *juſtitia* eminet. Sed hæ quidem citra imperfectionem non poterunt concipi. Virtus enim

enim eſt habitus vivendi ſecundum leges, Juſtitia eſt habitus ſuum cuique tribuendi. Jam non quidem urgebo, quod in Deum non cadat habitus, ad hoc enim fortè non defutura eſſet reſponſio, id ſaltem dico, legem Deo non eſſe præſcriptam, nihil habere hominem quod intuitu Dei pro ſuo venditare poſſit.

§. 60.

Igitur non auderem titulum virtuoſi & juſti Divinæ majeſtati tribuere, niſi viderem ipſius infinitam Sapientiam in verbo revelato non reſpuiſſe terminos iſtos imperfectarum perfectionum noſtrarum, quod dum video, veneror humilimè, quod Deus mecum ἀνθρωποπαθῶς loqui voluerit, ſimulque lubentiſſimè fateor, genuinum & exactiſſimum ſenſum iſtarum locutionum eſſe ſuprà intellectum meum, adeoque pertinere ad myſteria fidei.

§. 61.

Atque ſic melius me facere arbitror, quod ignorantiam meam ingenuè fatear, quam ſi cum Scholaſticis eandem diſſimulare, ac Sapientiam aliquam oſtentans, inanibus verborum involucris inſci-

inſcitiam meam tegere conarer. Quid enim quæſo eſt iſtud *eminenter*, quo hic utuntur? Vel idem erit ac *primario*, vel pro eo, quod *impropriè* eſt, id ſupponunt. Primus ſignificatus ad analoga pertinet, poſterior ad æquivoca.

§. 62.

Si igitur volent, v. gr. *virtutem & Juſtitiam eſſe eminenter in Deo, tanquam in analogato nobiliſſimo*, cedò dent mihi definitionem virtutis & Juſtitiæ, quæ primariò accommodari poſſit juſtitiæ divinæ ſecundario humanæ. At hanc quidem fruſtra exſpectabimus: differunt enim hæ duæ juſtitiæ non gradibus, ſed, ſi propriisſimè loqui velim, toto cœlo.

§. 63.

At ſi volunt, perfectiones divinas & humanas communi definitione non poſſe comprehendi, eo ipſo fatentur quod *impropriè* eædem de Deo prædicentur, hoc eſt, quod modum prædicandi exprimere ignorent.

§. 64.

Jam quæſo, quid lucratur Philoſophia his nugis? Quis non rideret ſi quis attributa hominis ex perfectionibus pulicis de-

Digitized by Google

demonſtrare aggreſſus, nihil aliud afferret, quam perfectiones pulicis eſſe eminenter in homine. At hominis ad Deum diſtantia major eſt, quam pulicis ad hominem.

§. 65.

Sed hi ſunt *fructus philoſophiæ gentilis*, vel potius abuſus, quod Scholaſtici myſteriæ fidei ex philoſophia deducere inſtituerunt, & philoſophiam normam fecerunt Theologiæ, contra præceptum Apoſtoli, qui Coloſſenſes graviter monuit, ne patiãtur ſe decipi per philoſophiam & inanem fallaciam: contra inſtitutum Patrum, qui philoſophia utebantur quandoque in rebus Theologicis, ut Philoſophorum Gentilium ineptias demonſtrarent.

§. 66.

Ad iſtum abuſum refero penè totam Scholaſticorum *Pneumaticam*, ſeu Philoſophiam de Spiritibus, Deo puta, Angelis & Anima hominis ſeparata. Quicquid enim eâ de re argumentis maximo ſudore conquiſitis tradiderunt (exceptis pauciſſimis de Dei exiſtentia & providentia) id nunquam ſepoſito lumine revelato ethnicum convincet, at, ſi Scripturam agno-

Digitized by Google

agnoſcas, omnibus ipſorum libellis non habemus opus.

§. 67.

In eo tamen inter Deum & reliquas Spirituum claſſes arbitramur eſſe differentiam, quod *Dei exiſtentia*, ut demonſtravimus, per lumen rationis inveſtigari posſit, de *angelis* & *animâ ſeparatâ* ne quidem quod ſint, extra Verbum Dei aliquid ſcire (ſcire dico) posſimus.

§. 68.

Eo plures autem abſurditates abſurda hæc Scholaſticorum intentio peperit, ut etiam ex phyſicis locum & tempus menſuras corporum ad ſpiritus, vel omnem menſuram, vel certe corpoream reſpuentes, applicaverint, unde aureum illud & centum boum mactatione dignum myſterium; v. gr. animam totam eſſe in toto corpore, & totam in qualibet parte corporis, quod qui exacte demonſtrare per annorum centuriam poterit, is Phyllida ſolus habeto.

§. 69.

Ergone ais, nihil de Deo ratio mihi monſtrat quam ejus exiſtentiam, & quod ſit ens aliquod primum? Monſtrat utique, ſed maximam partem confuſe. Puta

&c.

quod ſit *independens*, quod ſit *omnipotens* &c. Nam qui ens independens dicit de Deo, non tam aliquid affirmat, quam dependentiam negat; qui autem Deum omnipotentem dicit, id quidem dicit, Deum poſſe omnia, quæ non involvunt contradictionem, ſed ex lumine rationis homo id ſaltem ſcit, quod abſolutè contradictorium eſt, non autem omne, quod intuitu Dei contradictionem implicat, hoc eſt, quod cum ejus attributis in lumine revelato declaratis pugnat.

§. 70.

Illud verò perſpicuè ratio ſuppeditat, quod Deo competat *Imperium* in hominem, quodque Deus hoc *Imperium actu exercere* velit.

§. 71.

Competit Deo *Imperium* in hominem quia eſt ejus autor.

§. 72.

Quod vero Deus hoc *Imperium in hominem exercere* & quod ſimul *negotia hominum curare* velit, id iſtis firmisſimis demonſtrationibus, quæ omnes in primo principio, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, fundantur, demonſtro.

§. 73.

Digitized by Google

§. 73.

I. *Deus eſt autor hominis.* Dependet hæc aſſertio à definitione Dei, quando cjus exiſtentiam ſupra demonſtravimus.

§. 74.

II *Voluit* ergo *Deus, ut homo ſit animal rationale.* Fluit hoc ex definitione hominis.

§. 75.

III. Eo ipſo verò *Deus voluit, ut homo vivat ſecundum* normam quandam, ſeu *legem.* Fluit hoc iterum ex definitione hominis, hoc eſt: eſſentiæ animalis rationalis non convenit, ut vivat exlex.

§. 76.

IV. Porro *voluit Deus, ut homo ſecundum* normam præſcriptam ſeu *legem agat cum amore & metu.* Probo hoc ex definitionibus legis & obligationis, quas ſupra tradidimus.

§. 77.

V. Ergo voluit etiam *Deus curare negotia hominum.* Fluit hoc ex definitione amoris & metus; Quia fruſtra metuitur & amatur, qui de negotiis meis non eſt ſollicitus.

§. 78.

Nihil hic dubii ſubeſſe puto, niſi quod opus videatur declaratione ulteriore, quod dixi, *animal rationale non poſſe vivere exlex*.

§. 79.

Etenim quia beſtiæ legem non habent, videbatur equidem *præſtantia hominis repugnare*, ut ipſe legi viveret obſtrictus; cum inconveniens ſit, libertatem creaturæ præſtantioris coercere, ignobiliori vero concedere libertatem omnimodam.

§. 80.

Sed de beſtiis equidem res clara eſt. Agunt illa utique ſecundum normam à ſapientisſimo Creatore inditam, *ſecundum normam externam agere nequeunt*, quoniam omni libertate agendi deſtituuntur.

§. 81.

Hinc quando de *beſtiis* prædicatur *libertas naturalis*, non denotat facultatem agendi illis inſitam, ſed ſpatium orbis terraquei à naturâ & abſtrahendo à Dominio hominum ipſis conceſſum, in quo locomotivam corporis ſui exerceant.

§. 82.

Eo ipſo vero, quo *homo* libertate vo-

 lunta-

luntatis ſuæ gaudet, *aptus* eſt actiones ſuas *ſecundum normam externam* dirigere.

§. 83.

Neceſſe autem eſſe, ut hanc aptitudinem in actum deducat, apparet, ſi *naturam ſuam*, cum animalium reliquorum naturâ conferat, tàm quà *corpus*, quam quoad *animum*.

§. 84.

Quà *corpus*, majorem deprehendit imbecillitatem, ſe ſine ope aliorum hominum conſervandi, quàm in animalibus brutis, quæ tanta eſt, ut neceſſariò periret, ſi alii homines non obligati forent, ut ipſi ſuccurrant.

§. 85.

Quâ *animum*, prout ille in hoc ſtatu poſt lapſum *corruptus* eſt, videt majorem pravitatem aliis nocendi, à diverſis effectibus provenientem, quibus beſtiæ etiam ex opinione Peripateticorum carent; quæ ſi non per metum majoris mali coerceretur, interiret genus humanum.

§. 86.

Sed omnium maximè, ſi conſiderat homo *animum* ſuum, quatenus in hoc imperfecto ſtatu adhuc *rectus eſt*, deprehendit, ſe habere animam non ad id ſaltem

Digitized by Google

tem ſibi inditam, ut conſervetur corpus, (quales ſunt animæ beſtiarum,) ſed quæ potisſimum facultatibus conſtat, ad metum numinis & vitam ſocialem inſtigantibus; deprehendit inter homines eſſe maximam ingeniorum & inclinationum diverſitatem, qualis non eſt in beſtiis, quæ non ſolum directionem legis requirit, ne per eam turbetur vita tranquilla, ſed & ipſa, quatenus ad juvandam hominis tranquillitatem conducit, ordine aliquo & normâ habet opus.

§. 87.

Qui principia hactenus de Deo tradita negant, dicuntur *Athei* Theoretici; quos poſſes dividere in *craſſos* & *ſubtiles*. *Illos* voco, qui profitentur *non eſſe Deum*. *Hos*, qui vel aſſerunt *Deum non curare negotia hominum*, vel, qui ita dicunt curare, ut homini planè nullam libertatem agendi relinquant, hoc eſt, *qui comminiſcuntur fatum aliquod Stoicum*.

§. 88.

Quemadmodum enim ille, qui Deum dari negat, fundamentum omnis moralitatis deſtruit, ita ſimiliter fruſtrà ſunt omnia præcepta moralia, ſi poſtremas illas duas aſſertiones admittas,



Digitized by Google

§. 89.

Nam ſi Deus negotia hominum non curat, nullus dabitur imperans, nullus adeò erit, cui parendum ſit.

§. 90.

Porrò, ſi omnia fato diriguntur, nulla obligatio erit ac nullus metus.

§. 91.

Sive enim per fatum ipſe Deus intelligatur, fruſtrà timeretur & amaretur, cujus amorem provocare & iram avertere nequeo.

§. 92.

Sive per fatum denotetur aliquid præter Deum, fruſtrà timeretur & amaretur, qui me beatum reddere & punire nequit.

## Caput IV.

# *De Interpretatione Legum divinarum in ſpecie, hoc eſt, de primis principiis Juris Naturalis & poſitivi univerſalis.*

§. 1.

Jam ordo poſtulat, ut cognoſcamus, quænam ſint *ſumma legis Naturalis & divinæ poſitivæ.* Et à Lege quidem Naturali incipiemus.

§. 2.

Digitized by Google

§. 2.

Per *primum* itaque *principium Juris Naturalis* cave intelligas primum principium practicum, aut primum principium Jurisprudentiæ, vel Jurisprudentiæ divinæ in genere, quatenus à naturali & poſitiva præſcindit. Intelligitur enim, vel certè intelligi debet propoſitio aliqua, ſub quâ reliqua præcepta Juris naturalis omnia, tanquàm ſub communi axiomate comprehenduntur, ipſum autem iſta duo, Deo & Imperanti eſſe parendum, tanquam generaliora præſupponit.

§. 3.

*Tria* ergo erunt *requiſita*, ad quæ, tanquam ad Lydium lapidem, *principium* ejusmodi examinabimus, ut ſit *1. verum, 2. adæquatum, 3. evidens.*

§. 4.

*Verum* dico, hoc eſt, ut non contineat propoſitionem aliquam falſam.

§. 5.

*Adæquatum*, ut illa propoſitio verè contineat omnia præcepta juris naturalis ſub ſe, nec alia tamen præcepta, quam juris naturalis.

§. 6.

*Evidens*, ut id eſſe voluntatem divinam

abſtrahendo à lumine revelato, ex primò principio practico poſſit demonſtrari, tùm ut connexio concluſionum cum ipſo ſit evidens & ferè palpari poſſit.

§. 7.

Rides fortè tantum apparatum, & in ſinu gaudes, quod facili negotio te putes inveniſſe, quod hic quærimus. Quid enim aliud erit, cogitas, qvàm: *Fac ea, quæ neceſſariò conveniunt cum naturâ hominis rationali, & , quæ eidem repugnant, omitte.* Id enim jam ſuprà definitioni legis naturalis inſeruimus, id deduximus ex fuga contradictionis. Patet igitur ejus veritas, adæquatio & evidentia.

§. 8.

At compeſce gaudium. Meminiſſe ſimul debuiſſes, me ſuprà fuſiorem diſcurſum de convenientiâ cum naturâ hominis rationali promiſiſſe. Huc reſpexi. Nempe omnes quidem rectam rationem crepant, at *qvid ſit rect a ratio*, quid ſit convenientia cum naturâ hominis rationali, hoc opus, hic labor eſt. Connexio ſanè ipſius principii cum primo principio practico eſt evidens, ſed connexio concluſionum cum ipſo principio in obſcuro poſita eſt. De periphraſi autem, quam ſinguli

dant, querendum, quod veritas lateat in puteo, una cum veritate igitur & adæquatio & evidentia eſt abſcondita.

§. 9.

Diſceptarunt hic longo tempore *Philoſophi, JureConſulti, Theologi,* propè dixerim & *Medici*, poſtquam non ita pridem in Academia quadam Pontificia quis Leges Gentium de dolore capitis publicâ diſputatione expoſuit,

§. 10.

Eò pertinent *veterum Philoſophorum* diſputationes de *ſummo bono*. Dicebat enim Polemo Academicus; & ab eo acceptum Zeno ac Stoici paſſim inculcant, *ſummum bonum eſſe ſecundum naturam vivere*. Idem Plato docuit, idem Ariſtoteles.

§. 11.

Convenerunt adeò antiqui Philoſophi in re ipsâ. Omnium ſcopus eſt, ut doceant, *vitam hominis cum aliis tranquillam* eſſe ſummum bonum; hanc cum diſtinctius proponere, & media eam acquirendi tradere debuiſſent, diſputarunt de rebus inanibus, nihil ad rhombum facientibus. An enim putas magis aptum quem fieri ad ſummum bonum acquirendum, qui dixerit, ſummum bonum conſiſtere

in *virtutis* actu, quàm qui putaverit, id eſſe *habitum* virtutis, aut qui voluerit eſſe *voluptatem animi?* Annon putas potius, ineptos iſtos eſſe ad acquirendam pecuniam, qui, aliis commercia tractantibus, ſtrenuè litigant, utrum pecunia in corpore, an in quantitate, an in aptitudine ad alias res comparandas conſiſtat.

§. 12.

Ergo hos quidem omnes inſanienti ſuæ relinquamus ſapientiæ. *Juſtinianus* noſter tria vult eſſe juris præcepta: *Honeſtè vivendum, neminem lædendum, ſuum cuique tribuendum.*

§. 13.

Sed hic qvidem benignitate ſuâ nos obruit. Quærimus unam præpoſitionem, ipſe loco unius tres nobis exhibet. Ex his elige, cui dicas: Tu mihi ſola places.

§. 14.

Atque τὸ: *Neminem læde*, quod ſciam, nemini placuit forte ut nimis anguſtum. Reliqua duo ſuos invenerunt amaſios.

§. 15.

Videas enim urgeri graviter: In hoc: *Honeſta eſſe facienda, turpia omittenda*, late-re ſummam totius naturalis ſapientiæ. [...]efragamur equidem. Sed deſidera-

mus

mus *evidentiam*. Sive enim honeſtum voces *legi*, ſive *rationi* conveniens, neutrum erudit. Jam enim quærimus, quid ſit conveniens rationi & legi. Ergo obſcurum exponis per æquè obſcurum.

§. 16.

Ac veremur maximè, ne cum riſu totius humani generis vapulemus, ſi negantibus perſpicuitatem axiomatis iſtius, vellemus *principia connata* opponere, eosque, tanquam ſi principium omnium primum negaſſent, virgulâ pædagogicâ coercere.

§. 17.

De tertio vero: *ſuum cuique tribue*, tanquam de novis inſulis repertis, ut gloriemur, cauſam non videmus, poſtquam jam ſuo tempore JCtus id ſolum in definitione juſtitiæ inculcaverat. Mirandum enim foret, ſi in eo *evidentia* quædam ſubeſſet, cur non ex tot Gloſſatoribus antiquis, qui idem ſummâ cum diligentiâ ruminarunt, in uno ſaltem operationes ſuas oſtendiſſet.

§. 18.

Simile quid de alio Juris Romani br-cardico: *Quod quisquè juris in alium tuerit, ut ipſe eodem jure utatur*, dicend

arbitror; cui analogum iſtud: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Sunt vera, ſunt pia dicta, *evidentia* non ſunt, neque enim ſunt *adæquata*. Non procedunt inter inæquales. Non applicari poterunt ad officia hominis erga ſeipſum.

§. 19.

Penè obliti fuiſſemus Hobbeſii. Is hanc legem naturæ pro fundamentali venditat: *Quærendã eſſe pacem, ubi haberi poteſt, ubi non poteſt, quærenda eſſe belli auxilia.* Non malè profectò, ſi modo, quod profitetur, Hobbeſius ſenſiſſet, ſi modo per pacem intellexiſſet communem. Jam paulò ante dixerat: Juris Naturalis fundamentum primum eſſe: *ut quiſque vitam & membra ſua, quantum poteſt, tueatur.* Atqui hoc falſum eſſe, quot Eruditi jamdum oſtenderunt? Secundum normam iſtam brutorum inſtinctus regitur. Hominis præſtantia aliâ regulâ habet opus.

§. 20.

Leviter hactenus á triariis & tironibus campum purgavimus, nullis inſtructis ſubſidiis. At nunc aliis armis utendum. Catervatim aggrediuntur hoſtes: Duces præeunt ſtrenui, *Sanchez*, *Rodriquez*, *Vaſ-*

*quez,*

*quez*, vel nominibus ſuis terrorem facile incutere apti. Quid agemus itaque? Fugiemus? Pugnabimus? Id quidem turpe, Hoc audax. Utrumque prudens. Fugiemus. Fugit etiam Horatius.

§. 21.

Ergo penè extrà locum conflictus conſtituti, expectemus ictum primum. Quid, ajunt, opus eſt, diu quærere normam rationis? Ad imaginem Dei homo eſt conditus, neceſſe eſt igitur, ut & in ſtatu poſt lapſum radii divinæ ſanctitatis & juſtitiæ, tanquam reliquiæ imaginis divinæ, in homine reſplendeſcant. Itaque, cum Deus, quæcunque egit, ſecundum normam divinæ ſuæ ſanctitatis, bonitatis, ſapientiæ ac juſtitiæ egerit, & ita legem quaſi æternam ex libera voluntate ſibi ipſi poſuerit, neceſſe eſt, ut ad hunc archetypum lex quoque naturalis actiones hominum dirigens ſit extructa, & adeo conveniens eſſe cum recta ratione, idem ſit, ac *conveniens eſſe cum ſanctitate & juſtitia divinâ.*

§. 22.

Quid nos ad iſta? Examinabimus modo, an hæc præpoſitio: *Quicquid convenit cum ſanctitate divinâ, id jure naturali preceptum eſt; quicquid diſconvenit, id jure*

*natu-*

*naturali eſt prohibitum*: conveniat cum requiſitis poſitis: De *veritate* nihil dicemus. Suprà enim jam ſuo loco notavimus, legem iſtam æternam eſſe figmentum Scholaſticorum, neque Deum legi niſi impropriisſimè eſſe ſubjectum.

§. 23.

*Adæquationem* age conſideremus. Et *latior* videtur nobis eſſe iſta norma normato, & alio reſpectu *anguſtior*. Quid enim, an non *legem divinam poſitivam* putas etiam in convenientiâ cum ejus ſanctitate & juſtitia eſſe poſitam? At jam quærimus axioma, ex quo concluſiones juris ſaltem naturalis posſimus deducere.

§. 24.

Quod ſi reſpondeas, jus poſitivum fundari in convenientiâ cum divina voluntate, jus naturale in convenientiâ cum ejus ſanctitate antecedenter ad voluntatem divinam, recurram ad ea, quæ jam ſuprà de inepta hâc abſtractione attributorum divinorum diſſerui.

§. 25.

Sed & *anguſtior* eſt. Jus naturale dictitat *gratitudinem?* At hanc virtutem quomodo ex archetypo divinæ juſtitiæ deduces? Quis beneficium dedit Deo, ut ipſi retribuat?

§. 26.

Digitized by Google

§. 26.

*Evidentiam* vero omnium maximè hîc deſideramus. Non repetam, virtutes & juſtitiam de Deo prædicari ἀνθρωποπαθῶς, & impropriè. Id modo perpendas: De imagine Dei & ejus ſanctitate vel nihil, vel confuſa ſaltem ex lumine naturæ hauriri, ſed Scripturam utramque hîc facere debere paginam. Unde ſi ethnicus quærat, cur homicidium. v. gr. ſit contra ſanctitatem divinam, cur v. gr. ſervatio pactorum ſit ſecundum ejus juſtitiam? aut hærebit aqua; aut neceſſarium erit, Scripturam S. in ſubſidium aſſumere, & ita committere μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος.

§. 27.

Fallor vero, annon hæc conformitas juris naturæ cum eſſentia divina apud Scholaſticos *originem* debeat Philoſophiæ gentili. De Platone enim Auguſtinus & Clemens Alexandrinus memorant, eum ſummum bonum & formam virtutis poſuiſſe in eo, ut quis Deo aſſimiletur. Stoicorum ineptiæ, Sapientem ſuum cum Deo comparantium, in vulgus notæ ſunt.

§. 28.

Nos itaque dicti Apoſtolici memores,

*nor-*

Digitized by Google

*normam* juris naturalis non extra hominem quærimus, *ſed in ipſo homine*, cujus cordibus idem eſt inſcriptum. Eſto, in ratione humanâ reſidere imaginem aut reliquias imaginis divinæ, cur tamen non potius ipſam rationem hominis in ſe ſpectamus, quàm in relatione ad aliud extra eam. Eſt ſanè ratio humana Ens aliquod poſitivum, non mera relatio, cujus eſſentia in eo ſaltem conſiſtat, ut ad aliud referatur.

§. 29.

Igitur putamus, ipſam humani generis conditionem, ſeu *ſtatum totius humani generis eſſe normam legis naturalis*. Et cur non putemus? Sanè ipſa naturalis ratio, quam pene omnes in ore habent, eſt ejusmodi conditio; ſanè ex definitione ſtatus ſuprà traditâ ſuâ ſponte fluit, omnem ſtatum eſſe ſuo modo normam legis.

§. 30.

Sentio vero hîc aurem mihi vellicari, ne, cum in eo ſum, ut ex primo principio practico omnia demonſtrare coner, ipſe in idem impingam graviter. Dixi enim ſuperius, *Legem eſſe normam actionum humanarum*. Nunc dico: *conditionem hominum eſſe normam legis*. An igitur lex ſimul

Digitized by Google

mul erit norma hominum, & homines norma legis? Hoc pacto certè idem ſimul norma eſt, & non eſt.

§. 31.

Tentabo, ut ad objectionem hanc tuam ex te ipſo reſponſionem extorqueam. Fingamus, duplex eſſe hominum genus in hoc mundo, nullis commerciis ac converſatione ſibi mutuo cognitum, unum corpore erecto & robuſto, alterum imbecilli præditum, ſimulque in poſteriori gibbum informem cervici inſidentem caput deprimere, ut non parũ inclinetur ad terram. Jam finge, utriq; hominũ generi à medico diætam eſſe præſcribendam, aut à ſartore veſtimentum eum in finem eſſe applicandum, ut utrumque ſuſtineatur erectum, neve in terrâ quadrupedum inſtar repat. Quid tum putas, nonne diæta præſcripta, nonne veſtimentum aptatum rectè vocari poterit norma vivendi, aut norma greſſionis?

§. 32.

Porro, nonne putas, medicum in præſcribendâ diætâ, & ſartorem in conficiendo veſtimento, reſpicere ſimul debere ad qualitatem corporum, cui iſtæ normæ applicari debent? Sane medicus corpori

pori imbecilli plures cibos prohibebit, quàm robuſto, medicamenta etiam in minori doſi ſuppeditabit. Ita ſartor opus habebit ut in conficiendo veſtimento pro hominibus gibboſis, ſpatium relinquat, gibbi receptaculum. Et cum in priorum veſtimentis ſaltem materia ſufficiat inclinationem leviter impediens, hic durioribus metallis, inclinationem ad terram fortiter reprimentibus, erit opus.

§. 33.

Sed quid hæc ad me? inquies. In his exemplis nequaquam idem ſimul norma eſt & normatum. Corporis conditio eſt norma diætæ & veſtimenti. Diæta vero & veſtimentum ſunt norma non ipſius corporis, ſed actionum corporearum. Atqui hæc ſanè differunt.

§. 34.

Imo verò reſpondebo, eadem eſt ratio Legis & Status. *Status norma legis eſt, Lex vero eſt norma actionum*, quas homines in iſto ſtatu viventes debent edere.

§. 35.

Apage igitur, ita perges, inanibus tuis ſimilibus, quorum ope te à mea objectione non liberabis: Ficta ibi ſunt omnia. *Haudquaquam verò convenit ei, qui veram reli-*

*religionem profitetur, ut talia fingat, quæ Deus nobis revelavit aliter.* Neque te libertate quadam Philoſophicâ poteris tueri, cum Philoſophia tua non debeat pugnare cum præceptis veræ religionis.

§. 36.

Ego vero non memini, Scripturam S. *fictionem* prohibere, non memini Auguſtanam Confesſionem interdixiſſe, ne fingamus. Fingunt multa ſæpius Theologi; Fingunt plura JCti; docet Logica, quomodo juventus eruditè fingere debeat. An itaque ex Jurisprudentia tractatus de fictionibus, tanquam minus orthodoxus, erit eliminandus: An Libelli Logici, tanquam hæretici, expurgandi, qui iſtud propoſitionis hypotheticæ exemplum afferunt: ſi aſinus volat, habet pennas? Non arbitror.

§. 37.

Nempe aliud eſt *mendacium*, aliud *fictio*. Eſto mendacium religioni eſſe adverſum; tamen ab hoc fictio toto cœlo differt.

§. 38.

Ut enim de fictionibus juris Romani hic nihil dicam, *fictio*, prout à nobis fuit uſurpata, nihil aliud eſt, quàm *prima pars*,

 *pro-*

*propoſitionis hypothetica*, neque affirmans aliquid, neq; negans, ſed ſaltem ex fictione inferens conſequentiam partis ſecundæ. Unde notum axioma: *Conditionem nihil ponere in eſſe.* Item: *Exemplorum non requiri veritatem.*

§. 39.

Itaque ſubſiſtit aſſertio: ex ſtatu & conditione communi humani generis deſumendam eſſe normam legum naturalium, manent immota ſimilia, quibus pro declaranda hac theſi fuimus uſi, & in poſterum ad demonſtranda effata affinia utemur.

§. 40.

Cum enim ſuprà fuſius deduxerimus, duplicem eſſe ſtatum hominis, integritatis & lapſus, hinc jam ordo poſtulat, ut videamus, *ad quem ſtatum* in deducendo jure naturæ debeamus reflectere. Sed his quæſo, ut ipſe mihi reſpondeas.

§. 41.

Demus, medicum inter homines imbecilli corpore & ſanitate præditos viventem, & ipſum imbecillem, communem normam conſervandi vitam conterraneis ſuis debere præſcribere. Credisne, eum præciſè debere reſpicere ad conſti-

nutio-

tutionem hominum robuſtorum, de quibus forte ex itinerario aliquo confuſam hauſit notitiam, aut ex ſcriptis medici alicujus cognovit, quænam remedia ſoleant ipſi ad vitam tuendam adhibere? An vero putas eum, cùm perſpiciat, ſe ſanitatem iſtam apud ſuos non poſſe attingere, ſaltem utroque oculo ideam quandam ſanitatis ex conſtitutione hominum ſuorum ſibi formatam reſpicere, eamque, ut conſervet aut attingat ſaltem, incumbere debere?

§. 42.

Jam autem, quod hîc præcipuum eſt, demonſtravimus ſuprà evidentiſſimè, hominem viribus naturalibus ſubnixum, non poſſe hâc vita vel minimum gradum perfectionis ex ſtatu integro recuperare, ſed reliquiis ſuis debere eſſe contentum.

§. 43.

Et quid verbis eſt opus? ipſum vas Dei electum de miſeriâ hâc, & quod *inclinationem ad malum* homo *non poſſit ejicere*, graviſſimè conqueritur, teſtis, ni fallor, omni exceptione major.

§. 44.

Id vero brocardicum, quod cum patre omnium Peripateticorum dixerim, admittere



Digitized by Google

mittere nequeo, eum, qui ſcientiam aliquam traditurus eſt, *ideam ſibi formare debere ſtatus cujusdam perfectiſſimi*, etiamſi ille non exiſtat, neque exiſtere, poſita hâc hominum conditione, poſſit.

§. 45.

Non improbo quidem eò, quòd videatur originem debere Philoſophiæ Gentilium, & magnam partem Platonicæ; improbo, quod planè non ſit aptum ad vitam civilem. Converſamur non cum ideis hominum, ſed cum hominibus, qui exiſtunt; his aptanda erunt adeò remedia quæ ipſos conſervent. Nec puto gratiam aliquem initurum, qui principem v. gr. de procurandâ reipublicæ utilitate conſulentem remittat ad Mori Utopiam.

§. 46.

Porro & in ſtatu integro fuit *jus poſitivum*, quod ſi itaq; convenientia cum iſto ſtatu foret fundamentum juris naturalis, ſequeretur, & jus poſitivum normam juris naturalis eſſe.

§. 47.

Multa præterea ſunt hodie, quæ in ſtatu integritatis non erant, nec futura erant, non ſocietates modo, ſed & ſtatus homi-

nuum particulares, eorumque officia, puta *carnificum*, *obſtetricum*, *belligerantium*, *ſartorum*, *chirurgorum*, *eleemoſynas dantium &c.* Ut taceam, multa rurſus fuiſſe, aut futura fuiſſe in ſtatu integro, quæ hodiè non habent locum; talia ſunt *nuditas protoplaſtorum*, *conjugia fratrum & ſororum*, & ſi quæ ſunt ſimilia.

§. 48.

Denique, ſi *evidentiam* quæramus, iterum non ſatisfiet doctrinæ Apoſtoli, ex lumine naturæ gentes refutari volentis. Si enim quæras, cur homicidium eſt contra, cur pactorum ſervatio eſt ſecundum ſtatum integrum? utrobique Scriptura defectum reſponſionis ſupplere debebit. Adde multas & ferè infinitas de ſtatu integro reſtare controverſias, in utramque partem diſputabiles, quoniam quæ Scriptura de iſto ſtatu refert, pauca ſunt.

§. 49.

Igitur nos quidem primario conſiderabimus *naturam hominis* prout eſt, corrupta nimirum, at, (ne cavilleris jus quoddam corruptum,) *ſuo modo adhuc recta*. Poſteà ex eodem principio, cũ inter Chriſtianos ſcribamus, confirmabimus ac illuſtrabimus ſententiam noſtram, oſten



Digitized by Google

dendo, idem principium noſtrum etiam in *ſtatu Integritatis* obtinuiſſe.

§. 50.

Neq; enim homo integer & lapſus ſpecie differunt, uti nec homo robuſto & imbecillo corpore. Concluſiones utrobique variant, generalia vero principia utrobique ſunt eadem, quæ, uti ex ſola cognitione diverſi ſtatus non diſcuntur, ita aptus tamen debet eſſe verbi gratia medicus bonus, ut ex iisdem principiis generalibus, diverſimodè applicatis, & robuſtum hominem curet & imbecillem.

§. 51.

Habet itaque homo, eam à beſtiis differentiam, quod ſit *rationalis*. Utinam autem noſter Intellectus ſaltem illam haberet perſpicuitatem, ut perfectam & à priori apodicticam ſui ipſius cognitionem poſſideret. Jam neceſſe eſt, ut fere per ambages in rationis naturam inquiramus.

§. 52.

Ratio hominis in *cogitatione* conſiſtit. *Cogitare* eſt connectere terminum cum termino, propoſitionem cum propoſitione, quod poſterius *ratiocinari* vocatur. Ratiocinari verò non poſſumus, niſi per

*verba*

Digitized by Google

*verba*, eaque vel in mente retenta, vel ore prolata, undè & λόγος eſt vel ἐνδιάθετος, vel προφορικός, *Verba* autem, ut infrà videbimus, profluunt ab impoſitione hominum in eadem Societate viventium.

§. 53.

Porro, quicquid dicant Carteſiani, infantes à nativitate primâ non cogitant, ſed aptitudine ſaltem cogitationum pollent. Ferè autem hæc *aptitudo absque conſortio hominum* in actum non poterit deduci. Nam quæ in Hiſtoriis de hominibus inter feras educatis legimus, ea profectò ejusmodi homines nihil ferè diſtaſſe à beſtiis referunt, vel certè inter beſtias aptitudinem illam cogitandi parum fuiſſe promotam.

§. 54.

Ut multa paucis contraham: *Ratio absque ſermone non eſt, ſermonis extra ſocietatem nullus eſt uſus, nec ratio citra ſocietatem ſe exerit.* An ergo errabimus, ſi dixerimus, aptitudinem illam, quæ in hominibus ante rationis exercitium eſt, nihil eſſe aliud, quàm inclinationem, cum aliis hominibus ratiocinandi. Sane omnis aptitudo ad actum, tanquam ad finem, tendit.



Digitized by Google

§. 55.

Igitur, dum hominem rationalem dicimus, idem eſt, ac ſi dicamus *Socialem*. *Socialitas* vero eſt inclinatio communis, toti humano generi à Deo indita, vi cujus deſiderat vitam cum aliis hominibus beatam & tranquillam. Cur verò *tranquillam?* quia in ſtatu turbulento quà tali non ratiocinamur.

§. 56.

Vita autem hæc tranquilla in actum deducta dicitur *Societas;* cujus contrarium, ipſis Peripateticis fatentibus, eſt *diffidium*.

§. 57.

*A poſteriori* autem ſententiam noſtram probamus, qvoniam *homo citra Societatem non poteſt eſſe beatus*. Non dicam hìc de miſeria ſummâ illâ, in qua *infantes* forent conſtituti absque conſortio humano. Etiam in *adultis* vita foret miſera, ſi non eſſent homines alii, qui ipſorum neceſſitatibus ſubvenirent.

§. 58.

Quid quod? ad cujusvis propriam provoco conſcientiam, etiamſi fingamus, aliquem *eâ felicitate gaudere*, quam de *Pſyche* Poetæ fabulantur, ſi tamen omni ſocietate humanâ foret deſtitutus, annon po-

Digitized by Google

potius optaturus eſſet in Societate humana vivere, & iſtis ſenſuum delectationibus carere.

§. 59.

Adde, quod, ſi accuratè velis loqui, nulla citra Societatem *ſenſuum delectatio* futura ſit: Per inductionem id hoc loco probare velle, prolixum foret. Deſideramus exemplum, in quo regula data fallat.

§. 60.

Ipſi *miſanthropi*, ſi extra Societatem conſtituti forent, eſſent miſeri. Nihil quippe deprehenderent, in quo odium ſuum excolere poſſent.

§. 61.

Ipſi *librorum belluones*, & qui nunquam minus ſolos ſe putant, quam ſi non ſint ſoli, miſerrimi forent, libris deſtituti. At libros unde acciperent, ſi Societas hominum non foret. Pone extingui reliquos homines, quid libri prodeſſent, ſi non poſſent oſtendere aliis, quid in hoc vel illo autore diſpliceat, &c.

§. 62.

Quod ſi dicta ex *hiſtoria Status Integri* velis confirmare, habemus teſtimonium divinum, omni prudentiæ, etiam Solomoneæ, longè majus. Erat Adamus cæ-



Digitized by Google

terà falicisſimus. Carebat Sociâ. *Non eſſe bonum*, pronunciabat Divina Sapientia, *hominem eſſe ſolum.*

§. 63.

Manet itaque inconcuſſum: naturam hominis *rationalem* eandem eſſe, quam *ſocialem*: Et conſequenter per convenientiam cum natura rationali intelligi convenientiam cum Socialitate hominis.

§. 64.

Statuimus igitur, ſummam legis naturalis in illo principio contineri: FAC EA, QUÆ NECESSARIO CONVENIUNT CUM VITA HOMINIS SOCIALI, ET, QUÆ EIDEM REPUGNANT, OMITTE.

§. 65.

Atque ſic de *veritate* hujus principii nullum reſtat dubium. Quod *adæquatum* ſit, non ſolùm inde patebit, quod omnia præcepta ſpecialia juris naturalis ex hoc fonte ſimus deducturi, ſed &, quod nullum præceptum Juris poſitivi huc referri poſſit.

§. 66.

*Evidentia* denique ſic demonſtratur. Initio: Si Deus voluiſſet hominem non ea facere, quæ cum Socialitate ejus conve-

Digitized by Google

veniunt, non voluiſſet rationalem. At homo irrationalis involvit contradictionem.

§. 67.

Deinde etiam evidens eſt connexio concluſionum cum primo iſto principio. Nam quando v. gr. quæro, quomodo *homicidia, furta, &c.* repugnant ſocialitati, evidenter reſpondeo, quia ea turbant tranquillitatem communem totius humani generis.

§. 68.

Similiter, quando quæro; quomodo v. gr. *pactorum & obſervatio* neceſſario convenit cum Socialitate? evidens eſt reſponſio, quia, ſi ea non ſervaretur, turbaretur eadem tranquillitas.

§. 69.

Vides ſimul, quod *actus neceſſario conveniens* cum Socialitate, ille ſit, cujus omiſſio, & *disconveniens*, cujus commiſſio turbat pacem communem humani generis. Oriretur enim ferè ex iſta omiſſione vel commiſſione bellum, & quidem bellum omnium contra omnes, quod certè genꝰ humanum extingueret.

§. 70.

Non deſunt tamen, quæ *contra adequationem* principii noſtri ſolent proferri in me-

medium. Putant alii, ex *eo fonte* etiam *deduci* poſſe ea, quæ longè ſe habent aliter, nempe & *latrones* facere ea, quæ cum Societate ſuâ & ejus fine conveniunt; unde & hæc objectio ſimul veritatem axiomatis noſtri impetit.

§. 71.

Sed hi quidem apertè *Societatem* cum *Socialitate* confundunt. Tum demum Societas rectè ſe habet, ſi non cum Socialitate pugnet.

§. 72.

Et ne mireris, quâ ratione posſibile ſit, ut Societas pugnet cum Socialitate, cum à Socialitate dicatur Societas, cogita rationem (latronis) pugnare cum rationalitate abſque ulla contradictione.

§. 73.

Plures autem putant, ex principio noſtro deduci ſaltem poſſe officia hominis erga alios homines, non autem officia *hominis erga Deum*, erga *ſeipſum*, erga *beſtias*.

§. 74.

De Officiis hominis *erga Deum* facilè concedemus, quatenus per ea intelligitur cultus Dei externus. Hic enim, ut mox demonſtrabimus, ad Jurisprudentiam Chriſtianam pertinet, non ad Jus Naturale.

§. 75.

§. 75.

Quod ſi verò ſub nomine officiorum erga Deum intelligas obligationem erga Deum in genere, & ſic nihil adverſum nos obtinebis. Nam & id præceptum, Deo pare, non eſt præceptum juris naturalis, ſed ejus præſuppoſitum. Oſtendimus quippè hoc præceptum pertinere ad jus divinum in genere.

§. 76.

Officia vero *hominis erga ſe*, propriè loquendo, non dantur. Nam nemo ſibi obligatus eſſe poteſt, ergo nec ſibimetipſi debere officium. Quæ autem ita vocantur officia, reverà ſunt officia, vel erga Deum, vel erga alios homines, quatenus occaſione ſui ipſius homo utrisq; eſt obligatus, adeoque illius reſpectu ex Scriptura, horum intuitu ex Socialitate ſuo loco deducentur.

§. 77.

Denique officia hominis *erga beſtias*, non magis dantur, quàm Societas hominis cum beſtiis, quamvis & abuſus beſtiarum per conſequentiam lædat Socialitatem, vel jus Dei poſitivum, quod & ipſum convenienti loco immiſcebimus.

§. 78.

De primo principio Juris Naturalis hactenus. Primum principium *juris poſitivi* hoc eſt: *FAC EA, QUÆ TIBI DEUS FACIENDA IN SCRIPTURA SACRA REVELAVIT, ET OMITTE CONTRARIA.*

§. 79.

In ſpecie, quod *Jus poſitivum univerſale* concernit, *tria* facimus quoad principium cognoſcendi ejus requiſita, duo communia cum jure poſitivo quocunque, tertium peculiare, ſcilicet 1. ut actum præceptum eſſe aut prohibitum Scriptura indicet, 2. ut is actus ex Socialitate deduci non poſſit, 3. ut Scriptura indicet, Legem iſtam Dei pertinere ad omnes homines.

§. 80.

Ex his duobus fontibus omnes concluſiones præceptorum ſpecialium, tanquam rivulos, deducemus. Et de *interpretatione* quidem *juris naturalis* ulterius differere non eſt opus, cum in exponendis concluſionibus eâdem methodo demonſtrandi atque eâdem ratiocinatione, quâ hactenus, ſimus uſuri. Sed *in jure poſitivo* jam aliud incipiet interpretationis genus, quod loco demonſtrationum

uti-

utitur conjecturis, ſeu argumentis probabilibus. Nam jus poſitivum non eſt inſcriptum cordibus.

§. 81.

Illa argumenta probabilia, quomodo formari deberent, etiam certis regulis quibusdam generalioribus nunc exponi deberet. Sed differenda eſt hæc doctrina tamdiu, donec *naturam pactorum*, & officia circa pacta expoſuerimus.

§. 82.

Uti enim benignisſimum Numen in revelandâ lege poſitivâ ſe ad captum humani ingenii accommodavit, ac ſermone humano uſum fuit; atque adeò eædem regulæ hîc tenendæ ſunt, quæ in Interpretatione pactorum occurrent, ita non poterimus commodè iſtam de ſermone & pactis doctrinam hîc antevertere. Accedit, quod in officiis, quæ eousque tractabuntur, de juris divini eò pertinentis expoſitione ferè unanimis ſit Eruditorum Sententia.



Digitized by Google

# CAPUT V.

## *De Officiis hominis erga Deum.*

§. 1.

PEr officium hominis erga Deum hoc loco non intelligitur principium aliquod theoreticum, ſed practicum. Et hoc quidem non diſponens circa actiones tantùm internas, ſed potiſſimum circa externas, neque tamen principium aliquod practicum primum, ſed ſpeciale, quod per modum concluſionis ex primo principio juris naturalis vel poſitivi demonſtrari poſſit.

§. 2.

Includitur id uno hoc præcepto: DEUM COLE SECUNDUM MODUM AB IPSO REVELATUM.

§. 3.

Quid per Deum intelligamus oſtendunt antecedentia, per cultum denotamus actionem exteriorem humanam operis aut geſtus declarantem obſervantiam & honorem alii debitum.

§. 4.

Quamvis enim nonnunquam cultus divinus ſoleat dividi in internum & externum,

ternum, reverà tamen cultus *internus* non eſt cultus abſolutus & propriiſſimè dictus, ſed cultus ſaltem *externi* præſuppoſitum.

§. 5.

Hinc & ea qvæ ad cultum *internum* referri ſolent: puta ut homo Deum *honoret* & *veneretur* ſeu opinionem habeat de ejus ſummâ potentia cum bonitate conjuncta, ut eum *amet*, tanqvam omnis boni autorem & datorem, ut in eum *ſperet* tanqvam abs qvo in futurum qvoqve omnis noſtra felicitas dependeat, ut divina voluntate *acqvieſcat*, tanqvam qvi pro ſuâ bonitate omnia optimè faciat, ut eum *timeat* tanqvam potentiſſimum & cujus offenſa maximum ſit malum conciliare apta, deniqve ut in omnibus humillimè *obſeqvatur* tanqvam creatori, domino ac rectori optimo maximo; hæc, inqvam, omnia, qvatenus ex lumine naturali demonſtrari poſſunt jam præſupponimus, tanqvam latentia in primo principio Jurisprudentiæ divinæ in genere, *Deo pare*

§. 6.

*Externus* igitur Dei cultus, ſeu *cultus Dei ſimpliciter*, aut *cultus Dei religioſus* eſt, vel *generalis* & plerisq; ſi non omnibus gentibus communis, vel *ſpecialis*. *Ille* potiſſimum ad tria momenta, *invocationem* Dei, *laudationem* ejus, & *gratiarum actionem* videtur referri poſſe.

§. 7.

*Specialem* voco modos diverſos & apud gentes variantes invocandi & laudandi Deum,



Digitized by Google

um, eiq; agendi gratias; qvò ſpectat inter Chriſtianos v. g. qvod debeant aut ſoleant fieri in nomine Chriſti, animo vindictâ vacuo, publicè, extenſione manuum, aperturâ capitis, etiam pro hoſtibus, adhibitâ muſicâ, jejuniis item & auſcultatione verbi. Huc pertinet etiam *Sanctificatio Sabbathi* & *uſurpatio Sacramentorum*. &c.

§. 8.

Etſi itaq; non ignorem, ſolere etiam *cultum externum* Dei à pluribus ex dictamine rectæ rationis deduci, diſtinctè tamen hic erit procedendum.

§. 9.

*Digniſſimum* eſſe Deum, qvi ab hominibus colatur, certum eſt, & hoc evincunt potiſſimum argumenta eorum, qvi cultum divinum ex lumine naturæ demonſtrare aggreſſi ſunt.

§. 10.

Qvin & *juſtiſſimum* eſſe, ut homo Deum colat, ſi Deus cultum ab homine exigat, promptè ex principio primo Juris prudentiæ divinæ: *Deo pare*: ſeqvitur.

§. 11.

At de eo jam qvæſtio eſt, certè eſſe debet: *Utrum ratio hominis ſibi relicta demonſtrare poſſit, Deum ab hominibus cultum exigere?* Atqve hoc difficillimè procedere aſſerimus.

§. 12.

Etenim ſi *Deum reſpicias*, Deus cultu iſto exteriore non habet opus. Qvâ excuſatione uſus

ulus fuit Demonax Philoſophus, cum impietatis & ſacrilegii accuſaretur, qvod Minervæ nunquam ſacrificâſſet. Reſpondit enim, ſe ſacra Minervæ hucuſq; non feciſſe, qvod ſuis oblationibus eam egere non putaret.

§. 13.

Qvantum verò *ad hominem* attinet, Hominis ſocialitas ſeu vita tranqvilla, ſeu qvocunq; modo beatitudinem ejus temporalem efferre velis, directè per omiſſionem harum actionum externarum non læditur, modò cultus internus non tollatur.

§. 14.

Igitur id qvidem cognoſco, blaſphemiam & contemptum Dei & *qvicqvid cultui interno eſt adverſum*, ſive intra animum retentum, ſive actionibus exterioribus declaratum fuerit, pugnare cū rectâ ratione, quia pugnat cum cultu interno ex præcepto: *Deo pare*, demonſtrato.

§. 15.

Cognoſco ulterius, *cultum externum* eſſe ex rebus *licitis in gradu eminente*, & non ſolum rationi hominis naturali eum non repugnare, ſed & longè melius eſſe, ſi Deus colatur qvam ſi cultus iſte omittatur.

§. 16.

At hæc omnia ad demonſtrandam *neceſſitatem* cultus externi non ſufficiunt. Ratio ſibi relicta nomen rationis humanæ haud qvaqvam amittit, etiamſi ratiocinetur, *preces ore prolatas* ad res medias pertinere, cum Deus ut cordium ſcrutator ſuſpiria

 exau-

Digitized by Google

exaudire poſſit, & ipſe tanqvam creator meus ac conſervator etiam ſine precibus ſciat qvarum rerum indigeam.

§. 17.

Sic & per *laudes* humanas eminentiæ & majeſtati divinæ nihil accedit, qvin imò, ſi ab homine reverentia & timore Dei carente proferantur, recta ratio dictat, peccare graviter hominem, Deum per ſigna exteriora decipere intendentem. Sin homo intrinſecè Deum magnifaciat, laudes exteriores ſuperfluæ videbuntur rationi.

§. 18.

Idem & de *gratiarum actione* dictum eſto. Accedit, qvod, ut ſuo loco demonſtrabitur, gratiarum actio ideò inter homines ſit neceſſaria, ut alteri demonſtrem, beneficium præſtitum eſſe acceptum mihi, meq; iterum ad inſerviendum alteri paratum. At intuitu Dei cogitationes meæ hæc demonſtrare aptæ ſunt.

§. 19.

Scilicet, ut ſummatim dicam, preces, laudes, gratiarum *actiones*, *ſigna inter homines ſunt externa*, ideò neceſſaria, qvia homo hominis cogitationes non novit. Novit verò Deus.

§. 20.

Neqve officit, ſi dicere velis, cultum externum Dei neceſſarium fuiſſe non propter Deum, ſed *propter homines ipſos*, cum *Rerumpublicarum felicitas* ſine cultu externo fere non

poſſit

poſſit ſubſiſtere, & *nulla detur* Reſpublica, in qvâ non aliqvis externus Dei cultus vigeat. Adde qvod & *Gentiles* cultum hunc debitum acriter inculcent.

§. 21.

Etſi enim hæc ſatis ſpecioſa ſint, tamen jam ſuprà monuimus, ex *teſtimonio gentilium* (præterqvam qvod & in his diſqvirendum, utrum de cultu externo an interno loqvantur) non firmiter probari poſſe aliqvid eſſe Juris naturalis; adeoqve & uſus communis gentium ſaltem argumentum illuſtrans, non probans ſuppeditare poterit.

§. 22.

Qvod autem *felicitatem Rerumpublicarum* concernit, cautè diſpiciendum, ne finem ſecundarium cultus divini pro principali arripiamus. Hactenus beatitudinem Rerumpublicarum per cultum externum promoveri ratio aſſeqvi poteſt, uteò melius qvilibet civis alteri per ſigna exteriora reverentiam internam erga divinum numen tanqvam fundamentum omnis obligationis declaret, at ita fiducia ſociorum erga ſe invicem eò magis augeatur. Cæterum qvemadmodum hæc declaratio externa ſæpiſſimè fallit, ita & omiſſio ejuſdem per ſe ac neceſſariò beatitudinem Reip. non turbat.

§. 23.

Accedit, qvod ſi beatitudo Rerumpublicarum genuinus cultus divini finis foret, ex regulâ Philoſophorum receptâ, (finem eſſe normam mediorum) dicendum eſſet, cultum hunc pro varietate Rerumpublicarum & ipſum variare, & ita utilitatem ſingularum Rerumpublicarum cultûs divini normam eſſe debere, qvod ſtatuere velle impium eſt.

§. 24.

Et confitentur qvidem profectò omnes: cultûs religioſi finem verum eſſe *beatitudinem hominis æternam*, at hunc finem ratio ſibi relicta non penetrat, qvomodo igitur poſſet cultûs divini tanqvam medii cognitionem penetrare.

§. 25.

Sufficere hæc poſſunt de cultu Dei religioſo, qvem *communem* diximus. Intuitu *ſpecialis* tot argumenta ſe ſuppeditant pro noſtra ſententiâ, qvot circumſtantiæ & mo-

Digitized by Google

di. ſpecialis cultus ſe nobis offerunt, quæ ſingula prolixè exponere non videtur opus, cum ſpecialis cultus generalem, cujus neceſſitatem à ratione percipi non poſſe, hucusque oſtendimus, præſupponat.

§. 26.

Vides adeò quam maximè ratio noſtra in officio hominis nobiliſſimo cœcutiat, & in quantum lumen naturæ ſine lumine revelationis caligine ſit obductum, quamque periculosè procedant qui ſanctiſſima Dei myſteria rationis per lapſum debilitatæ modulo metiri aggrediuntur. Atque ita ſimul intelligis cur in præcepto officium hominis hâc parte dirigente addiderim: Deum colendum eſſe *ſecundum modum ab ipſo revelatum*.

§. 27.

Quodſi *hiſtoriam ſacram* atque *Eccleſiaſticam* evolvamus, patebit, nunquam Deo placuiſſe cultum à ratione humanâ inventum, ſed à primordio mundi voluiſſe divinum numen, ut verus cultus ſecundum normam divinæ revelationis dirigeretur.

§. 28.

Unde cum antiquior fuerit vera Eccleſia falſis religionibus, & Diabolus perpetuò fuerit ſimia Dei, magis probabilis videtur eorum ſententia, qui putant Ægyptios ac reliquos gentiles primorum ſeculorum multa hauſiſſe vel potius retinuiſſe à Deo ab initio inſtituta, quàm illorum, qui docent quòd Deus in ferendis legibus ſuis poſitivis, potiſſimum ceremonialibus multa ex præceptis Ægyptiorum aut Zabiorum deſumpſerit.

§. 29.

Simul vero ex dictis patet, quid ſentiendum ſit de communi diviſione *religionis* in *naturalem* & *revelatam*.

§. 30.

Modò homonymiam *religionis* prænotaverimus, quæ vel accipitur pro actibus *intellectus* circa Deum & res divinas, ſeu *Notitia* Dei, vel pro actibus *voluntatis* & quidem aut pro cultu *interno*, aut pro *externo*, vel conjunctim aut pro *notitia* Dei & *cultu interno*, aut pro *utroque cultu*, aut

pro

pro *notitia & cultu utroque.* Tot enim modis ferè à diverſis ſcriptoribus religionis terminus ſupponitur.

§. 31.

Qui itaque per religionem intelligunt *notitiam* Dei, illi haud dubie rectè eam in *naturalem & revelatam* ſubdividunt, quamvis ferè communiter notitiæ huic naturali plus tribuant quam par eſt. Unde huc repetenda ſunt ea quæ ſuperius eâ de re fuſius diſſeruimus.

§ 32.

Qui *cultum internum* reſpexerunt, neque ipſi aberrarunt, cùm modò demonſtraverimus & hunc ex primis principiis practicis deduci.

§. 33.

Neque in eo aberrarunt, ut arbitror, dum religionem hanc naturalem primi & ſecundi ſignificatus cæteris paribus ad *religionem veram* retulerunt.

§. 34.

Quamvis enim à non paucis iſta opinio vapulet, quòd notitiæ hæ naturales de Deo & de cultu interno ad ſalutem non ſint ſufficientes, non puto tamen hoc argumentum firmiter concludere, cum *verum & ſalvificum* eſſe differant.

§. 35.

Itaque hactenus religio *vera naturalis & revelata* in eo differunt, quod hæc ſit ſalvifica, illa ſaltem ad ſalutem hominis temporalem tendat.

§. 36.

Et qui aliter fieri poſſit? Cum religio naturalis longè imperfectior ſit revelatâ, & fide tantum humanâ, ratiocinatione ſubſulta nitatur.

§. 37.

Sed qui per religionem naturalem intellexerunt cultum aliquem *externum* divinum naturâ cognitum, illi aberrarunt â vero. Nam hoc ſenſu *omnis religio eſt revelata.*

§. 38.

Probationem jam dedimus. Accedit quòd nulla poſſit in toto terrarum orbe nominari religio, quæ non revelationem aliquam prætendat. *Nos* veri Dei revelatione nitimur

ha-

Digitized by Google

*hæretici* omnes vel interpretatione ſcripturæ ſacr. abutuntur, vel peculiares revelationes crepant, quod & *Judæi* faciunt. *Turca* revelationibus Pſeudoprophetarum ſuorum credunt; *Ethnici*, uti ab initio revelationes diabolicas cum divinis miſcuerunt, ita adhuc hodiè vel cacodæmonis mendaciis ſe decipi patiuntur, vel fallaciis miniſtrorum ejus, v. g. Braminum & ſimilium fidem habent.

§. 39.

Itaque ex hoc ſignificatu religio revelata vel vera vel falſa eſt, naturalis verò vel figmentum vel certè falſæ religionis ſpecies.

§. 40.

Atque adeò non expectabitur à nobis, ut concluſiones ſpeciales de officio hominis ergá Deum ex principio ſuprà de cultu Dei poſito deducamus. Pertinet enim hæc deductio ad Dominos Theologos.

§. 41.

Igitur non ſaltem omittemus expoſitionem præceptorum religionis *Chriſtianæ* in ſpecie ſic dictæ, ſed & illorum præceptorum religionem concernentium, quæ humano generi in *Adamo* vel *Noacho* publicata fuit.

§. 42.

Eò pertinent quæſtiones non paucæ in utramque ventilatæ partem de *Sacrificiis*, & illorum origine.

§. 43.

Item controverſiæ plures de *Sabbatho*, & ejus culturâ, potiſſimum iſta, quidnam in illo præcepto morale ſit, quid ceremoniale.

§. 44.

Nec minus de *interdicto eſu ſanguinis* & membri animalis viventis, ejusque hodierno uſu poſt decretum conventus Apoſtolici ea propter Ethnicis converſis in primitivâ Eccleſiâ repoſitum.

§. 45.

Ergò potuiſſemus hoc capite tanquam à Jurisprudentiâ alieno, carere, niſi contra ſentientium opinioni & rationibus fuiſſet reſpondendum.

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

# CHRISTIANI THOMASII
## Liber Secundus
# INSTITUTIONUM JURISPRUDENTIÆ DIVINÆ,
## In Poſitiones ſuccinctè contractæ.

*Lactant. de falſ. Sapient. cap. 1.*

Ego non Eloquentiâ, ſed veritatis fiduciâ ſuſcepi hoc opus, fortaſſe majus quàm ut poſſit meis viribus ſuſtineri, quod autem Veritas ipſa complebit.

---

*Francofurti & Lipſiæ,*
Sumptib. Mauritii Georgii Weidmanni,
M DC LXXXVIII.

Digitized by Google

SEREN

PRI

FR

DUCIS

JOH

R·I

Don

SERENISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI,
DUCIS SAXON. JUL. CLIVIÆ
AC MONTIUM,
&c. &c.
Conſiliario Intimo,
*Illuſtri & Excellentiſſimo*
Domino
JOHANNI FRIDE-
RICO BACHOVIO
AB ECHT,
&c.
Domino Patrono & Affini Suo
Maximè Venerando.

Digitized by Google

Benignitatis Incomparabilis
Indigno ſibi non ita pridem exhibitæ
recordatus,
& pro conceſſo Patrocinio Exoptatiſſimo
gratias decentiſſimas agens
in ulteriorem Sui commendationem
Librum Secundum harum
INSTITUTIONUM
devotè conſecrat
IPSIUS ILLUSTRIS
EXCELLENTIÆ

Cultor addictiſſimus

Chriſtianus Thomaſius.



Digitized by Google

# INSTITUTIONUM JURISPRUDENTIÆ DIVINÆ

## LIBRI SECUNDI CAP. I.

## *De Officio hominis erga ſeipſum.*

§. 1.

HOmo uti machinam corpoream, qvam vulgo vitæ animalis nomine efferunt, cum beſtiis communem habet, ita utrisqve indita eſt per modum *inſtinctûs naturalis* à ratione reverà diſtincti, *ſui conſervatio*.

§. 2.

Sed *beſtiarum* qvidem utpote ratione carentium locomotiva nullum alium rectoremq; qvam inſtinctum iſtum ſeqvitur.



Digitized by Google

§. 3.

At *homo* cum rationalis & ita ſocialis ſit, locomotivam ſuam à regimine inſtinctus hujus eximere & *Socialitati ſubordinare* debet.

§. 4.

Unde Stoici & hos ſecuti alii Philoſophi de Officio hominis diſputantes ſubinde id minus recte ſecundum diverſam conſiderationem *primorum* & *ſecundorum naturæ* exponunt.

§. 5.

Nam *prima* qvæ vocant *naturæ*, nihil ſunt aliud, qvàm inſtinctus iſte machinæ corporeæ inditus, qvi adeò ad officium hominis non pertinet, ſed qvatenus homo eam cum beſtiis habet communem, planè eſt exlex.

§. 6.

Eò magis autem cultura *ſui ipſius* officiis ſpecialibus erga alios eſt præmittenda, qvo minus, qvi ſibi ipſi eſt inutilis, aliis inſervire aptus eſt, eòqve magis de ea cura homo debet eſſe ſolicitus, qvo difficilius negligentia ejusdem aut præconceptæ opiniones emendantur.

§. 7.

Poſſes itaqve præceptum generale de ho-

hominis officio erga ſe ipſum ſic efferre: ITA TE CONSERVARE STUDE, UT VITAM CUM ALIIS TRANQVILLAM PROMOVEAS.

§. 8.

Hinc qvæ media ſe ipſum conſervandi *neceſſariò* ad ſocialitatem promovendam *reqvirumtur*, ea homo adhibere tenetur.

§. 9.

Qvæ vero vitam cum aliis tranqvillam *perturbant*, iis homo vitam ſuam conſervare non poteſt.

§. 10.

Qvæ deniqve nec neceſſariò promovent, nec neceſſariò turbant, ea Jure naturali, niſi Jus divinum aliud oſtendat, *licitè* adhiberi aut omitti poterunt, pro diverſis tamen gradibus licentiæ, prout nempe iſta media magis ad promotionem aut turbationem vitæ tranqvillæ, etſi per accidens, faciant.

§. 11.

Cæterum cùm homo ex *anima* & machina *corporis* conſtet, conſiderandum nunc peculiariter, qvodnam ſit ejus officium *reſpectu utriusqve*.

§. 12.

Id ſummatim hoc Præcepto contine-



Digitized by Google

tur: Noſce Te Ipſum. Nam qvi ſe non novit, non poterit ritè judicare de mediis ad colendam ſocialitatem aptis.

§. 13.

Pertinet autem hoc præceptum non ad ſolam animam, ut Cicero, erroneam ſententiam Philoſophorum gentilium, ac ſi ſola anima ſit eſſentia hominis ſecutus, expoſuit, ſed ad *totum hominem*.

§. 14.

Qvod vero in ſpecie animam attinet, novit homo eam nobiliſſimam ſui eſſe partem, cum per eam à beſtiis differat, unde ſeqvitur, qvod illa rectoris, hoc miniſtri aut inſtrumenti vicem ſubire debeat, & hinc naſcitur præceptum ſpeciale: CULTURAM ANIMÆ, CULTURÆ COPORIS PRÆFER.

§. 15.

Porro cum & ſupra oſtenderimus hominem non ſpeculandi ſed & agendi cauſa eſſe conditum, inde aliud præceptum profluit: CULTURAM VOLUNTATIS PRÆFER CULTURÆ INTELLECTUS.

§. 16.

Inculcant illa Præcepta nihil aliud, qvam bonum animi *morale* præferendum eſſe

Digitized by Google

eſſe bono ejus *naturali*, bona vero *hæc* utraqve præferri debere *bonis corporis*.

§. 17.

Qvæ vero bona *fortunæ* communiter appellantur, cum partim ad excolenda & promovenda bona utraqve animi, partim ad ſuſtentationem bonorum corporis reqvirantur, & ipſorum uſus ſecundum modo dictas regulas erit temperandus.

§. 18.

De bonis animæ *ſpiritualibus* atqve æternis ſileo, qvamvis & de horum cultura ſubinde inculcare ſoleant Scriptores Juris naturalis. Non enim video, qvomodo beatitudo hominis æterna & qvam hæc ferè præſupponit, animæ humanæ immortalitas, *lumine rationis* demonſtrari poſſit.

§. 19.

Qvid qvod & *μετάβασιν* hic vitamus, Oſtendimus enim *hujus beatitudinis* tractationem ſolis Theologis eſſe relinqvendam.

§. 20.

Eqvidem rectè hic diſtingvitur *posſibilitas* ab *actu*: Et nempe id cognoſcit ratio, immortalitatem animæ non eſſe impoſſibilem reſpectu Dei, nullius enim crea-



Digitized by Google

turæ duratio in æternum involvit contradictionem.

§. 21.

Sed *animam actu immortalem eſſe*, Deumq; hanc poſſibilitatem voluiſſe in actum deducere, id philoſophicè demonſtrari poſſe nego.

§. 22.

Idqve ideò, qvia omnis demonſtratio ultimò debet peti ex definitione rei. At anima perfectam ſui definitionem ignorat. Et qvamvis id qvaſi palpet, ſe eſſe ens cogitans, nulla tamen eſt connexio neceſſaria inter cogitationem & durationem æternam.

§. 23.

Hinc etſi per totum vitæ ſpatium homo animam ſuam, aut ea, qvæ poſſidet bona, ſcrutetur, nihil tamen firmi ſepoſitâ ſcripturâ Sacrâ ſcrutabitur, ut adeo & hæc doctrina pertineat ad myſteria fidei & prærogativas Chriſtianorum præ Gentilibus.

§. 24.

Nam qvod *Gentiles* immortalitatem animæ aſſerentes attinet, eos certiſſimum eſt, vel aliorum relationi id acceptũ tuliſſe, qvod nonnulli tacitè ſubinnuunt, ad

ad conſenſum gentium hic ſolùm provocantes, aut argumentis obſcuris & vix probabilibus ſententiam ſuam adſtruentes; vel demonſtrationibus fuiſſe uſos falſam & heterodoxam hypotheſin præſupponentibus.

§. 25.

Scilicet communiter Philoſophi gentiles duo principia coæterna ſtatuebant, Deum & materiam primam.

§. 26.

Qvod autem animas hominum attinet, alii eas ex potentia materiæ eſſe eductas opinabantur, & ſic mortales, qvod faciebant Epicurei:

§. 27.

Alii contrà, ut Platonici, putabant animas humanas eſſe effluvia eſſentiæ divinæ, creatasqve ſimul in univerſum, ut ſeparatim exiſterent, poſteà autem neſcio qva inſana contemplatione materiæ meruiſſe ut corporibus velut compedibus vincirentur. Hinc eſſentiam hominis conſiſtere in ſola anima, eam vero ut divinæ particulam auræ eſſe immortalem aut certè longius duraturam.

§. 28.

Pergo ad *corpus*. Hujus machinam



Digitized by Google

ſi homo conſideret, deprehendet corporis fulturis animum ſuſtineri, & hoc malè ſe habente animum qvoqve parum præclari, efficere poſſe. Inter bona autem corporis eminet vita, poſt hanc ſanitas corporis, tum membrorum integritas bonorum claſſes occupant; *Vitâ* ſublatâ tollitur unio corporis cum anima, *ſanitate* totius corporis proſtrata impeditur anima in functionibus pleriſqve exterioribus, *integritate membrorum* violata, iſtæ ſaltem functiones, qvarũ gratia anima iſto membro habebat opus, ſiſtuntur.

§. 29.

Fluit exinde Præceptum: VITAM SANITATI, SANITATEM INTEGRITATI MEMBRORUM PRÆFER.

§. 30.

Hæc omnia tamen, qvæ hactenus ſpeciatim expoſuimus, præcepta ex primo limitationem accipiunt. Conſervationi enim tranqvillitatis communis ſubordinanda ſunt bona animi utraqve, poſtponenda vita, ſanitas, integritas, divitiæ & reliqva bona minora.

§. 31.

Ducit eò hominem contemplatio totius,

Digitized by Google

tius, hoc eſt unionis animæ cum corpore, ut jam ſæpius inculcavimus. Præterea eadem meditatio oſtendit homini ſe qvoad potentias animi & vires corporis eſſe *ſubſtantiam finitam*, adeoqve multa eſſe qvæ non ſunt in noſtra poteſtate, qvæ appetere velle fruſtraneum & ſic ſtultum foret.

§. 32.

Oritur hinc aliud Præceptum: SUPRA VIRES NON NITENDUM.

§. 33.

Ad has regulas puto commodè referri poſſe concluſiones omnes de officio hominis intuitu ſui ipſius ab aliis fuſius expoſitas, ac ex iisdem qvæſtiones controverſas facile poſſe definiri.

§. 34.

Tales ſunt: ut homo iis qvæ in *ſua poteſtate* ſunt, optimè & ad præſcriptum rationis utatur.

§. 35.

Ut homo, ubi prudentiæ humanæ locus eſt, actiones ſuas cœcæ velut *alea* non committat.

§. 36.

Ut homo non ab *eventu* actionum prudentiam & juſtitiam tàm ſuam qvàm alienam æſtimet.

Digitized by Google

§. 37.

Ut à Propoſito rectè formato homo per *metum* aut *voluptatem* ſe non patiatur abripere.

§. 38.

Ut ſe rebus, qvas ſibi accommodare neqvit, *accommodet*.

§. 39.

Ut in præſentibus *ſecuritatem*, circa futura nimiam *curioſitatem* evitet.

§. 40.

Ut in ſecundis rebus *inſolentiam*, in adverſis *deſperationem* fugiat.

§. 41.

Ut omni ſtudio opinionem *boni viri* conſervet, eamqve per calumniam aliorum læſam, qvantum poſſibile, ſuo nitori reſtituat.

§. 42.

Ut ex factis præclaris & generi humano proficuis ſolùm *famam* qværat.

§. 43.

Ut *honore* utàtur ad benefaciendum aliis.

§. 44.

Ut ab *Arrogantiâ* & vanâ *Gloriâ*, præpriemis de rebus inanibus abſtineat.

§. 45.

Ut æqvo animo ferat, *ſi occaſio deficiat* præſtantiám ſuam exercendi.

§. 46.

Digitized by Google

§. 46.

Ut ſua ſorte *contentus* vivat & reliqva tanqvam ad ſe nihil pertinentia adſpiciat.

§. 47.

Ut in comparandis opibus innocentem *induſtriam* adhibeat.

§. 48.

Ut *paucis* ſit contentus.

§. 49.

Ut partis utatur tanqvam ſubſidiis neceſſitatis propriæ & benefaciendi aliis.

§. 50.

Ut animum adſuefaciat, ne *amiſſis opibus* coincidat.

§. 51.

Ut erogationem earum ita temperet, ne illas citra rationem *diſſipet*.

§. 52.

Ut *doloribus* non neceſſariis abſtineat.

§. 53.

Ut *delectationibus* ſenſuum fruatur modicè.

§. 54.

Ut *affectus* ſuos in poteſtate habeat.

§. 55.

Ut *lætitia* non utatur ſuper alienis malis aut rebus ineptis.

§. 56.

Ut *triſtitiam* exterminet, niſi qvatenus ad

Digitized by Google

ad miſericordiam & pœnitentiam eâ habet opus.

§. 57.

Ut Objectum dignum & honeſtum ita amet, ne aliis Officiis remoram injiciat, neve eo amiſſo morbus oriatur.

§. 58.

Ut *odio* hominum & *Invidiâ* planè vacuus ſit.

§. 59.

Ut *Spe* ſuper rebus variis, incertis & impoſſibilibus non fruſtrà ſe fatiget.

§. 60.

Ut *metui* & *iræ* tanqvam affectibus humanæ menti inimicis ac valdè pernicioſis omni ſtudio reluctetur.

§. 61.

Ut tempeſtive honeſtum *vitæ genus*, ſecundum impulſum genii, corporis atqve ingenii habilitatem, natalium conditionem, fortunæ bona, parentum autoritatem, imperantium civilium juſſum, occaſionem aut neceſſitatem eligat.

§. 62.

Ut *ſtudia literarum* non rejiciat, tanqvam qvæ hominem ineptum reddant ad negotia pacis & belli, ſed potius iis innatam bonam indolem perficiat.

§. 63. Ut

Digitized by Google

§. 63.

Ut tamen non *inanibus literis* operam det, ſed utilibus aut elegantibus.

§. 64.

Ut ſtudia ad *uſum vitæ* humanæ attemperet, non temporis fallendi gratia, & cum neglecta aliorum Officiorum iis ſe immergat.

§. 65.

Ut *rationem* magis qvam aũtoritatem ſeqvatur, & pertinaciam erronea defendendi ſupprimat.

§. 66.

Atqve in his fere conſentiunt eruditi. Jam de *qvæſtionibus controverſis* videndum. Initio qvidem de *poteſtate hominis in propriam vitam*.

§. 67.

Ubi id qvidem nemo ſanus negaverit non licite ſaltem, ſed & longè honeſtius eum facere, qvi *probabilem occaſionem brevioris vitæ*, ut aliis inſerviat, elegerit, qvam qvi ingloriam & domi deſidem qværſierit, ut ad extremas ætatis metas pervenire poſſit.

§. 68.

Neqve illud dubium, poſſe qvem jure ab imperante adigi, ut *in probabile mortis periculum* ſe pro utilitate aliorum conjiciat.

§. 69. Qvin

§. 69.

Qvin & *citra* hujusmodi *imperium* aliqvis cæteris paribus pro aliorum utilitate ejusmodi periculum ſubire poterit.

§. 70.

At de *Autochiria* gravior inſpectio. *Pro lubitu* ſibi vitam abrumpere in Deum & ſocietatem humanam eſſe injurium, ex ſupra dictis patet.

§. 71.

Idem ſentiendũ, ſi qvis *tædio moleſtiarum* & *indignatione malorum communium*, vel *metu dolorum*, qvibus fortiter toleratis exemplo ſuo prodeſſe poterat, mortem ſibi inferat.

§. 72.

Nec excuſabitur, qvi *alieno miniſterio* hic utitur.

§. 73.

Multo minus probandæ *leges civiles*, vel jubentes, vel permittentes civibus nihil delinqventibus ultrò vitam projicere.

§. 74.

At, ſi qvis videat ſe victurum deinceps *in probrum Dei*, aut certitudine moraliter infallibili cognoſcat mortem ſibi paulo poſt ab hoſte, aut ſævo principe cum *cruciatu intolerabili* adferendam, aut ob *prætenſa delicta* etſi ſit innoxius â principe jubeatur mortem ſibi accelerare, aut ea

acce-

Digitized by Google

acceleratione *ignominiam carnificis* evitare ipſi concedatur; Difficillimum erit, ex *ſolo rationis lumine* hunc convincere, ut his caſibus à propricidio abſtinere debeat, cum moraliter hic certum ſit, ejusmodi homines ſervatione vitæ nec ſibi nec aliis utilitatem afferre poſſe.

§. 75.

Eo tamen referre nolim qvi ob evitandam *qvamcunqve ignominiam* nullo vero fundamento ſubnixam, mortem ſibi conſciverunt (unde diſſimilia ſunt exempla Socratis & Catonis, qvamvis hos Cicero comparet.)

§. 76.

Neqve pueros aut fœminas, qvi morte voluntariâ *pudicitiæ* declinarunt violationem. Etſi hi magis excuſationem mereantur.

§. 77.

Qvod ſi qvis opinatus fuerit, *plus boni* ſemper eſſe in *vita*, qvam *mali* etiam in exqviſitiſſimus *doloribus*, is forte experientia acutorum qvorundam dolorum, ſed patientiam communem hominis non excedentium, ad præconceptam hanc opinionem fuit ſeductus, vel hiſtoriæ Jobi, viri aliàs patientiſſimi, oblitus.

Digitized by Google

§. 78.

At dices, *Scriptura* docet, omnes autochires absqve diſcrimine poſito pœnæ æternæ eſſe obnoxios. Bene inqvam, ſi Scriptura hoc docet, ſi autochiria iſta pugnat cum beatitudine æterna. At nos de dictamine rationis & felicitate hominis temporali ſumus ſoliciti.

§. 79.

Igitur reliqvam litem *Theologis* expediendam relinqvimus, qvibus non magis contradicimus ac Phyſicus, inculcans qvod virgo non pariat.

§. 80.

Seqvitur ut videamus de conſervatione ſui, conjunctâ cum *propulſatione violentiæ* ab altero illatæ qvæ *defenſio* appellatur. Hæc vero qvatenus inſtituitur *ſine læſione* ejus, qvi malum nobis machinatur, qvin licita ſit, nullum habet dubium.

§. 81.

At qvatenus *cum lædentis pernicie* conjuncta eſt videtur eqvidem ea tranqvillitati & utilitati ſocietatis humanæ eſſe adverſa.

§. 82.

*Sed videtur*, nam tantum abeſt, ut adverſa ſit, ut potius ratio dictitet, proſcriptionem



Digitized by Google

ptionem defenſionis ejusmodi violentæ haudqvicqvam paci ſed exitio generis humani conducere.

§. 83.

Nec obſtat *religio Christiana.* Nam qvamvis aggreſſor in periculo damnationis verſetur, ſi interficiatur, unde nonnulli putarunt laudabilius eum facturum, qvi tum occidi, qvam occidere mavult; aut contra regulas juſtitiæ peccaturum invaſum, ſi minus ſuum malum cum aggreſſoris majori malo depellere intendat, plurimæ tamen ſunt rationes, qvibus ad hanc objectionem reſponderi poterit.

§. 84.

Illa vero diſtinctio utrum is qvi invaditur ſit perſona Societati utilior qvam invaſor, annon, ita ut priori caſu defenſio violentia ſit licita, poſteriori illicita, ſi eam ita generaliter ſpectes ad præſens negotium plane eſt inepta.

§. 85.

Alia qvæſtio eſt an non *defenſio violenta* qvam hactenus licitam eſſe oſtendimus, etiam *homini ſit præcepta?* Alii eam ſimpliciter affirmant, prætendentes, eum, qvi illam omittat αὐτοχειρίαν committere.

§. 86.

Alii præfatam diſtinctionem huc ap-

plicant, defenſionem non ex licitis ſaltem ſed & præceptam eſſe ſi aliorum multum interſit, ut qvi invaditur ſit ſuperſtes.

§. 87.

At ſi ſibi duntaxat vivat, ad licita tantum pertinere cruentam hanc defenſionem, præprimis, ubi invaſoris vita multis ſit utilis, & probabiliter prævideatur, eum, ſi interficiatur, damnationis æternæ fore reum.

§. 88.

Nobis, ut unâ fidelia duos dealbemus parietes, id cumprimis videtur conſiderandum. Utrum *Invaſor imperium* habeat in invaſum, an non? Priori modo ſi imperium ſit *ſummum*, tantum abeſt, ut obligari invaſum ad defenſionem cruentam arbitrer, ut potius obligatum putem, illam omittere.

§. 89.

Turbaretur enim profecto tranqvillitas omnium Rerum publicarum, ſi ſubditis permitteretur poteſtas cum violentia reſiſtendi principibus aut eorum miniſtris.

§. 90.

Neqve excuſabit invadentem, ſi dica

cat, principem poteſtate ſua abuſum fuiſſe, eumqve injuſte invaſiſſe, qvoniam inter eos, qvi ſola communione juris naturalis utuntur, qvales qvoqve ſunt princeps & ſubditi (ſi nimirum inter ſe collidantur,) juſtitia & injuſtitia actionum non ſunt remedia apta ad definiendas controverſias.

§. 91.

Qvod ſi invaſor imperium *ſummo minus* habeat, non dicam eqvidem, laudabilius invaſum eſſe facturum, ſi ſe interfici patiatur, id tamen effecturum arbitror hoc imperium, ut excuſari poſſit invaſus, ſi ſe â Domino, â Patre &c. patiatur interfici.

§. 92.

Neqve ut αὐτόχειρ conſiderari merebitur aut illi, qvi alieno miniſterio in ſui internecione utitur comparari; Hic enim propricidium appetit & jubet, ille ſeriò abhorret idqve averſatur & ſaltem non reſiſtit; qvæ non reſiſtentia, an hîc peccatum ſit, in qvæſtione eſt.

§. 93.

Si tamen *imperium* ſummum cum *minori* concurrat, ut ſi miles â Patre hoſti inſerviente invadatur, non licitam ſaltem, ſed & cum obligatione conjunctam cæteris paribus defenſionem violentam opinor.

§. 94.

Qvod ſi deniqve aggreſſor in aggreſſum *imperio careat*, & ſi aliis imperet, & ſi invaſus ſibi duntaxat vivat (ſibi vero vivere non debet;) obligatum hunc arbitror, ut ſe, etiam cum internecione aggreſſoris defendat, qvia aggreſſor in aggreſſione evidenter ſocialitatem rumpit, ac ſpes incertiſſima eſt; eum emendatum iri; aggreſſus vero obligatur utilitatem aliorum inpoſterum, qvantum in ſe eſt, promovere, Promovere autem *ſine* hâc defenſione violentâ neqvit.

§. 95.

Ut autem hæc ſui *defenſio* pro *juſta* haberi poſſit, nonnulla ejus *requiſita* conſiderari merentur, qvæ ſub vulgató titulo *moderaminis inculpatæ tutelæ* comprehenduntur. De qvo uti multi multa, commentatores qvidem juris Civilis plerumqve confuſè, Theologi vero Pontificiæ Religionis ſæpius impiè ſcripſerunt; ita res ſine diſtinctione inter ſtatum *æqvalitatis* & *imperii* ſeu naturalem & civilem expediri neqvit.

§. 96.

Differentia autem inter utrumqve ſtatum, qvod inculpatam tutelam attinet,

potiſ-

Digitized by Google

potiſſimum in tribus momentis ſe exerit (1) intuitu *injuriæ inferendæ* (2) ratione *temporis â quo* (3) *reſpectu durationis*.

§. 97.

Qvi in ſtatu *naturali* vivunt, illi *qvamcunqve injuriam*, etiam minimam violentes & ſi aliter eam evadere neqveant, etiam cum interneccione adverſarii, repellere juſtè poſſunt.

§. 98.

Dico *Juſtè*, unde aliorum diſtinctiones inter impœnitatem & impeccabilitatem, aut inter id qvod de facto fiat inter homines, & qvod ſecundum rigorem naturæ fieri debeat, non moror.

§. 99.

Manent enim in hoc ſtatu inconcuſſa hæc axiomata: *Læſo adverſus hoſtem* (qvamdiu in ſtatu hoſtilitatis manet) *jus competere in infinitum*; Item, *Lædentem* & ita vinculum ſocialitatis abrumpentem donec in ſtatum pacis mecum redire paratus ſit, *nullum habere jus officia ſocialitatis â me expetendi*.

§. 100.

Qvæ vero in contrarium afferri ſolet *æqvalitas* qvam jus naturæ in reſiſtendo hâc parte exigat, nulla ratione firmatur,

 & con-

Digitized by Google

& conſcientia regulis iſtis oppoſita pro erroneâ erit habenda.

§. 101.

Cæterum uti in *ſtatu integritatis* nulla læſio metuenda fuiſſet, ita neqve in hac, neqve in reliqvis qvæſtionibus de defenſione ſui ex analogia ſtatus integri aliqvid noſtræ ſententiæ opponi poterit.

§. 102.

At in *ſtatu civili* libertas hæc ſe ipſum defendendi in dubio hactenus videtur reſtricta, ut tantum liceat *vitam* aut aliàs *irreparabile bonum* ita defendere.

§. 103.

Deinde in *ſtatu naturali initium* moderatæ defenſionis incipit, cum liqvido apparet alterum circa inferendam mihi injuriam occupari, licet conatus ſuos nondum plenè expromſerit, adeoqve licebit adhuc noxam apparantem occupare.

§. 104.

At in *ſtatu civili* ab *eô demum tempore* incipit cum aggreſſor voluntatem injuria me afficiendi præ ſe ferens & viribus inſtrumentisqve nocendi inſtructus jam intra illum locum extiterit, ex qvo re ipſa nocere poſſit, computato qvoqve illo ſpa-

tio

Digitized by Google

tio qvo opus eſt, ſi ego prævenire qvàm præveniri mallim.

§. 105.

*Modicus* tamen *exceſſus* invaſum propter præſumptam perturbationem animi hic excuſabit.

§. 106.

Ergo niſi aggreſſi culpa præceſſerit, non præciſè obligabitur ad *fugam* ſi in aperto loco fuerit conſtitutus, niſi fugere commodè poſſit.

§. 107.

Inter ſomnia vero Moraliſtarum referendum eſt, qvod multi reqvirant *paritatem amorum*.

§. 108.

Deniqve in *Civitate* defenſio *durat* donec periculum injuriæ futuræ fuerit evaſum.

§. 109.

At in *ſtatu naturali* licebit etiam injuriam illatam vindicare, de qvo ſuo loco plura.

§. 110.

Ex his differentiis & potiſſimum ex prima, facilimè controverſiæ defenſione *bonorum vitâ minorum* dijudicari poterunt.

§. 111.

Nam in ſtatu *naturali* eorum defenſio



Digitized by Google

cruenta haud dubiè erit licita, ergo quæſtio ſaltem remanet de *ſtatu civili*.

§. 112.

Igitur *membrorum integritatem* defendere cum internecione aggreſſoris juſtè potero, qvia periculum vitæ eſt conjunctum.

§. 113.

Unde qvi ajunt periculum mutilationis membri non ſufficere, ſi vita morali certitudine ſalva ſit, idem videntur ſtatuere, ac ſi dicerem. Elephantum poſſe volare, *ſi habeat alas*.

§. 114.

De *pudicitia* difficilior inſpectio eſt, Sive enim hanc phyſicè conſideres reparari poterit, per æqvivalens; ſive moraliter, eadem auferri non poterit me invito, qvia eſt bonum animi;

§. 115.

Eqvidem hactenus putavi, licentiam defenſionis cruentæ hâc parte exinde deduci poſſe; qvod virgo periculum ſubeat ſaltem ad momentum, delectationem ex alterius congreſſu illicito percipiendi, adeoqve hunc juſtum de peccato alterius participandi metum pro damno irreparabili habendum eſſe, cum factum neqveat

qveat infectum fieri, & peccata æſtimationem inter homines non recipiant.

§. 116.

Sed re curatius penſitata, neqve hæc ratio videtur ſufficere. Præterqvam enim, qvod eadem non in læſione omnis pudicitiæ procedat, illa delectatio momentanea vim patientis, ſi maxime peccatum eſt, pro tali tamen ex ſola rationis lumine non poterit demonſtrari.

§. 117.

Qvod ſi tamen ex eo, qvod communiter fieri ſolet, conjecturam de præſumptâ voluntate principum ſumere velimus, dicerem; in dubio præſumi principem & hanc defenſionem permittere voluiſſe. Nam in exemplis, qvas hiſtoriæ nobis ſuppeditant, illi, qvi Imperium habuerunt, defenſiones ejusmodi, ſi non ſemper, certè plerumqve laudarunt & approbarunt, nonnunqvam etiam decorarunt præmio.

§. 118.

*Alapam* vero, aut falſum alterius *teſtimonium* in civitate per internecionem ejus à qvo metuimus avertere juſtè poſſe & rationi & moribus univerſalibus repugnat; Alapa enim eſt bonum reparabile, Fal-



Digitized by Google

ſum teſtimonium vero ad invaſiones violentas planè non pertinet.

§. 119.

Eadem de defenſione *honoris & exiſtimationis* dicenda ſunt.

§. 120.

De defenſionibus vero *rerum* ſic tenendum. Ubi erepta ſubſidio Magiſtratus recuperari poſſunt, non licebit ad cædem usqve invaſoris progredi, niſi in eo caſu ubi qvi res noſtras ereptum venit, in judicium adduci non poteſt; Qvo intuitu licitum eſt occidere *prædones*, ac *fures nocturnos*.

§. 121.

Id vero ad moderamen inculpatæ tutelæ neqve in ſtatu naturali neqve in civili reqviritur, ut *invaſor dolo malo* exitium mihi intentet. Valebit enim idem adverſus eum qvoq; qvi per errorem (etiam juſtum) me aggreditur. Nam ut alia taceam, jam ſupra poſuimus canonem: errorem æqvius imputari erranti qvam tertio.

§. 122.

Simul illud patet, moderamen tutelæ cum jure nitatur, & ſpecies ſit homicidii caſualis, nullam mereri *pœnam*. Unde & qvæ à legibus civilibus caſuali homicidio coër-

Digitized by Google

coercitiones qvandoqve fuerunt impoſitæ, pœnæ propriè dictæ non ſunt.

§. 123.

Ex dictis vero patet hominem ad avertendum periculum vitæ non tantum inſtinctu naturæ ferri, ſed & *jus* eidem ex dictamine rectæ rationis competere. Solet vero iſtud vitæ periculum, ſi ei nulla viâ, excepta unâ, reſiſti poſſit, uno vocabulo appellari *neceſſitas*.

§. 124.

Unde ex tribus, qvas nonnulli faciunt, neceſſitatis ſpeciebus, qvarum alia ſit *ad honeſtatem*, ad *incolumitatem* altera, tertia ad *commoditatem*, ſola media hujus eſt loci.

§. 125.

Qvæ, etſi communiter à Scholaſticis dividatur in *ſummam*, qvam deſcripſimus, & *gravem*, qvam duobus vel pluribus remediis, ſed plerumqve incommodo altero, altero legibus improbato, evitare poſſumus, reverâ tamen gravis huc non pertinet, ſed potius ea eſt, qvam modo ad commoditatem tendere diximus.

§. 126.

De noſtra vero neceſſitate communiter regula profertur: *Neceſſitas non habet legem.*

§. 127. Di-

§. 127.

Dico *de noſtra*; Nam ad neceſſitatem *commoditatis* eam falſiſſimè extendunt ſæpius Scholaſtici, in definiendis controverſiis ſpecialibus, qvod hic ſemel monuiſſe ſufficiat.

§. 128.

De neceſſitate vero *honeſtatis* Canon intelligi neqvit; qvia hunc lex producit, at noſtra legem non habere aſſeritur.

§. 129.

Qvamvis autem axioma hoc in omnium ore verſetur ac multi de eo commentati fuerint, de ſenſu tamen ejus in genere dubia non omnia tollunt diſtinctiones ab eruditis (Scholaſticorum enim & moraliſtarum Pontificiorum ineptias ſubinde impias præterimus) jam prolatæ, certè illuſtratione aliqvâ aliqvando indigere videntur.

§. 130.

Igitur qvæſtio eſt: *An neceſſitas in legibus exceptionem tacitam faciat; ut legislator non præſumatur ſubjectum adigere voluiſſe ut legem obſervet, ſi obſervatio cum periculo ejusmodi vitæ ſit conjuncta?*

§. 131.

Eqvidem de *legibus humanis* ferè res con-

controverſia caret; regulariter in iis neceſſitatem exceptionem facere, cum utilitas communis ex utilitate ſingulorum conſtet,& regulariter conſervatione ſingulorum magis conſulatur communi utilitati, qvam obſervatione legis humanæ.

§. 132.

Niſi tamen legislator *aperte* contrarium diſpoſuerit, qvæ limitatio jam ſtatui controverſiæ ineſt.

§. 133.

Aut niſi *natura negotii*, qvale v. g. eſt bellum, conductus aliorum &c. aliud ſvadeat.

§. 134.

De *legibus divinis* difficillima eſt inſpectio. Optimum videtur, ſi à notioribus hic progrediamur ad ignota & ex exemplis nobis formemus conceptum de regulâ?

§. 135.

Lex divina eſt: *Sabbathum eſſe colendum*. Hic extra dubium eſt, me *Sabbathum non violare*, ſi aut morbo impeditus gravi domi maneam, aut res ad victum neceſſarias præparem.

§. 136.

Rurſus tamen dubium non eſt, ſi Prin-

ceps

Digitized by Google

ceps Idololatra jubeat Sabbathum profanare actionibus eo die prohibitis, potius *mortem eſſe ſubeundam.*

§. 137.

Deniqve certum eſſe arbitror, aliqvem, cui à tyranno cultus publicus metu mortis incuſſo prohibeatur, lege divina haud obligari ad cultum publicè periculo mortis perſeqvendum. Exempla enim martyrum ſunt heroica, & ſpecialem inſtinctum divinum præſupponunt.

§. 138.

Lex divina erat: *non comedendos eſſe à Laicis* (ſi ita licebit dicere) *panes propoſitionis: non comedendam eſſe carnem ſuillam.* Illud vero fame premente *licebat* Davidi; hoc *non licebat* Judæis qvibus ab Ethnicis metu graviſſimorum tormentorum id erat injunctum.

§. 139.

Igitur ob rationis paritatem infero *non licuiſſe* Davidi veſci panib⁹ propoſitionis, ſi Saul v. g. id juſſiſſet ſub pœna mortis; *licuiſſe* vero Iudæis veſci carne ſuilla, v. g. in obſidione Hieroſolymæ.

§. 140.

Habes exempla Præceptorum negativorum, in qvibus neceſſitas modo exce-

ptio-

Digitized by Google

ptionem *facit*, modo *non facit*, jam cape exemplum, ubi *nunqvam facit* exceptionem.

§. 141.

Tale eſt illud : *non concumbendum cum matre.*

§. 142.

Cur igitur ſic diverſè? Fortè diſtingvendum erit inter leges divinas *poſitivas* & *naturales*, ita ut poſitivæ regulariter exceptionem neceſſitatis ſecum ferant. At ita obſtant, qvæ de profanatione Sabbathi, de omiſſâ à Judæis comeſtione carnis ſuillæ & modo de concubitu cum matre diximus.

§. 143.

Tentabimus an res ita procedat? Leges divinæ vel *affirmativæ*, vel *negativæ*. Leges *affirmativæ* ex natura ſua ut qvis obligetur, præſupponunt occaſionem, materiam & facultatem agendi, qvæ regulariter deeſſe intelligitur, ubi qvid fieri non poteſt, niſi ipſe peream, qvocunqve modo neceſſitas (citra culpam tamen meam) adveniat.

§. 144.

Ex legib⁹ poſitivis repete qvæ de Sanctificatione Sabbathi dixi. Qvod leges *naturales* attinet, eadem eſt ratio, ſive ſint præcepta

pta intendentia obligationem *imperfectam* ad officia nempe humanitatis exhibenda, ſive *perfectam*, v.g. de promiſſis ſervandis.

§. 145.

At in *negativis* variis diſtinctionibus erit opus. Initio unde neceſſitas habeat *originem* an à *Deo*, an à *malitiâ aliorum* hominum, tum utrum *malitia* hominum principaliter *intendat mortem* inferre, an primariò qværat *transgresſionem legis*, denique an *medium* evadendi ſuppeditetur ab *inſtinctu naturali*, an rurſus ab *hominum malitia*.

§. 146.

Qvod ſi itaqve neceſſitas *adveniat à malitiâ humana* principaliter *mortem* intendente, & *medium* evadendi ſuppeditet *inſtinctus naturalis licebit iſtud uſurpare*, etiamſi aliàs à Deo ſit prohibitum, qvia Deus non præſumitur rigorem legis ſuæ hic velle exercere in utilitatem neqvitiæ humanæ, accedit qvod inſtinctus ad iſtud medium adhibendum à Deo ſit, qvia naturalis eſt.

§. 147.

Unde licuisſet Judæo quem alius fame necare ex injuſtâ cauſa volebat vitam conſervare *eſu carnis ſuillæ*. Ita licebit Chriſtiano

Digitized by Google

ſtiano in ſimili neceſſitate conſtituto *cibum alienum invito Domino capere*. Habes iterum exempla tam ex lege poſitivâ, qvam naturali.

§. 148.

Sed ſi *hoc caſu medium evadendi ſuppeditetur à malitiâ hominum*, non licebit eo uti, qvoniam, qvi ejuſmodi medium offert, intendit ignominiam Dei, & acceptatio ejus plerumqve tacitam abnegationem divini numinis infert, qvo caſu Deus potius jacturam vitæ præſentis bono meliori compenſaturus eſſe præſumetur.

§. 149.

Ita ſi Judæo, qvem qvis fame necare volebat, tertius qvidam *infidelis carnem ſuillam* obtuliſſet, abſtinendum erat ab eſu. Ita ſi *Mater* injuſtè incarcerato ſub conditione *inceſtus*, aut, ut ex lege naturali exemplum addamus, ſi alius ſub conditione *hominis innocentis interficiendi* liberationem promittat, liberatio non erit accipienda.

§. 150.

Multò minus itaqve neceſſitatem evadere licebit violatione legis divinæ, ſi is, *qui neceſſitatis autor eſt, ſtatim intendat*

*actum legi contrarium*, ob rationis idendi-tatem.

§. 51.

Idqve procedet, ſive *medium* ſuppeditetur *per novam malitiam*, ut ſi qvis ei, qvem tyrannus ad *ejurandam veram religionem* mortis metu cogere vult, liberationem ſub conditione *ſtupri* vel *homicidii* promittat.

§. 152.

Sive etiam *inſtinctus naturalis* me graviter incitet ad vitam ſervandam. Nam & tum poſtponenda erit vita contumeliæ divinæ. Ut ſi *Ethnicus* Judæo, ejurare patriam religionem nolenti *nullum cibum niſi carnem ſuillam* proponere juſſiſſet.

§. 153.

At ſi neceſſitas *à Deo* ortum ducat, & medium etiam ab *inſtinctu merè naturali* ſuppeditetur, licebit idem adhibere, tum qvia medium eſt â Deo, tum qvia actus non tendit ad abnegationem ejuſdem.

§. 154.

Hinc tempore *famis* licuiſſet *carne ſuillâ* veſci, licebit *cibo alieno* eam ſedare.

§. 155.

Alia ratio eſt ſi *medium* eluctandi ſuppe-

ditet

ditet *malitia hominum*, ob conjunctam iterum DEI contumeliam.

§. 156.

Ut ſi tempore *famis* ſub conditione *ſtupri* vel *homicidii* qvis panem promittat.

§. 157.

His diſtinctionibus obſervatis, puto jam facile reſponderi poſſe ad *quæſtiones ſpeciales qvaſvis* de jure neceſſitatis.

§. 158.

De *abſciſſione membri*, ut vita ſervetur, non eſt dubium.

§. 159.

Ex *carne* etiam *humanorum cadaverum* tempore famis nutrimentum capere, miſerandus cibus eſt, non nefarius.

§. 160.

Qvin & miſerandum magis qvàm injuſtum erit, in ejuſmodi neceſſitate, ut plures ſerventur, *unius aut qvorundam interitum ſorte procurare.*

§. 161.

Multo magis igitur, ſi duo in præſens vitæ periculum incidant, in qvo utriqve ſit pereundum, v. g. in naufragium, in hoſtes; uni qvid facere licebit, ex qvo *alteri aliàs perituro fata admoventur*, ut ipſe ſalvus ſit, v. g. ſi ipſum â tabulâ, qvæ

utrumque ferre nequit, violenter repellam, ſi eum clauſâ portâ in periculo vitæ relinqvam.

§. 162.

Adhuc ergo minus dubium habet, licere alteri ex neceſſitate *periculum mortis* aut magnæ læſionis intendere *indirectè*, ita ut non ſit propoſitum ipſi nocere, ſed duntaxat ſe per talem actum, ex qvo alteri probabiliter magnum damnum inferatur, defendere, qvale qvid accidit, ſi v. g. claudus aut infans vel alius fugientem in viâ anguſtâ impediat.

§. 163.

Ratio in his tribus caſibus eſt eadem; neceſſitas enim vel â Deo vel â malitiâ hominum, mortem meam principaliter intendente provenit, medium vero eam evadendi ſuppeditatur ab inſtinctu naturali vitam meam conſervandi.

§. 164.

At inqvies, ita committitur homicidium, jure naturali prohibitum? Non arbitror. Lex enim naturalis homicidium interdicens, aperte non denotat qvamvis hominis interfectionem, ſed doloſam occiſionem hominis innocentis.

S 5 §. 165.

§. 165.

Jam non qvidem recurram ad id refugium, acſi occiſiones in datis caſibus non ſint occiſiones doloſæ, id enim in qvæſtione eſt, ſed nego eſſe occiſiones.

§. 166.

Qvid audio, ais, an neſcis etiam à Gentilibus æqviparari inter ſe, occidere, & mortis cauſam præbere?

§. 167.

Benè, inqvam, ſed nego, in datis caſibus, defenſorem vitæ ſuæ mortis cauſam præbere.

§. 168.

Nimirum in moralibus ſæpiſſimè, qvoad imputationem adſpicitur intentio primaria, ut, ſi hæc licita vel illicita ſit, effectus accidentarii & intentio ſecundaria exinde etiam dijudicentur.

§. 169.

Ita ſi qvis intendat, alterum interficere, aberrans vero gladio ulcus mortiferum aperiat, non poterit poſtulare præmium beneficii.

§. 170.

Ita qvi ſervum emendare intendens amicum errore percutiat, non tenebitur injuriarum.

§. 171.

Ita etiam (ne dicas, in adductis exemplis ideò ſic pronunciandum eſſe, qvia prior beneficium, hic injuriam planè non intenderat) qvi commoditatis causâ ædificium ſuum tollit, etſi ſecundario intendat vicino ſuo lumina obſcurare, vicino injuriam non facit.

§. 172.

Eſt enim intentio ſecundaria hoc loco, qvando ex inſtinctu merè naturali appeto medium aliqvod ad proſeqvendum finem, non appetiturus, ſi alio medio finem conſeqvi poſſem.

§. 173.

Igitur ut ad noſtros caſus regrediamur, & in iis intenditur principaliter vitæ defenſio, ſecundariò alterius interfectio, qvæ & in iis ſpeciebus ſæpè non accidit alteri neceſſariò, etſi ſit valdè probabilis. Igitur & tum vitam ſuam defendentes dicendi erunt cauſæ per accidens mortis alienæ, vel cauſam præbebunt occiſioni phyſicam qvidem, at non moralem.

§. 174.

Aliam eſſe rationem arbitror ejus, *qvi à tyranno, niſi vitam propriam velit perdere, jubetur interficere hominem innocentem,* qvia

Digitized by Google

qvia origo neceſſitatis venit ab homine, in ſuppeditatione medii principaliter intendente actum legi contrarium.

§. 175.

Neqve adeò rem hîc conficere videtur diſtinctio, utrum princeps civi ſuo qvid mandet tanqvâm actionem civi propriam, an tanqvàm meram executionem ejus actionis, qvæ propriè imperantis eſſe debeat; ac ſi in hoc ultimo caſu, ad qvem etiam pertineat occiſio hominis innocentis, non magis factum iſtud civi imputari poſſit, qvâm gladio aut ſecuri cædes.

§. 176.

Nam uti qvidem iſta comparatio hominis cum gladio multas patitur diverſitatis rationes, ita vereor, ut juſſa interfectio hominis, qvem is, qvi jubetur, certò innocentem novit, poſſit appellari mera executio, & cum mandatâ lectione orationis, in qvâ multa comprehenduntur, mendacia (utpote, qvæ non magis crimen eſt, qvam ſcriptura verborum blaſphemorum ab actuario judicii facta) comparari. Aut, ſi cædem innocentis ad meram executionem referre velis, qværerem differentiam inter necem ho-

minis innocentis, & mandatum ſtuprum matri inferendum, cujus executionem ita gravem eſſe ac fœdam fatentur omnes, ut generoſum habeatur, mori malle, qvàm eò patrando ſua membra accommodare. Uti enim hoc ſtuprum ad legem poſitivam infrà referemus, ita homicidium haud dubiè lege naturali eſt prohibitum.

§. 177.

Reſtat ut videamus, an neceſſitas tribuat jus *ad auferendas res alienas?* Seu an hoc pacto committatur furtum? Varii hîc procedunt variè. Alii enim *furtum committi* arbitrantur, *ſed nullâ pœnâ plectendum*, qvi contradictionem ferè videntur involvere, delictum nominantes, qvod nullam pœnam mereatur.

§. 178.

Alii *caſum neceſſitatis* in hâc qvæſtione *non eſſe dabilem* putant, ſed argumentatione non firmiter inferente.

§. 179.

Alii furtum eſſe negantes, in ſingulis furti definitionibus aſylum qværunt. Hi enim non contrectari *rem alienam* ſtatuunt, reviviſcente hoc caſu communione primævâ; Illi dominium non eſſe *jure*

*invi-*

*invitum* affirmant; iſti non ſubeſſe *fraudulentam* contrectationem arbitrantur, qvibus & nos adſtipulamur.

§. 180.

Qvoniam ſcilicet in caſu extremæ neceſſitatis officia humanitatis mutantur in obligationem perfectam. Atqve hoc, uti cum debitis limitationibus jam alii fuſius expoſuerunt, ac præterea ex dicendis ſuo loco pateſcet; Ita vel ipſi contradicentes concedunt, communiter indigenti, ut magiſtratum adeat, (indicio, perfectam ſubeſſe obligationem) conſulentes.

§. 181.

Unde profectò, ut uno verbo me expediam, qvi in formatâ ſpecie furtum committi arbitrantur, furti definitionem ignorant.

§. 182.

Deniqve neceſſitas ſumma, in qvam ſine culpâ incidimus, veniam indulget, *res alienas non pretioſiores noſtris perdendi*, ut tamen qvandoqve in partem damni veniamus & ejus æſtimationem ex parte alteri reſtituamus, unde dependet æqvitas *legis Rhodiæ de jactu*, diſciſſio retium, in qvæ navis mea impulſa eſt.

§. 183.

Cæterum difficilior eſt inſpectio, an *neceſſitas circa res noſtras amittendas* verſans ſimile jus in res alienas perdendas concedat. Nam uti neceſſitas hæc niſi cum vitæ meæ periculo cõjuncta ſit, pro ſummâ haberi non poterit, ita qvod aliqvi inde deducunt, acſi ei, qvi pium bellum gerit, liceat occupare locum in ſolo pacato ſitum, ſi certum ſit periculum, ne hoſtis eum locum invadat; etiamſi cautiones ab iis addi ſolitæ obſerventur, magis tamen ad ea pertinet, qvibus venia *indulgetur*, qvàm qvæ juris naturalis titulo defendi poſſunt.

§ 184.

Inter eos vero, qvi in *ſtatu civili* vivunt, facilius defenditur, propter juſſum potiſſimum aut tolerantiam ejus, qvi τὸ κύριον gerit, v. g. *deſtructio ædium tempore incendii, præſtatio cautionis de damno infecto, conceſſio itineris ad fundum meum* vicinorum fundis circumdatum, & ſi qvæ ſunt ſimilia.

## CAPUT II.

# De Officio hominis erga alios, & in ſpecie de cuſtodienda æqvalitate inter homines.

§. 1.

SEqvuntur officia hominum *erga alios* homines. Qvæ qvidem vel dirigunt homines viventes *in certâ ſocietate*, vel reſpiciunt homines qvosvis *in qvacunq; ſocietate* vivant.

§. 2.

*Communia* hæc vel immediatè ex Dei voluntate ortum trahunt, citra & ante omnem conſenſum humanum, vel præſupponunt jam pacta & conventiones hominum.

§. 3.

Poſſes adeò illa vocare *Abſoluta*, hæc *hypothetica*. Qvod ſi tamen illa *connata*, hæc *acqviſita* appellare velis, non refragabimur, cum abſolutis correſpondeat obligatio connata, hypotheticis abſoluta.

§. 4.

Ferè enim doctrinæ cauſa diſtinctio hæc præceptorum reperta eſſe videtur, non magnum adeò momentum allatura ad controverſias definiendas.

§. 5.

§ 5.

Qvod enim affertur, inter obligationes à ſuperiore injunctas, & eas, qvæ ex mutua conventione oriuntur *id videri diſcriminis*, qvod hæ qvidem ſtatim aliqvem non amplius ſtringant, qvando alter prius ab iisdem diſceſſit; illæ autem adhuc tenere poſſint ad qvid præſtandum, licet alter in officio mutuo reſpondere deſierit, idqve qvia per autorem obligationis penſari poteſt, qvod iſte minus juſto habet, paululum obſcurius eſt.

§. 6.

Sicut & illud, qvod hactenus tamen obligatio ad exercenda adverſus alterum officia juris naturalis, ut ut â ſupremo numine injuncta, conveniat cum obligatione ex qvavis conventione ortâ, qvod ubi unus ab eâ diſcedat, idem ab altero illa officia poſtulare amplius neqveat, & præterea hic jus accipiat, iſtum per vim ad ſatisfactionem adigendi.

§. 7.

Qvod ſi tamen, uti videtur, iſte horum eſt ſenſus in utriſqve præceptis me illi, qvi eadem primus violavit, nunqvam obligari, obligari tamẽ poſſe extra ordinẽ ſuperio-

periori in præceptis abſolutis, dari poſſunt inſtantiæ non unæ.

§. 8.

Verùm eſt: poteſt Superior me adigere, ut lædenti, cui aliàs in ſtatu naturali, qvamdiu in ſtatu læſionis manebat, non obligabar, læſionem citra ſatisfactionem ab ipſo factam condonem. Cœterùm uti hæc voluntas ſuperioris regulariter & citra revelationem peculiarem non præſumitur, ita eadem non ſaltem in præceptis abſolutis, ſed & hypotheticis locum ſibi vindicare poteſt.

§. 9.

Nam qvis neget, DEUM aut alium imperantem ſubjectum ſibi cœteris paribus adigere poſſe, ut alteri etiam à contractus fide recedenti fidem ſervet, aut rem propriam ipſi eam reſtituere nolenti condonet &c.

§. 10.

Rurſus qvod dicitur, abſtrahendo à tali ſuperioris ſpeciali voluntate inutrisqve præceptis lædenti me ad officium reciprocum non teneri, id in obligatione inter pares ſaltem, aut intuitu obligationis, qvâ ſuperiores homines tenentur inferio-

ſerioribus, haud qvaqvam vero, niſi principia Monarcho machica ſeqvi velimus, in obligatione, qvâ inferiores ſuperioribus obſtricti ſunt, procedit, ſive hoc caſu obligatio oriatur ex præcepto hypothetico ſive ex abſoluto.

§. 11.

Inter *abſoluta* vero præcepta id omnium primum eſſe videtur, qvod ex ſtatu hominum oritur, qvem ſuprà diximus ſtatum *humanitatis*.

§. 12.

Qvæ cum in omnibus hominibus in univerſum, ſeu imperantibus ſeu parentibus exiſtat, hactenus *æqvalitatem* aliqvam inter eos gignit.

§. 13.

Et hæc *æqvalitas* qvidem diverſi modè declarari poterit, partim ex *dictamine rationis*, partim in ſubſidium aſſumtâ *revelatione*. *Priori* modo vel ſecundum naturam hominis *rectam*, vel ſecundum *corruptam*.

§. 14.

Nam ſi initio conſideres *eſſentiam hominis* & *exiſtentiam* qvà *animal* eſt, ad eandem ſtirpem omnes homines referunt

runt originem, eodem modo propagantur, naſcuntur, moriuntur, naturæ ſuperflua in fœditatem converſa ejiciunt, fortunæ ludibrio omnes ſunt obnoxii &c.

§. 15.

Sed hæc qvidem *æqvalitas naturalis* ferè homini cum beſtiis eſt communis, nullamqvè adeô ex ſe regulam vitæ producere apta, unde magis huc facit *æqvalitas juris*, & qvà ſunt *homines*, qvod nimirum omnes, qvantiſcunqve animi, corporis aut fortunæ bonis antecellant alios, non minus tamen juris naturalis officia adverſus illos exercere debeant, ac ipſi ab illis eadem expectant, nec plus licentiæ ipſis concedatur alios injuriâ afficiendi; qvod item illi qvi carent abundantiâ bonorum corporis, fortunæ, ac animi, non ſint deterioris conditionis circa fruitionem communis juris qvàm alii.

§. 16.

Qvodſi inſuper *ſtatum hominis corruptum* ſpectemus, deprehendemus inſuper *æqvalitatem malitiæ*, qva homines adulti æqvè pollent viribus alios lædendi, & ipſis damnum inferendi, ſi non violentiâ, ſaltem dolo & fraude.

§. 17.

§. 17.

Cave tamen hanc ultimam æqvalitatem hîc principaliter conſideres, qvod fecit Hobeſius, cum potius debeat occupare locum appendicis.

§. 18.

Inter *Chriſtianos* verò huc omninò facit *à lumine Scripturæ* dependens *æqvalitas Chriſtianiſmi*, qvod v. gr. amici DEI non nobilitate, potentia, aut opibus, ſed pietatis ſinceritate, ad qvam omnes æqve tenentur, æſtimari debeant, ac in extremo judicio, præmiisqve ac pœnis poſtumis nulla ſit ratio habenda eorum, qvibus in vitâ humanâ mortales præ aliis ſe efferunt.

§. 19.

Ex his itaqve qvas hactenus diximus æqvalitatibus, potiſſimum verò ex æqvalitate juris oritur *præceptum generale*, officia, omnium hominum inter ſe dirigens. ALIUM HOMINEM TANQVAM ÆQVE HOMINEM TRACTA.

§. 20.

Eſſe verò hoc præceptum in iſta claſſe *generale*, non ſolum oſtendunt concluſiones

nes reliqvorum exinde deducendorum, ſed maximopere probat effatum Salvatoris, ſummam legis officia erga alios dirigentis hanc eſſe docentis. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.*

§. 21.

Unde qvemadmodum cum hâc Chriſti formulâ noſtra ferè coincidit, ita affines utriqve ſunt aliæ ejuſdem periphraſes, puta: *Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, item *Qvod qvisqve juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur*, qvamvis non ſint ita evidentes, & poſterius hoc in jure Romano multò uſurpetur anguſtius.

§. 22.

Non confundere autem cum eâ, qvam hactenus expoſuimus, æqvalitate debemus *æqvalitatem libertatis* ſeu *poteſtatis*, per qvam hactenus omnes homines naturaliter ita æqvales intelliguntur, qvod citra antegreſſum factum aut pactum humanum nemo poteſtatis qvid in alterum habeat, ſed qvilibet ſuarum actionum & virium ſit moderator.

§. 23.

Hæc enim æqvalitas non eſt inter omnes

mnes homines, ſed eos ſaltem qvi vivunt in ſtatu naturali.

§. 24.

Ei vero oppoſita *inæqvalitas*, etſi inter eos potiſſimum deprehendatur, qvos jam ſuprâ vivere diximus in ſtatu civili, non tamen omnis poſt civitates demum fuit introducta, ſed ex parte provenit à ſtatu patrum familiâs, civitates antegreſſo, ut infrà ſuo loco demonſtrabitur.

§. 25.

Hinc ſuâ ſponte fluit, qvod præceptũ noſtrum etiam inter eos, qvi qvoad libertatem inæqvales ſunt, obtineat, ſunt enim & hi æqvè homines inter ſe.

§. 26.

Id tamen notandum, præceptum noſtrum inter eos, qvi in ſtatu naturali vivunt, plerumque mutuò producere jus perfectum, inter eos autem, qui vivunt in ſtatu Civili, illos, qvi imperium habent, obligare ſaltem imperfectè.

§. 27.

Qvin & in ſtatu civili officia civium inter ſe ex hoc præcepto propullulantia ſœpius ab imperante pro diverſitate utilitatis Reip. limitari ſolent.

§. 28.



§. 28.

Ut igitur eò melius intelligas, qvid per præceptum de cuſtodiendâ æqvalitate hic inculcetur, reſolvemus idem in præcepta *qvatuor ſpecialia*, duo negativa, duo affirmativa.

§. 29.

Scilicet is æqualitatem obſervat, qui nec ſibi plus quàm alteri, nec alteri minus ſibi, ſed æqualia utrobique tribuit.

§. 30.

Itaque *primum negativum* præceptum inculcat, ne mihi plus tribuam alteri, quod fit per *ſuperbiam*.

§. 31.

*Alterum negativum* vult, ut me alteri minus tribuam, quod fit per *læſionem*.

§. 32.

*Primum affirmativum*, ut alteri æqualia exhibeam citra pactum, quod fit per *officia humanitatis*.

§. 33.

*Secundum*, ut alteri æqualia præſtem poſt pactum, quod fit *ſervandis promiſſa*. De ſingulis ſeorſim.





Digitized by Google

§. 28.

Ut igitur eò melius intelligas, qvid per præceptum de cuſtodiendâ æqvalitate hic inculcetur, reſolvemus idem in præcepta *qvatuor ſpecialia*, duo negativa, duo affirmativa.

§. 29.

Scilicet is æqualitatem obſervat, qui nec ſibi plus quàm alteri, nec alteri minus ſibi, ſed æqualia utrobique tribuit.

§. 30.

Itaque *primum negativum* præceptum inculcat, ne mihi plus tribuam alteri, quod fit per *ſuperbiam*.

§. 31.

*Alterum negativum* vult, ut ne alteri minus tribuam, quod fit per *læſionem*.

§. 32.

*Primum affirmativum*, ut alteri æqualia exhibeam citra pactum, quod fit per *officia humanitatis*.

§. 33.

*Secundum*, ut alteri æqualia præſtem poſt pactum, quod fit *ſervandis promiſſis*. De ſingulis ſeorſim.



Digitized by Google

## CAPUT. III.

# De Vitanda ſuperbia.

§. 1.

IN primo itaque præcepto negativo: VITA SUPERBIAM, initio ex dictis facile cognoſci poteſt, quid ſit *ſuperbia*. Nam ſenſus præcepti noſtri eſt. Ut ne quis, cui peculiare jus non eſt quæſitum, plus ſibi quam reliquis arroget, ſed alios æquo ſecum jure frui permittat.

§. 2.

Ergo *ſuperbia* eſt vitium, quo quis ſibi ſine juſta cauſa plus tribuit aliis.

§. 3.

Uti enim illi ad ſocietatem qvam maximè ſunt idonei, qvi facile eadem omnibus permittunt, ita planè inſociabiles ſunt, qvi dum aliis ſeſe ſuperiores exiſtimant, omnia licere ſibi ſolis volunt, omnia ſibi ignoſcunt, nihil aliis remittunt, & ante cœteros honorem ſibi arrogant, partemqve præcipuam ex rebus in medio poſitis, ubi nullo præ reliqvis jure eximio pollent, lapidibus aſperis & anguloſis ad ædificia incommodis omninò ſimiles.

§. 4



§. 4.

Exerit vero ſuperbia in homine ſe dupliciter, vel *abſque*, vel *cum contemtu* aliorum ſignis exterioribus, factis, verbis, vultu, riſu, dono, pictura &c. declarato.

§. 5.

Utraqve, ſed potiſſimum tamen prior vel rationibus qvibusdam nititur & *prætextibus*, non juſtis qvidem, ſed ſaltem plauſibilibus, à virtutibus corporis & ingenii, item honore & divitiis deſumtis, vel ne qvidem prætextus allegare poteſt.

§. 6.

Differunt hæ ſuperbiæ ſpecies gradibus. *Quæ* prætextus habet, *infimum* gradum obtinet, homineſqve non reddit planè inſociabiles, ac ſæpius cæteris paribus inter homines excuſationem præbet, qvam poſſes adeò diſtinctionis gratia nominare *ſuperbiam ſimpliciter*.

§. 7.

Qvæ rationibus omnibus caret, *medio* loco eſt poſita, qvando qvis cum nihil cogitet ſibi ineſſe meriti, propter qvod æſtimetur, gloriam in uſurpatione pu-



Digitized by Google

§. 4.

Exerit vero ſuperbia in homine ſe dupliciter, vel *absqve*, vel *cum contemtu* aliorum ſignis exterioribus, factis, verbis, vultu, riſu, dono, pictura &c. declarato.

§. 5.

Utraqve, ſed potiſſimum tamen prior vel rationibus qvibusdam nititur & *prætextibus*, non juſtis qvidem, ſed ſaltem plauſibilibus, à virtutibus corporis & ingenii, item honore & divitiis deſumtis, vel ne qvidem prætextus allegare poteſt.

§. 6.

Differunt hæ ſuperbiæ ſpecies gradibus. *Qvæ* prætextus habet, *infimum* gradum obtinet, hominesqvè non reddit planè inſociabiles, ac ſæpius cæteris paribus inter homines excuſationem præbet, qvam poſſes adeò diſtinctionis gratiâ nominare *ſuperbiam ſimpliciter*.

§. 7.

Qvæ rationibus omnibus caret, *medio* loco eſt poſita, qvando qvis cum nihil cogitet ſibi ineſſe meriti, propter qvod æſtimetur, gloriam in uſurpatione putat

tat conſiſtere, qvaſi qvi illius ſibi plus arrogent, ejusdem qvoqve plus habeant.

§. 8.

Hoc vitium tam abſurdum eſt, ut vix credibile ſit, dari qvi ita ſe proſtituerent, ni multi eſſent aſſentatores, qvi vanâ ſuâ laude hebetiores in iſtanc ſuperbiã propellant. Nam & per ſe ſtultum eſt, propter nihil ſe magni æſtimare, & alios omnes pro ſtultis habet, qvi credit, qvod ipſum citrà rationem ſint æſtimaturi.

§. 9.

Igitur non facilè excuſationem præbet ut prior ſpecies, neqve tamen inter homines pœna in eandem ſtatuta, cum ſibi magis qvam aliis noceant, qvi hoc vitio affecti ſunt. Unde miſeratione potius digni videntur, qvam indignatione, & riſum magis aliorum cient qvam iram. Hinc & ſæpius aliorum delectationi inſerviunt. Poſſes adeo hoc genus vocare *ſtultam ſuperbiam.*

§. 10.

Sed qvæ inſuper alios contemnit, *injuria intolerabilis* eſt, qvia per eam aliorum animi aſperius in iras ac ulciſcendi libidinem concitantur, adeo ut multi deprehendantur, qvi vitam malint præſenti



ti periculo exponere, multo magis pacem adverſus alios abrumpere, qvàm contumeliam multam pati. Qvippe cum per hanc alter intendat violare gloriam & exiſtimationem, cujus integritate & vigore omnis animi voluptas conſtat.

§. 11.

Qvapropter, uti hæc ſuperbia, juſtam belli cauſam præbet, ita in Civitate juſtis pœnis coërcetur. Accedit enim qvã proxime ad læſionem præcepti seqventis, & à gentibus communiter peculiaris delicti, *contumeliæ* vel *injuriæ* nomen ipſi eſt impoſitum.

§. 12.

Poſſes verò *contumeliam*, abſtrahendo à legibus civilibus non incommodè diſtingvere in eam, qvæ fit *abſqve exprobratione defectus* alicujus in altero, ut ſi qvis variis vultus, manuum, & aliis membrorum corporis figuris alteri illudat; vel qvæ alteri *defectus qvosdam* vel verbis vel factis, puta habitu, pictura &c. *exprobrat.*

§. 13.

*Poſterior* hæc vel exprobrat alteri defectus *naturales* vel vitia *moralia.*

 §. 14.

Digitized by Google

ti periculo exponere, multo magis pacem adverſus alios abrumpere, qvàm contumeliam multam pati. Qvippe cum per hanc alter intendat violare gloriam & exiſtimationem, cujus integritate & vigore omnis animi voluptas conſtat.

§. 11.

Qvapropter, uti hæc ſuperbia, juſtam belli cauſam præbet, ita in Civitate juſtis pœnis coërcetur. Accedit enim qvã proximè ad læſionem præcepti ſeqventis, & à gentibus communiter peculiaris delicti, *contumeliæ* vel *injuriæ* nomen ipſi eſt impoſitum.

§. 12.

Poſſes verò *contumeliam*, abſtrahendo à legibus civilibus non incommodè diſtingvere in eam, qvæ fit *absqve exprobratione defectus* alicujus in altero, ut ſi qvis variis vultus, manuum, & aliis membrorum corporis figuris alteri illudat; vel qvæ alteri *defectus qvosdam* vel verbis vel factis, puta habitu, pictura &c. *exprobrat*.

§. 13.

*Poſterior* hæc vel exprobrat alteri defectus *naturales* vel vitia *moralia*.



Digitized by Google

§. 14.

Differunt hæ tres ſpecies iterum gradibus, prima *gravis*, altera *gravior* eſt, tertia *graviſſima*.

§. 15.

Simul patet vulnerationem, verberationem, occiſionem, cum non famam & gloriam per ſe impetant, magis pertinere ad cap. ſeqvens.

§. 16.

Qvod vero eædem à JCtis Romanis ad *Injuriam* relatæ fuerint, fortè exinde factum eſt, qvod damni per hæc facta dati in libero homine æſtimatio non eſſet ordinaria, adeoqve non videretur qvadrare ad actionem Legis Aqviliæ, veram rerum & communem æſtimationem intendentis. Retulerunt ergo ad actionem injuriarum, in qvâ qvoniam exiſtimationis tanqvam boni extra commercium poſiti qvaſi æſtimatio permitteretur actori, non videbatur inconveniens, ſi ſimile qvid concederetur actori in bono ſanitatis & integritatis membrorum læſis.

§. 17.

Ex dictis etiam colligitur, meritò exploden-



plodendam illam ſententiam, ex Græcis antiqvis hauſtam, qvà qvidam homines *naturâ ſervi* ſtatuuntur, id qvod adverſâ fronte cum æqvalitate hominum naturali & tranqvillitate communi pugnat, qvatenus ii, qvi ſe natura liberos & ſapientes arbitrantur, in ſervos naturâ tanqvam ſtupidos & barbaros imperium prætendunt.

§. 18.

Oppoſita ſuperbiæ eſt *humilitas*, ſemper veræ generoſitati comes, qvæ conſiſtit in reflexione, qvam facimus ſuper infirmitate naturæ noſtræ & erroribus, qvos olim potuimus commiſiſſe aut deinceps poterimus committere, qvi non minores ſunt iis, qvi ab aliis commiti poſſunt.

§. 19.

Per hanc enim efficitur, ut nos nemini præferamus, reputantes, cœteros æqve benè ſuo libero arbitrio ac nos uti poſſe, cum eo æqvè polleant. Hujus enim legitimus uſus unicum illud eſt, qvod homo pro ſuo reputare poſſit, & qvo ſeſe æſtimare aut deſpicere qveat.



Digitized by Google

plodendam illam ſententiam, ex Græcis antiqvis hauſtam, qvâ qvidam homines *naturâ ſervi* ſtatuuntur, id qvod adverſâ fronte cum æqvalitate hominum naturali & tranqvillitate communi pugnat, qvatenus ii, qvi ſe natura liberos & ſapientes arbitrantur, in ſervos naturâ tanqvam ſtupidos & barbaros imperium prætendunt.

§. 18.

Oppoſita ſuperbiæ eſt *humilitas*, ſemper veræ generoſitati comes, qvæ conſiſtit in reflexione, qvam facimus ſuper infirmitate naturæ noſtræ & erroribus, qvos olim potuimus commiſiſſe aut deinceps poterimus committere, qvi non minores ſunt iis, qvi ab aliis commiti poſſunt.

§. 19.

Per hanc enim efficitur, ut nos nemini præferamus, reputantes, cœteros æqvè benè ſuo libero arbitrio ac nos uti poſſe, cum eo æqvè polleant. Hujus enim legitimus uſus unicum illud eſt, qvod homo pro ſuo reputare poſſit, & qvo ſeſe æſtimare aut deſpicere qveat.

## CAPUT. IV.

# De non lædendis aliis & de damno dato reſarciendo.

§. 1.

*Alterum præceptum negativum*, qvod ex ſtatu humanitatis & præcepto de cuſtodiâ æqvalitatis profluit, eſt: NEMINEM LÆDE.

§. 2.

Eſt hoc præceptum uti ambitu ſuo *latiſſimum*, ita obſervatu *facilimum*, qvin & maximè *neceſſarium*, qvod citra illud ſocialis hominum vita nullo modo conſiſtere qveat.

§. 3.

Cœterum *læſionis* vox eſt ambigua. Denotat enim 1. *denegationem juris cujuscunq;* alteri debiti etiam ex obligatione imperfectâ, qvi tamen ſignificatus eſt abuſivus.

§. 4.

2. Sumitur pro *denegatione juris perfecti*, tam ex pacto denegantis nobis debiti, qvam ſine eo; ita in contractibus læſio intercedere dicitur.

§. 5



§. 5.

3. *Pro denegatione juris tantum absqve pacto ejus qvi me lædit debiti*, ſive hæc denegatio intendat læſionem bonorum, qvæ regulariter vi injuſta auferri neqveunt, qvalis eſt honor & exiſtimatio mea, ſive eorum, qvæ læſioni injuſtæ etiam ſunt obnoxia: ita me lædit, qvi me contumelia afficit.

§. 6.

4. Pro *læſione bonorum ſaltem poſterioris generis*, ſive hæc ſint bona corporis, ſive bona fortunæ; Ita vulneratio læſio eſt.

§. 7.

5. Deniqve pro *læſione ſaltem bonorum fortunæ* v. gr. qvando qvis pecudem meam interficit, res alias corrumpit aut eas furto aufert.

§. 8.

*Primus ſignificatus* huc non ſpectat, non ſolum qvia abuſivus eſt, ſed & qvia qværimus hic ſpeciale aliqvod præceptum non generale, tum qvia magis ſpectat ad caput ſeqvens.

§. 9.

Neqve *ſecundus ſignificatus* eſt hujus loci, læſio enim, qvæ in contractibus inter

Digitized by Google

§. 5.

3. *Pro denegatione juris tantum absqve pacto ejus qvi me lædit debiti*, ſive hæc denegatio intendat læſionem bonorum, qvæ regulariter vi injuſta auferri neqveunt, qvalis eſt honor & exiſtimatio mea, ſive eorum, qvæ læſioni injuſtæ etiam ſunt obnoxia: ita me lædit, qvi me contumelia afficit.

§. 6.

4. Pro *læſione bonorum ſaltem poſterioris generis*, ſive hæc ſint bona corporis, ſive bona fortunæ; Ita vulneratio læſi oeſt.

§. 7.

5. Deniqve pro *læſione ſaltem bonorum fortunæ* v. gr. qvando qvis pecudem meam interficit, res alias corrumpit aut eas furto aufert.

§. 8.

*Primus ſignificatus* huc non ſpectat, non ſolum qvia abuſivus eſt, ſed & qvia qværimus hic ſpeciale aliqvod præceptum non generale, tum qvia magis ſpectat ad caput ſeqvens.

§. 9.

Neqve *ſecundus ſignificatus* eſt hujus loci, læſio enim, qvæ in contractibus inter

ter cedit, pertinet ad præceptum de fide ſervanda.

§. 10.

*Tertium* vero ab hoc capite alienum eſſe oſtendunt ea, qvæ diximus capite præcedenti.

§. 11.

Igitur ſuccedit *qvartus*, qvi propriè huc pertinet. Unde ſenſus præcepti noſtri eſt. *Non corrumpas aut auferas alterius bonum corporis vel fortunæ, qvod citra tuum pactum poſſidet, neve eum in uſu ejusdem impedias.*

§. 12.

Notanter dico, *qvod citra tuum pactum poſſidet.* Muniuntur enim hoc præcepto non illa tantum, qvæ immediatè nobis ipſa natura conceſſit, uti eſt vita, corpus, membra, pudicitia, libertas, ſed & idem præceptum ſe diffundit ad omnia inſtituta & conventiones, qvibus aliqvid homini acqviritur, ut ſunt regulariter divitiæ, modo non debeantur præciſe ex conventione lædentis.

§. 13.

Sed cui uſui nunc erit ſignificatus *qvintus*? Illum addidi propter *Legem Aqviliam*



*am Romanorum*, qvæ reſpiciebat ad ſolas divitias? Cur non & ad reliqva corporis bona, item ad pudicitiam, ex dictis capite præcedenti liqvet.

§. 14.

Ex læſione vero *damnum* oritur, qvod adeo hoc loco eſt *carentia boni alicujus ob alterius factum jure deſtitutum.*

§. 15.

Uti autem omnia præcepta negativa ſub ſe comprehendunt affirmativa, ita & conſeqvens præcepti noſtri eſt: DAMNUM DATUM RESARCI.

§. 16.

Si enim ubi de facto qvis læſus fuerit, damnum ipſi gratis ſit devorandum & qvi læſit, fructu ſuæ injuriæ ſecurè & citra refuſionem gaudere qveat, vanum & omnino inutile foret præceptum de non lædendis aliis.

§. 17.

Sed damnum varias diſtinctiones recipit. Eſt enim 1. vel *poſitivum*, cum alicui aufero qvod jam ejus eſt, ut ſi furtum committo, aut ædes ejus comburo; vel *privativum* qvando intercipio lucrum, qvod juſtè ſperabat.

§. 18.

Digitized by Google

*am Romanorum*, qvæ reſpiciebat ad ſolas divitias? Cur non & ad reliqva corporis bona, item ad pudicitiam, ex dictis capite præcedenti liqvet.

§. 14.

Ex læſione vero *damnum* oritur, qvod adeo hoc loco eſt *carentia boni alicujus ob alterius factum jure deſtitutum*.

§. 15.

Uti autem omnia præcepta negativa ſub ſe comprehendunt affirmativa, ita & conſeqvens præcepti noſtri eſt: DAMNUM DATUM RESARCI.

§. 16.

Si enim ubi de facto qvis læſus fuerit, damnum ipſi gratis ſit devorandum & qvi læſit, fructu ſuæ injuriæ ſecure & citra refuſionem gaudere qveat, vanum & omnino inutile foret præceptum de non lædendis aliis.

§. 17.

Sed damnum varias diſtinctiones recipit. Eſt enim 1. vel *poſitivum*, cum alicui aufero qvod jam ejus eſt, ut ſi furtum committo, aut ædes ejus comburo; vel *privativum* qvando intercipio lucrum, qvod juſte ſperabat.

§. 18.

§. 18.

2 Damnum vel cum *lucro lædentis conjunctum eſt*, ut in furto, vel *non eſt* conjunctum, ut in combuſtione ædium.

§. 19.

3 Damnum datur vel *directo* in ipſa re, vel *per conſeqventiam* v. gr. in fructibus rei, &c.

§. 20.

4 Datur vel *dolo* ſeu ex proæreſi, vel *culpa* ſive ex omiſſione diligentiæ debitæ.

§. 21.

Et qvidem 5 vel *facto commiſſionis*, ut in furto, item ſi ignem ſupponam rei alienæ, vel *facto omisſionis*, ut ſi ignem non extingvam, aut muniam, cum hæc facere debuiſſem.

§. 22.

6 Qvoad factum commiſſionis, vel lædo alterum *immediatè* per meum corpus, ut ſi manu alterius rem rumpam aut lacerem, vel *mediantibus* aut *cauſis naturalibus*, ut ſi gladio, fuſte, igne rem alterius perdam, aut *hominibus*, ut ſi per emiſſarios ipſum lædi curem.

§. 23.

Unde 7. Damnum do vel *ſolus* vel ut *cauſa ſocia*.

§. 24.



§. 24.

8. Eaqve vel ut *principalis* vel *minus principalis*, vel *æqve principalis*.

§. 25.

Omnia hæc damna hujus loci ſunt & in præcepto de damno dato reſarciendo includuntur.

§. 26.

Cujus adeo ſenſus eſt: *Ut de damno quocunqve modo ex his dato, læſo, vel per reſtitutionem ipſius rei, vel, ſi hæc fieri neqvit, ejus æſtimationis cum omni intereſſe ſatisfiat.*

§. 27.

Unde ſimul patet, nova *differentia ab actione Legis Aqviliæ*. Hæc enim non coercet damnum *privativum*, niſi per conſeqventiam, hoc eſt, qvatenus damnum poſitivum præſupponit.

§. 28.

Deinde nec datur ob damnum *qvod cum lucro lædentis* eſt conjunctum. Ibi enim jam læſo peculiari actione erat proſpectum, furti puta, vi bonorum raptorum, interdicto unde vi &c.

§. 29.

Porro, ut ad noſtri præcepti ſententiam recedamus, *de damno qvod per conſeqventiam datur*, in ſpecie notandum, illius

Digitized by Google

§. 24.

8. Eaqve vel ut *principalis* vel *minus principalis*, vel *æqve principalis*.

§. 25.

Omnia hæc damna hujus loci ſunt & in præcepto de damno dato reſarciendo includuntur.

§. 26.

Cujus adeo ſenſus eſt: *Ut de damno qvocunqve modo ex his dato, læſo, vel per reſtitutionem ipſius rei, vel, ſi hæc fieri neqvit, ejus æſtimationis cum omni intereſſe ſatisfiat.*

§. 27.

Unde ſimul patet, nova *differentia ab actione Legis Aqviliæ*. Hæc enim non coercet damnum *privativum*, niſi per conſeqventiam, hoc eſt, qvatenus damnum poſitivum præſupponit.

§. 28.

Deinde nec datur ob damnum *qvod cum lucro lædentis* eſt conjunctum. Ibi enim jam læſo peculiari actione erat proſpectum, furti puta, vi bonorum raptorum, inderdicto unde vi &c.

§. 29.

Porro, ut ad noſtri præcepti ſententiam recedamus, *de damno qvod per conſeqventiam datur*, in ſpecie notandum, illius

lius æſtimationem tum demum præſtan-
dam, ſi probabiliter valde bonum, qvod
peto, alias fuiſſem conſecuturus. Unde
ſervo ab alio herede inſtituto, eoqve, te-
ſtatore vivente, ab alio interfecto, occi-
ſor domino non præſtabit æſtimationem
hereditatis, præſtare vero tenebitur ſi
mortuo teſtatore id fecerit.

§. 30.

Similiter hic conſiderandum eſt, an-
non damnum per conſeqventiam *mea*
*potius culpæ* annumerandum ſit. Unde
regulariter, qvi furtum frumenti fecit,
domino pretium ſervorum, ablato fru-
mento fame necatorum, reſtituere non
erit obligatus.

§. 31.

*Utriusqve reqviſiti defectus* forte in iſto
exemplo latet, ſi piſcator retibus ablatis
ſimul petat æſtimationem piſcium, qvos
interim, ſi retia non fuiſſent ablata, cape-
re poterat.

§. 32.

Cum vero damnum malitia & *dolo* da-
tum eſt, inſuper is, qvi in ſtatu naturali
vivit, ad cautionem læſo præſtandam, in
ſtatu civili ad pœnam à principe patien-
dam eſt obligatus.

§. 33. In



§. 33.

In ſtatu tamen naturali & hoc caſu ul-
tro reſarcitionem offerenti & veniam pe-
tenti ea erit concedenda.

§. 34.

Si *culpâ* datum damnum ei, cui ex
contractu non obligor, qvæcunqve cul-
pa mea fuerit, reſarciendum erit da-
mnum.

§. 35.

Qvod ſi rem ex contractu detineam,
tum illam ſaltem culpam præſto, qvam
natura contractus fert. Unde ſi in re
depoſitâ per negligentiam damnum
dem, non tenebor, modo eâdem negli-
gentiâ ſimul perdita fuerit res mea.

§. 36.

Accuratè enim loqvendo, factum hoc
meum tum non eſt culpa, quia in depo
ſito majorem diligentiam alienis rebus
non adhibere teneor, quàm adhibeo re-
bus meis.

§. 37.

*Caſus* autem, hoc eſt, ſi nec ex propo-
ſito damnum datum ſit, neque per omiſ-
ſionem diligentiæ debitæ, non præſta-

Ee tur

§. 33.

In ſtatu tamen naturali & hoc caſu ultro reſarcitionem offerenti & veniam petenti ea erit concedenda.

§. 34.

Si *culpâ* datum damnum ei, cui ex contractu non obligor, qvæcunqve culpa mea fuerit, reſarciendum erit damnum.

§. 35.

Qvod ſi rem ex contractu detineam, tùm illam ſaltem culpam præſto, qvam natura contractus fert. Unde ſi in re depoſitâ per negligentiam damnum dem, non tenebor, modo eâdem negligentiâ ſimul perdita fuerit res mea.

§. 36.

Accuratè enim loqvendo, factum hoc meum tùm non eſt culpa, quia in depoſito majorem diligentiam alienis rebus non adhibere teneor, quàm adhibeo rebus meis.

§. 37.

*Caſus* autem, hoc eſt, ſi nec ex proæreſi damnum datum ſit, neque per omiſſionem diligentiæ debitæ, non præſta-

 tur

tur, ſed hunc, ut in proverbio eſt, ſentit dominus.

§. 38.

Unde non opus erit limitationem Doctorum addere, qvod tenear præſtare caſum, *quem culpa mea, vel dolus præceſſit*, ut ſi rem apud me depoſitam invito Domino aliunde transferam, eaqve à latronibus mihi auferatur. Hic enim non caſu, ſed culpa meâ domino rei damnum datur, non enim debuiſſem rem depoſitam aliò transferre.

§. 39.

Qvod ſi tamen pauper à locuplete per caſum fortuitum ſit læſus, liberalitati ipſius congruum erit, miſerum aliqvo beneficio ſolari. Sed hæc obligatio pertinet ad caput ſeqvens.

§. 40.

Ut verò qvis teneatur ad damnum reſarciendum tanqvam *cauſa ſocia*, neceſſe eſt, ut revera cauſa damni fuerit, & momentum attulerit ad totum damnum aut ejus partem.

§. 41.

Igitur ubi qvis ad ipſum actum, qvo damnum fuit datum, realis aliqvid opera



ræ non contulit, neqve, ut iſte ſuſciperetur, antecedenter effecit, neqve in partem emolumenti venit, is licet occaſione iſtius actus aliquo peccato obſtringatur, ad reſtitutionem tamen damni non tenebitur. Huc pertinent qui v. gr. alienis malis lætantur, qvi perpetratum damnum *laudant*, *excuſant*, qvi antequam fiat, *optant*, dum fit, *favent* aut aſſentantur.

§. 42.

Ex his, qvi *in impari gradu* damnum dederunt, *primò* ad damnum reſarciendum obligantur illi, qvi principaliter id produxerunt, *his deficientibus* ii qvi concurrerunt.

§. 43.

Adeoqve *primo* loco tenentur, qvi *imperio* aut alio modo ad neceſſitatem accedente ad factum impulerunt. *Patrator* facinoris, cui miniſterium detrectare non licuit, *inſtrumenti* ſaltem rationem habebit. Qvi *citra neceſſitatem* ad facinus acceſſit, ipſe *primo* loco tenebitur, tum cæteri, qvi ad facinus aliqvid contulerunt.



Digitized by Google

ræ non contulit, neqve, ut iſte ſuſciperetur, antecedenter effecit, neqve in partem emolumenti venit, is licet occaſione iſtius actus aliquo peccato obſtringatur, ad reſtitutionem tamen damni non tenebitur. Huc pertinent qui v. gr. alienis malis lætantur, qvi perpetratum damnum *laudant*, *excuſant*, qvi antequam fiat, *optant*, dum fit, *favent* aut aſſentantur.

§. 42.

Ex his, qvi *in impari gradu* damnum dederunt, *primò* ad damnum reſarciendum obligantur illi, qvi principaliter id produxerunt, *his deficientibus* ii qvi concurrerunt.

§. 43.

Adeoqve *primo* loco tenentur, qvi *imperio* aut alio modo ad neceſſitatem accedente ad factum impulerunt. *Patrator* facinoris, cui miniſterium detrectare non licuit, *inſtrumenti* ſaltem rationem habebit. Qvi *citra neceſſitatem* ad facinꝰ acceſſit, ipſe *primo* loco tenebitur, tùm cæteri, qvi ad facinus aliqvid contulerunt.

§. 44.

Qvod ſi à pluribus *in eadem cauſarum claſſe* conſtitutis idem actus profectus fuerit, in *actibus individuis*, ut ſunt incendium, perfoſſio aggeris & ſimiles, ſinguli tenebuntur in ſolidum, in *dividuis*, ut fit in vulneratione, ſinguli pro eo qvod fecerunt ſunt obligati, ſive utrobiqve cum conſpiratione, ſive citra eandem plures aliqvod facinus perpetraverint.

§. 45.

Si tamen ab uno illorum qvi inæqvaliter tenebantur, vel qvi ſinguli obligati erant in ſolidum damni reparationem conſecutus fuerim, reliqvi liberantur, repeto enim hic rei meæ æſtimationem, qvam ſi habeo, non poſſum ab alio idem bis petere.

§. 46.

Unde inter obligationem ad reſarciendum *damnum*, & *poenam*, multæ intercedunt differentiæ, cum ea, quæ hactenus diximus, in pœnis ferè ſe habeant aliter, ut in qvibus v. gr. laudatores & aſſentatores delicti pœnâ coerceri poſſunt, & ſæpius æqvali pœnâ notantur, qvi impari gradu damnum dederunt, & deni-

qve



qve per pœnam unius reliqvi non liberantur, de qvibus ſuo loco.

§. 47.

Igitur per noſtrum præceptum prohibita ſunt qvævis crimina, qvibus aliis noxa infertur, ut ſunt *cædes*, *vulneratio*, *verberatio*, *rapina*, *furtum*, *fraus*, *vis*, item quomodo, & qvatenus *pudicitia* læditur, ac maritus alienæ prolis educatione oneratur, *ſtuprum* & *adulterium*. Etſi ex dictis facilè ratio dari poſſit, cur pleraqve horum non coerceat lex Aqvilia.

§. 48.

*Homicida* juſtas tenetur impenſas in medicos factas, & iis, qvibus alimenta debebantur à defuncto, ſpem alimentorum ſolvere; Lucri verò, qvod occiſus facere poterat, ſi vixiſſet tanqvam omnino incerti, hic non habenda erit ratio, uti nec vitæ in libero homine, bene tamen in ſervo.

§. 49.

*Qui mutilavit*, ſimiliter tenebitur ad impenſas in vulnus curandum factas, & æſtimationem ejus, qvod jam, qvi mutilatus eſt, minus lucrari poteſt; qvanqvam & hic, ſi accuratè velis loqvi, abs-



trahen-

Digitized by Google

qve per pœnam unius reliqvi non liberantur, de qvibus ſuo loco.

§. 47.

Igitur per noſtrum præceptum prohibita ſunt qvævis crimina, qvibus aliis noxa infertur, ut ſunt *cædes*, *vulneratio*, *verberatio*, *rapina*, *furtum*, *fraus*, *vis*, item ſuo modo, & qvatenus *pudicitia* læditur, ac maritus alienæ prolis educatione oneratur, *ſtuprum* & *adulterium*. Etſi ex dictis facilè ratio dari poſſit, cur pleraqve horum non coerceat lex Aqvilia.

§. 48.

*Homicida* juſtas tenetur impenſas in medicos factas, & iis, qvibus alimenta debebantur à defuncto, ſpem alimentorum ſolvere; Lucri verò, qvod occiſus facere poterat, ſi vixiſſet tanqvam omninò incerti, hic non habenda erit ratio, uti nec vitæ in libero homine, bene tamen in ſervo.

§. 49.

*Qui mutilavit*, ſimiliter tenebitur ad impenſas in vulnus curandum factas, & æſtimationem ejus, qvod jam, qvi mutilatus eſt, minus lucrari poteſt; qvanqvam & hic, ſi accuratè velis loqvi, abs-

trahendo à legibus civilibus, non tam lucrum futurum tanqvam res incerta æſtimari debeat, qvam alimenta læſo per vulnerationem, ne ipſe in poſterum de-iis ſibi proſpicere poſſit impedito, ſuppeditari.

§. 50.

*Adulter* & *adultera* indemnem debent præſtare maritum, de alendâ prole adulterina, non tamen ut puto legitimis liberis rependere, ſi qvod damnum patiuntur ex concurſu ita ſuſceptæ ſobolis ad hæreditatem, etiamſi abſtrahamus à diſpoſitione legum civilium, circa ſucceſſionem liberorum ad ulterinorum, in bonis parentum; qvia partim hoc damnum non ſentiunt ab adultero, ſed à voluntate parentum, partim, quia ita liberis legitimis ſaltem intercipitur lucrum futurum, maximam partem incertum.

§. 51.

Qvi *virginem imminuit*, vi aut fraude, tenetur ei rependere, qvanti minoris jam ipſi defloratæ valet ſpes nuptiarum, qvod fit, ſi aut ducat aut dotet. Quæ ultrò in meram libidinem conſenſit, habet



bet quod ſibi imputet. Quod ſi qvis virginem pactione matrimonii ad concubitum pellexerit, non ducere quidem eam tenebitur, ſed in ſtatu naturali jam duxit.

§. 52.

*Fur* & *raptor* tenentur rem ſubtractam reddere, cum ſuo incremento naturali & cum ſeqvente damno & ceſſante lucro probabili; etiamſi pœnam inſuper furti aut rapinæ nomine cogantur ſuſtinere.

§. 53.

De Damnis inſuper à *ſervis* vel *animalibus noſtris* datis, citra culpam noſtram, leges Romanæ *actiones noxales* dabant, quæ, etſi ex noſtro præcepto non fluant, propterea tamen pro meris inventis juris civilis non erunt habendæ, ſed nituntur omninò æqvitate de præſtandis officiis humanitatis. De qvibus ſtatim

# CAPUT. V.
## De promiſcuis officiis Humanitatis.

§. 1.

TErtium præceptum *ſpeciale* ex ſtatu humanitatis & lege de cuſtodiendâ æqva-

bet quod ſibi imputet. Quod ſi qvis virginem pactione matrimonii ad concubitum pellexerit, non ducere quidem eam tenebitur, ſed in ſtatu naturali jam duxit.

§. 52.

*Fur* & *raptor* tenentur rem ſubtractam reddere, cum ſuo incremento naturali & cum ſeqvente damno & ceſſante lucro probabili; etiamſi pœnam inſuper furti aut rapinæ nomine cogantur ſuſtinere.

§. 53.

De Damnis inſuper à *ſervis* vel *animalibus noſtris* datis, citra culpam noſtram, leges Romanæ *actiones noxales* dabant, quæ, etſi ex noſtro præcepto non fluant, propterea tamen pro meris inventis juris civilis non erunt habendæ, ſed nituntur omninò æqvitate de præſtandis officiis humanitatis. De qvibus ſtatim

## CAPUT. V.

# De promiſcuis officiis Humanitatis.

§. 1.

TErtium præceptum *ſpeciale* ex ſtatu humanitatis & lege de cuſtodiendâ

æqvalitate deſcendens, inter duo *affirmativa* verò *primum* eſt; ALTERIUS HOMINIS UTILITATEM, QUANTUM COMMODE POTES, PROMOVE.

§. 2.

Socialitati enim in totum non ſatisfacit, qvi tantum abſtinet à læſione alterius, & ne alteri malè ſit, ſed tùm demum vita beata eſt & tranqvilla, ſi procuremus mutuo, ut nobis ſit benè.

§. 3.

In ſpecie verò *cuſtodia æqualitatis* hominem huc ducit. Cum enim homo deſideret non ſolum ea, ſine qvibus ſubſiſtere non poſſit, ſed & aliis opus habeat, ut commodè vitam tranſigat, ea verò ſine ope aliorum conſeqvi neqveat, neqve aliqvorum ſaltem, ſed indiſtinctè qvorumlibet, etiam vilium aliàs, operæ indigere poſſit; peccaret in æqualitatem, ſi non ipſe etiam, quod ab aliis indiſtinctè poſtulat, aliis indiſtinctè iterum præſtare ſit paratus.

§. 4.

Retuli verò hoc præceptum inter *abſoluta*. Neque te turbet, quod pleræque qvæſtiones ſpeciales præſupponant diſtin-



diſtinctionem dominiorum, omnis autem obligatio diſtinctionem dominiorum ſequens, ut infrà docebimus, pertineat ad præcepta hypothetica.

§. 5.

Qvicqvid enim hujus ſit, id tamen certum eſt, præceptum noſtrum qvoad primam originem, in *ſtatu poſt lapſum etiam, ante diſtinctionem dominiorum* habuiſſe locum, ut adeò ſubſecutâ dominiorum diſtinctione novæ qvidem concluſiones acceſſerint, ſed ex iiſdem tamen principiis ut antè deducendæ.

§. 6.

Nimirum promovetur alterius commoditas vel *re meâ*, vel *operis meis*.

§. 7.

His quidem vel *intuitu rerum ejus*, ut ſcilicet operis meis vel *augeantur*, vel *conſerventur*.

§. 8.

Vel *ſine reſpectu ad res ejusdem*, partim ut ſuccurram ipſi *adverſus injurias aliorum*, partim ut ſubſidia feram ipſi, in *corrigendis defectibus propriis*.

§ 9.

Sunt autem defectus illi vel *corporis*, ut conſilia



Digitized by Google

diſtinctionem dominiorum, omnis autem obligatio diſtinctionem dominiorum ſequens, ut infrá docebimus, pertineat ad præcepta hypothetica.

§. 5.

Qvicqvid enim hujus ſit, id tamen certum eſt, præceptum noſtrum qvoad primam originem, in *ſtatu poſt lapſum etiam, ante diſtinctionem dominiorum* habuiſſe locum, ut adeò ſubſecutâ dominiorum diſtinctione novæ qvidem concluſiones acceſſerint, ſed ex iisdem tamen principiis ut antè deducendæ.

§. 6.

Nimirum promovetur alterius commoditas vel *re meâ*, vel *operis meis*.

§. 7.

His quidem vel *intuitu rerum ejus*, ut ſcilicet operis meis vel *augeantur*, vel *conſerventur*.

§. 8.

Vel *ſine reſpectu ad res ejusdem*, partim ut ſuccurram ipſi *adverſus injurias aliorum*, partim ut ſubſidia feram ipſi, in *corrigendis defectibus propriis*.

§. 9.

Sunt autem defectus illi vel *corporis*, ut



Digitized by Google

conſilia ſuppeditem ſuſtentandi ſanitatem ejusdem; vel *animi*, ut ea qvæ neſcit doceam, aut aliis modis imperfectionibus *intellectus* ejus ſuccurram, tum à *peccatis* eum avocem, aut ſi peccatum ſit, amicè emendem.

§. 10.

Jam facilè patet, officia hæc humanitatis, qvando commoditas alterius operis meis ſine reſpectu ad res ejusdem promovetur, etiam ante diſtinctionem dominiorum habuiſſe uſum.

§. 11.

In *ſtatu itaque poſt lapſum* ſemper & fuit & eſt hujus præcepti uſus fertiliſſimus. Cæterum utrum & in *ſtatu integritatis* locum vindicasſet ſibi, non ita facilè definietur.

§. 12.

Nam qvod attinet officia, qvibus alteri re meâ aut operis meis ad conſervandas & augendas res ejus proprias ſuccurro, illa exulasſent credo à ſtatu, in qvo ob ſummam amicitiam nil niſi communio perpetua erat futura, ut infra demonſtrabitur fuſius.

§. 13.



§. 13.

Reliqva vero, qvibus alteri absqve intuitu rerum ſuccurro, officia, ut ex exemplis modo allatis patet, præſupponunt imperfectionem phyſicam, aut moralem, vel in eo cui officia præſtantur, vel in aliis: qvales imperfectiones in ſtatu iſto perfecto omninò abfuiſſent.

§. 14.

Niſi fortè ad ejusmodi officia velis recurrere, qvorum deſiderium non adeo magnam imperfectionem involvit, v. gr. ut erranti viam commonſtrem, ut lumen de lumine meo accendam &c. Qvamvis & de his ſit cogitandum ulterius.

§. 15.

Exerit autem ſe præcepti noſtri efficacia aliter inter eos, qvi in *ſtatu naturali* vivunt, aliter inter eos, qvi degunt in *civitate*.

§. 16.

Inter *illos regulariter* producit *obligationem imperfectam* ſaltem, & hoc modo à reliqvis præceptis omnibus differt, unde etiam, qvi, adverſus hoc præceptum

Digitized by Google

§. 13.

Reliqva vero, qvibus alteri abſqve intuitu rerum ſuccurro, officia, ut ex exemplis modo allatis patet, præſupponunt imperfectionem phyſicam, aut moralem, vel in eo cui officia præſtantur, vel in aliis: qvales imperfectiones in ſtatu iſto perfecto omninò abfuiſſent.

§. 14.

Niſi fortè ad ejusmodi officia velis recurrere, qvorum deſiderium non adeo magnam imperfectionem involvit, v. gr. ut erranti viam commonſtrem, ut lumen de lumine meo accendam &c. Qvamvis & de his ſit cogitandum ulterius.

§. 15.

Exerit autem ſe præcepti noſtri efficacia aliter inter eos, qvi in *ſtatu naturali* vivunt, aliter inter eos, qvi degunt in *civili*.

§. 16.

Inter *illos regulariter* producit *obligationem imperfectam* ſaltem, & hoc modo à reliqvis præceptis omnibus differt, unde etiam, qvi adverſus hoc præ-

ceptum

ceptum peccat, *inhumanus*, non *injuſtus* dici conſvevit.

§. 17.

Cum enim hoc præceptum jubeat ſæpiſſimè, alterius utilitatem tantum, non neceſſitatem promovere, & talem qvidem, cujus defectum, ſi unus nolit, facilè alii poſſent ſupplere, inde non opus erat, ut ſinguli homines obligarentur perfectè, ſed magis erat glorioſum & ad eliciendum amorem aliorum, ac declarandum amorem proprium, magis aptum ut relinqveretur pudori hominum, præſtatio talium officiorum, ad qvæ ab altero cogi non poſſent.

§. 18.

Accedit qvod in iis officiis, quæ cum labore noſtro aut detrimento aliqvo ſunt conjuncta, non opus ſit ſemper propriam commoditatem poſtponere alienæ, ſed hic ſæpius valeat regula vulgata: qvod recta caritas incipiat à ſe ipſâ. Jam cum qvilibet in ſtatu naturali propriorum commodorum ſit juſtiſſimus arbiter, non poterat ſine turbâ totius humani generis alteri officium petenti, adverſus denegantem, & ad propriam utili-



tatem provocantem, concedi remedium coactivum.

§. 19.

Et qvid verbis eſt opus? ipſa *æqvalitatis cuſtodia* inculcat, præceptum hoc regulariter nonniſi imperfectè obligare. Qvoniam enim ad hujusmodi officia exhibenda indiſtinctè omnes homines ob communem ſtatum humanitatis obligantur, non obſervata fuiſſet æqvalitas, ſi in cauſa communi absque ſufficienti ratione unum indigens præ reliqvis eligere & ad hæc officia exhibenda præ reliqvis voluiſſet cogere.

§. 20.

Cæterum hæc ita procedunt *regulariter*. Nam poterit etiam inter eos, qvi in ſtatu naturali vivunt, contingere, ut obligatio ad officia humanitatis præſtanda evadat perfecta. Sed qvando? Reſponſio in promptu eſt, ſi ceſſent rationes modo dictæ, qvæ inefficacis obligationis cauſæ ſunt.

§. 21.

Inde ut *perfectè* qvis obligetur, tria conſtituenda erunt reqviſita (1.) ut is qvi officium humanitatis poſtulat, abſqve ejus

Digitized by Google

utilitatem provocantem, concedi remedium coactivum.

§. 19.

Et qvid verbis eſt opus? ipſa *æqvalitatis cuſtodia* inculcat, præceptum hoc regulariter nonniſi imperfectè obligare. Qvoniam enim ad hujusmodi officia exhibenda indiſtinctè omnes homines ob communem ſtatum humanitatis obligantur, non obſervata fuiſſet æqvalitas, ſi in cauſa communi absque ſufficienti ratione unum indigens præ reliqvis eligere & ad hæc officia exhibenda præ reliqvis voluiſſet cogere.

§. 20.

Cæterum hæc ita procedunt *regulariter*. Nam poterit etiam inter eos, qvi in ſtatu naturali vivunt, contingere, ut obligatio ad officia humanitatis præſtanda evadat perfecta. Sed qvando? Reſponſio in promptu eſt, ſi ceſſent rationes modo dictæ, qvæ inefficacis obligationis cauſæ ſunt.

§. 21.

Inde ut *perfectè* qvis obligetur, tria conſtituenda erunt reqviſita (1.) ut is qvi officium humanitatis poſtulat, absqve

ejus

Digitized by Google

ejus conſecutione ſit *interiturus*, (2.) Ut non æqve *ab aliis* hominib9 poſſit ea, qvæ deſiderat conſeqvi, (3.) Ut is à qvo officium exigitur, non ſit in *pari neceſſitate* conſtitutus; Atqve hoc eſt qvod ſuprà diximus, ſummam neceſſitatem officia humanitatis mutare in jus perfectum.

§. 22.

Exemplum cape. Fingamus duos Patres familiàs diverſæ nationis, nullaqve ratione particulari ſe attinentes, & ſolo humanitatis vinculo ligatos in regionem deſertam per naufragium ejici, ſimul verò ejici res uni ſaltem proprias ad vitam & ſuam & ſocii ſuſtentandam abunde ſufficientes; Tum ſanè hic perfectè obligabitur, ſocio de abundantia ſuâ ſuccurrere.

§. 23.

Atqve hæc de ſtatu naturali. In *ſtatu Civili* autem ea, qvæ hactenus dixim9, in univerſum non procedunt. Sed hic qvidem *ſuperiores* ab inferioribus hæc officia jure perfecto poſtulant, qvanqvam accuratè loqvendo, tum nec ſint amplius officia humanitatis, qvia non ex communi humanitatis ſtatu, ſed ex ſtatu ſpeciali ſub



ſubjectionis, qvi plerumqve pactum ſpeciale præſupponit, fluunt, & jure imperii poſtulantur.

§. 24.

Qvod vero *ſubjectos inter ſe relatos* attinet, retinent hæc officia eorum reſpectu ſuam naturam, ita tamen, ut imperans ob utilitatem communem poſſit & hic per legem ei, cui ejusmodi officia debentur, actionem in certis caſibus concedere, aut alio modo debentem officia ad eorum præſtationem adigere, qvamvis tunc iterum nomen officiorum humanitatis amittant.

§. 25.

Deniqve qvòd officia humanitatis ſpectat, qvæ *ſubjecti ab imperante*, qvà tali, exigunt, ea qvidem naturam communem intuitu obligationis imperfectæ retinent, ſed in eo tamen à reliqvis officiis imperantis non differunt, cum ſubjectis, quà talibus, adverſus imperantes, nulla planè poteſtas cogendi competat.

§. 26.

Hactenus de officiis humanitatis in genere. *Diviſionem* eorundem ſimul tradidimus ſuprà, ſed obiter & tanqvam aliud agendo

Digitized by Google

ſubjectionis, qvi plerumqve pactum ſpeciale præſupponit, fluunt, & jure imperii poſtulantur.

§. 24.

Qvod vero *ſubjectos inter ſe relatos* attinet, retinent hæc officia eorum reſpectu ſuam naturam, ita tamen, ut imperans ob utilitatem communem poſſit & hic per legem ei, cui ejusmodi officia debentur, actionem in certis caſibus concedere, aut alio modo debentem officia ad eorum præſtationem adigere, qvamvis tunc iterum nomen officiorum humanitatis amittant.

§. 25.

Deniqve qvòd officia humanitatis ſpectat, qvæ *ſubjecti ab imperante*, qvà tali, exigunt, ea qvidem naturam communem intuitu obligationis imperfectæ retinent, ſed in eo tamen à reliqvis officiis imperantis non differunt, cum ſubjectis, quà talibus, adverſus imperantes, nulla planè poteſtas cogendi competat.

§. 26.

Hactenus de officiis humanitatis in genere. *Diviſionem* eorundem ſimul tradidimus ſuprà, ſed obiter & tanqvam aliud agendo

Digitized by Google

agendo. Diſtinctiorem meditationem meretur alia, priori illi non multum abſimilis. Officia humanitatis exhibentur vel *indefinitè*, & ſinè reſpectu ad certos homines, vel definitè, certis hominibus utilitatem procurando.

§. 27.

*Indefinitè* aliorum commodum promotum it, qui animam ac corpus probè excolit, ut utiles abs ſe actiones in alios proficiſci qveant, aut ſi per ſolertiam ingenii talia inveniat, qvibus vita humana reddatur inſtructior.

§. 28.

Unde contrà hoc officium *peccant*, qui nullam artem honeſtam addiſcunt, animamqve pro ſale habent, ne putreſcant, numerus tantum & fruges conſumere nati, & id farinæ alia otioſa terræ pondera.

§. 29.

Viciſſim illis, qvi de mortalium genere benè mereri inſtituunt, cæteri hoc *debent*, ut ipſis ne invideant, nec præclaris eorundum conatibus remoram injiciant. Tum, ſi alia non ſit via, paria cum ipſis faciendi, ſaltem celebritatem me-



memoriæ, famæqve eorum, qvi præcipuus laborum fructus eſt, promotum eant.

§. 30.

*Definitè* aliorum utilitati inſervimus vel *absqve detrimento* aut moleſtiâ noſtrâ, vel *cum impenſâ* aut operâ laborioſâ. Illud *vulgaris humanitas* dicitur, hoc *beneficium*.

§. 31.

Qvod *vulgarem humanitatem* concernit, id axioma de eâ venit notandum: *Qui eam denegat alteri vel invidet, inſigniter malus & inhumanus habetur.*

§. 32.

Cujus is eſt ſenſus, qvod eo ipſo ſe reddat indignum, cui officia humanitatis iterum exhibeantur.

§. 33.

Cave tamen putes, dum vocem inſignis malitiæ audis, ac ſi propterea in ſtatu naturali extrà caſum neceſſitatis, ab eo, cui vulgarem humanitatem negavit, qvis poſſit bello peti; hoc enim repugnat iis, qvæ de officiis humanitatis in genere docuimus modo, etſi, ut iterum



ex

Digitized by Google

memoriæ, famæqve eorum, qvi præcipuus laborum fructus eſt, promotum eant.

§. 30.

*Definitè* aliorum utilitati inſervimus vel *absque detrimento* aut moleſtiâ noſtrâ, vel *cum impenſâ* aut operâ laborioſâ. Illud *vulgaris humanitas* dicitur, hoc *beneficium*.

§. 31.

Qvod *vulgarem humanitatem* concernit, id axioma de eâ venit notandum: *Qui eam denegat alteri vel invidet, inſigniter malus & inhumanus habetur.*

§. 32.

Cujus is eſt ſenſus, qvod eo ipſo ſe reddat indignum, cui officia humanitatis iterum exhibeantur.

§. 33.

Cave tamen putes, dum vocem inſignis malitiæ audis, ac ſi proptereâ in ſtatu naturali extrà caſum neceſſitatis, ab eo, cui vulgarem humanitatem negavit, qvis poſſit bello peti; hoc enim repugnat iis, qvæ de officiis humanitatis in genere docuimus modo, etſi, ut iterum

ex dictis patet, in civitate ejusmodi inhumanitas pœnis coërceri poſſit.

§. 34.

Qvæ verò ſic præſtantur officia, vocari ſolent *res innoxiæ utilitatis*, qvalia ſunt: erranti comiter monſtrare viam; lumen alteri de ſuo lumine accendere; concedere hauſtum aquæ, integram rem, qvam ſolus conſumere neqveo, relinqvere aliis &c.

§. 35.

Ab his obſervationibus dependet definitio variarum *controverſiarum*, à ſcriptoribus Juris Naturalis paſſim agitatarum. (1.) de *tranſitu* per noſtrum territorium, tam terreſtre, qvam maritimum. De hominibus ſingulis, & paucis, ferè non eſt dubium, qvod eis ex juſta cauſa tranſitum petentibus illum denegare velle maximè inhumanum ſit. De magno exercitu, aut aliàs *majoribus copiis*, res non caret controverſiâ.

§. 36.

Videtur tamen hic ſubtiliter magis qvàm utiliter diſputari. Nam exempla in hac qvæſtione adducta caſus referunt, necesſitatem ſummam haud præſupponentes



nentes. Ergo, etiamſi in illis tranſitus petentibus inhumaniter fuiſſet denegatus, modo denegationi non addita eſſet contumelia, nullam ei habuiſſent belligerandi cauſam.

§. 37.

At nec inhumanitatis denegantes poterunt argui, ſi prætendant, non innoxium ſibi fore hunc tranſitum, cum cautiones, qvas communiter hic ſuppeditant, non ſint ſufficientes.

§. 38.

Similis eſt ratio II. *tranſitus mercium* alienarum per terras noſtras, niſi ſint ad vitam ſuſtentandam ſummè neceſſariæ. Hoc enim caſu, ſi qvis eum deneget, ju- belli parari poterit.

§. 39.

Alia eſt ratio *juris ſtapulæ*, vi cujus etiam citrà neceſſitatem ſummam ſine læſione humanitatis tranſeuntes adigi poſſunt, ut ſiſtantur in terra noſtra &c.

§. 40.

III. Quod *vectigalia*, eorumqve juſtitiam attinet, ratio in aprico eſt, cur ex mercibus, qvæ terreſtri itinere transvehuntur, aliqvid vectigalis poſſit exigi,



neqve

Digitized by Google

nentes. Ergo, etiamſi in illis tranſitus petentibus inhumaniter fuiſſet denegatus, modo denegationi non addita eſſet contumelia, nullam ei habuiſſent belligerandi cauſam.

§. 37.

At nec inhumanitatis denegantes poterunt argui, ſi prætendant, non innoxium ſibi fore hunc tranſitum, cum cautiones, qvas communiter hic ſuppeditant, non ſint ſufficientes.

§. 38.

Similis eſt ratio II. *tranſitus mercium alienarum* per terras noſtras, niſi ſint ad vitam ſuſtentandam ſummè neceſſariæ. Hoc enim caſu, ſi qvis eum deneget, jure belli parari poterit.

§. 39.

Alia eſt ratio *juris ſtapulæ*, vi cujus etiam citra neceſſitatem ſummam ſine læſione humanitatis tranſeuntes adigi poſſunt, ut ſiſtantur in terra noſtra &c.

§. 40.

III. Quod *vectigalia*, eorumqve juſtitiam attinet, ratio in aprico eſt, cur ex mercibus, qvæ terreſtri itinere transvehuntur, aliqvid vectigalis poſſit exigi,

neqve obſcura eſt ratio vectigalium in fluminibus exigi ſolitorum. Sed in fretis difficilior eſt inſpectio.

§. 41.

Nam qvamvis & pro his rationes non omninò contemnendæ poſſint afferri, fatendum tamen, eſt ejusmodi vectigal maritimum reliqvis longè odioſius, adeòqve moderatè & citrà avaritiam tractandum eſſe; ac præterea facilè unum vel alterum tales afferre rationes poſſe, unde ſe ab iſto vectigali exemtum prætendat.

§. 42.

Illos verò indiſtinctè pro inhumanis habere neqveo, qvi IV. prætervehentibus *acceſſionem ad littus* & commorationem ibidem denegant, aut V. *peregrinos admittere* & hoſpitio comiter excipere nolunt, ſi modo ſimilia à peregrinis non petant ipſi. Poſſunt enim utrobiqve adeſſe non contemnendæ denegati acceſſus rationes.

§. 43.

Multo magis VI. inhumanitatis indiſtinctè accuſari poterunt, qvi ſedibus ſuis *expulſos*, etiam conditiones æqvas offe-



ferentes, *recipere* detrectant, qvia ejusmodi receptio non eſt vulgaris humanitas, ſed beneficium. Neqve adeò ea tanqvam ex jure ſtricto debita peti, neqve territorium alienum etiam à cultura vacuum inſalutato domino invadi juſtè poterit.

§. 44.

Nec VII. officia humanitatis violaſſe cenſendus eſt, qvi cum alio populo *commercia exercere* detrectat, ſive illum ab emtione rerum ſuarum ipſi ad vitam non neceſſariarum arceat ſive ab eo res emere nolit, adeoque non permittat, ut in territorio ſuo venum exponantur.

§. 45.

Nec VIII. inhumani titulum meretur, qvi vel cum privato, vel cum integro populo amicitiam *matrimonio* nectere non vult. Igitur ſola denegatio matrimonii nunqvam juſta belli cauſa erit, niſi eidem juncta fuerit contumelia.

§. 46.

Id verò IX. valdè improbabile eſt, jus aliquod omnibus commune, adeoqve & obligationem ad aliqvid omnibus præſtandum oriri ex ſuppoſitione, ſi qvid *promiſcuè omnibus externis indulgeatur*;



tùm

Digitized by Google

offerentes, *recipere* detrectant, qvia ejusmodi receptio non eſt vulgaris humanitas, ſed beneficium. Neqve adeò ea tanqvam ex jure ſtricto debita peti, neqve territorium alienum etiam à cultura vacuum inſalutato domino invadi juſtè poterit. §. 44.

Nec VII. officia humanitatis violaſſe cenſendus eſt, qvi cum alio populo *commercia exercere* detrectat, ſive illum ab emtione rerum ſuarum ipſi ad vitam non neceſſariarum arceat ſive ab eo res emere nolit, adeoque non permittat, ut in territorio ſuo venum exponantur.

§. 45.

Nec VIII. inhumani titulum meretur, qvi vel cum privato, vel cum integro populo amicitiam *matrimonio* nectere non vult. Igitur ſola denegatio matrimonii nunqvam juſta belli cauſa erit, niſi eidem juncta fuerit contumelia.

§. 46.

Id verò IX. valdè improbabile eſt, jus aliquod omnibus commune, adeoqve & obligationem ad aliqvid omnibus præſtandum oriri ex ſuppoſitione, ſi qvid *promiſcuè omnibus externis indulgeatur*;

tùm enim ſi unus ab hâc indulgentia excludatur, ei contumeliam fieri. Non negandum tamen, conſultius eſſe, ſin in jus modi denegatione rationes addantur, vel certè denegationis verba ita temperentur, ut nulla ſub iis contumelia latere poſſit.

§. 47.

*Beneficium* eſt, ſi qvis ex ſingulari benevolentia & propenſione, vel ex propriâ generoſitate, vel ex ſingulari affectu, vel ex commiſeratione conditionis alienæ, gratis qvid in alterum conferat, impenſâ aut opera laborioſa conſtans, quo ipſius neceſſitatibus ſubveniatur, aut inſignis qvæpiam utilitas eidem concilietur.

§. 48.

Qvæ verò in diſpenſatione beneficiorum tùm intuitu dantis, & accipientis, tùm intuitu modi aut aliarum circumſtantiarum obſervanda ſint, & ab aliis jam fuſius traditum eſt, & propter nimiam circumſtantiarum varietatem exactis regulis determinari neqvit.

§. 49.

Uti verò homines ad humanitatis officia exhibenda mutuo generatim ſunt obli-



gati, ita major obligationis gradus eſt in eo, cui non vulgaris humanitas, ſed beneficium eſt exhibitum. Vocatur enim hæc præſtatio in ſpecie *gratitudo*, qvia adeò beneficio ex adverſo reſpondet.

§. 50.

Eſt autem *gratitudo*, cùm is qvi beneficium accepit, oſtendit, iſtud ſibi acceptum fuiſſe, dantiqve eam ob cauſam favet, & occaſionem qværit, paria reponendi aut amplius, qvantum ejus fieri poteſt.

§. 51.

Hujus virtutis tanta eſt *neceſſitas*, ut ſi abſqve ea foret, omnis tolleretur inter homines beneficentia & fiducia, unàqve omnis benevolentia, neqve eſſet inter eos qvicqvam gratuitæ opis, nec ullum gratiæ conciliandæ initium.

§. 52.

Unde etſi in animo *ingrato* per ſe nulla ſit injuria, fœdius tamen, & magis deteſtabile habetur nomen ingrati, qvàm injuſti, cum qvis ne beneficiis qvidem, qvæ etiam bruta demulcent, moveri poteſt ad concipiendum humanitatis ſenſum.

obligati, ita major obligationis gradus eſt in eo, cui non vulgaris humanitas, ſed beneficium eſt exhibitum. Vocatur enim hæc præſtatio in ſpecie *gratitudo*, qvæ adeò beneficio ex adverſo reſpondet.

§. 50.

Eſt autem *gratitudo*, cùm is qvi beneficium accepit, oſtendit, iſtud ſibi acceptum fuiſſe, dantiqve eam ob cauſam favet, & occaſionem qværit, paria reponendi aut amplius, qvantum ejus fieri poteſt.

§. 51.

Hujus virtutis tanta eſt *neceſſitas*, ut ſi absqve ea foret, omnis tolleretur inter homines beneficentia & fiducia, unàqve omnis benevolentia, neqve eſſet inter eos qvicqvam gratuitæ opis, nec ullum gratiæ conciliandæ initium.

§. 52.

Unde etſi in animo *ingrato* per ſe nulla ſit injuria, fœdius tamen, & magis deteſtabile habetur nomen ingrati, qvàm injuſti, cum qvis ne beneficiis qvidem, qvæ etiam bruta demulcent, moveri poteſt ad concipiendum humanitatis ſenſum.

§. 53.

Eſt autem *ingratitudo* duplex. *Simplex* una, qvæ denegat ſaltem officia humanitatis, altera *prægnans*, qvæ inſuper beneficium lædit.

54.

*Simplex* vel denegat officia humanitatis vulgaria, vel beneficia. Illam *eminentem* vocabimus; hanc *vulgarem*.

§. 55.

*Prægnans* ingratitudo uti cauſam belli præbet, ita nullum eſt dubium, qvin in civitate pariat actionem. Vel potius actionem jam competentem aggravat.

§. 56.

De *ſimplici*, qvæ belli cauſa non eſt, qværitur, an ob eam actio dari poſſit? Non facilè concedendam eſſe arbitror. Concedi tamen poſſe, imò & apud quosdam populos conceſſam fuiſſe, non eſt dubium.

§. 57.

Scilicet ſi ſimplex iſta ingratitudo ſit *eminens*, in vulgari enim & hoc vix procedet.

§. 58.

Sed & id notes, ſi occaſione eminentis in-



ingratitudinis actio concedatur, tunc exhibitionem officiorum humanitatis vulgarium beneficio factam amittere nomen gratitudinis.

## CAP. VI.
# De Officio Paciſcentium.

§. 1.

QVartum præceptum ſpeciale ex ſtatu humanitatis deſcendens, & ex *affirmativis ſecundum* eſt, FIDEM IN PROMISSIONE DATAM SERVA.

§. 2.

*Neceſſarium* fuiſſe, pacta inter homines iniri, inde liqvet qvod officia humanitatis, & eorum præſtatio ad illa omnia, qvæ homines ab ſe invicem utiliter expectare poſſunt accommodari neqveat, ob conditionem partim ejus, qvi utilitatem exhibere debebat, partim hujus, qvi eam expetit, partim rei, qvæ deſideratur. Accedit, qvod, ſi in ſtatu corrupto

ingratitudinis actio concedatur, tunc exhibitionem officiorum humanitatis vulgarium benefico factam amittere nomen gratitudinis.

# CAP. VI.

# De Officio Paciſcentium.

§. 1.

QVartum præceptum ſpeciale ex ſtatu humanitatis deſcendens, & ex *affirmativis ſecundum* eſt, FIDEM IN PROMISSIONE DATAM SERVA.

§. 2.

*Neceſſarium* fuiſſe, pacta inter homines oriri, inde liqvet qvod officia humanitatis, & eorum præſtatio ad illa omnia, qvæ homines ab ſe invicem utiliter expectare poſſunt accommodari neqveat, ob conditionem partim ejus, qvi utilitatem exhibere debebat, partim hujus, qvi eam expetit, partim rei, qvæ deſideratur. Accedit, qvod, ſi in ſtatu corrupto

rupto ſemel bellum inter homines ortum ſit, non niſi per promiſſiones id iterum componi poſſit.

§. 3.

Cum verò maximè eum in finem ineantur pacta, ut qvis alterum ſibi perfectè obliget, qvem alias ex ſolo capite de præſtandis officiis humanitatis imperfectè obligatum habebat, & porrò indefinite cum qvibusvis hominibus pacta ineamus; perſpicuum eſt, & *tranqvillitatem generis humani*, & in ſpecie *cuſtodiam æqvalitatis* poſtulare, ut fides data in pactis ſervetur.

§. 4.

*Pactum* eſt duorum in idem placitum de dando aliqvo vel faciendo conſenſus.

§. 5.

Eſtqve vel *gratuitum*, cum unus duntaxat ſe obſtringit, vel mutuum, cum uterqve.

§. 6.

*Cauſa* proxima conſtituendi pactum eſt *conſenſus*, isqve mutuus, etiamſi ipſum pactum non ſit mutuum.

§. 7.

Vocatur autem ex parte ejus, qvi ſe obſtrin-



git, *promiſſio*, ex parte alterius, *acceptatio*.

§. 8.

*Promiſſio* eſt vel *perfecta* vel *imperfecta*.

§. 9.

*Perfecta* eſt declaratio voluntatis, qvod alteri ita obligari velim, ut ipſi liceat rem promiſſam tanquam debitam à me exigere.

§. 10.

*Imperfecta* eſt declaratio voluntatis, qvod alteri velim obligari, ita tamen ut ipſi non liceat debitum à me exigere, qvales ſunt promiſſiones patronorum.

§. 11.

Cum neutra harum confundenda eſt *nuda aſſertio*, qvando declaro alteri meam voluntatem, qvam in præſenti habeo, de commodis ejus promovendis, ita tamen, ut ne qvidem ad perſeverantiam me obligare velim, qvæ huc planè non pertinet.

§. 12.

Ut itaqve *promiſſio* ad eliciendam obligationem reqviritur, qvia citra eam par non poteſt paris inviti libertatem reſtringere

Digitized by Google

obſtringit, *promiſſio*, ex parte alterius, *acceptatio*.

§. 8.

*Promiſſio* eſt vel *perfecta* vel *imperfecta*.

§. 9.

*Perfecta* eſt declaratio voluntatis, qvod alteri ita obligari velim, ut ipſi liceât rem promiſſam tanquam debitam à me exigere.

§. 10.

*Imperfecta* eſt declaratio voluntatis, qvod alteri velim obligari, ita tamen ut ipſi non liceat debitum à me exigere, qvales ſunt promiſſiones patronorum.

§. 11.

Cum neutra harum confundenda eſt *nuda aſſertio*, qvando declaro alteri meam voluntatem, qvam in præſenti habeo, de commodis ejus promovendis, ita tamen, ut ne qvidem ad perſeverantiam me obligare velim, qvæ huc planè non pertinet.

§. 12.

Ut itaqve *promiſſio* ad eliciendam obligationem reqviritur, qvia citra eam par non poteſt paris inviti libertatem reſtrin-

gere

gere, ita nec ſine *acceptatione* pactum eſt, qvia nemo invito vult rem ſuam obtrudere.

§. 13.

Qvod ſi itaqve *acceptatio* non ſeqvatur, juri promittentis in rem oblatam nihil decedit, qvia paciſcens rem ſuam non vult pro derelicto habere.

§. 14.

Qvod ſi rogatio anteceſſit, cenſebitur ea durare, niſi expreſſe fuerit revocata, eoqve caſu *in anteceſſum* acceptatio facta intelligitur.

§. 15.

Modo tamen rogationi reſpondeat oblatio. Nam ſi hæc rogationem vel excedat, vel ab eâ deficiat, expreſſa reqviritur acceptatio, qvia ſæpiſſimè mihi non conſulitur, niſi tantundem, qvantum rogavi, accepero.

§. 16.

Idqve in promiſſis mutuis fere non habet dubium. Sed putamus, idem etiam dicendum eſſe in gratuitis, qvamvis diſſentiant leges Romanæ, in congruâ ratione, qvod major ſumma contineat minorem.

§. 17.



§. 17.

Declaratur autem ab utroqve voluntas vel *verbis* vel *factis*. Unde conſenſus, & intuitu hujus, pactum, dividitur in *expreſſum* & *tacitum*.

§. 18.

*Expreſſum* non eſt difficile, nempe ubi conſenſus verbis conſtat. Sed de *tacito* diſtinctius procedendum.

§. 19.

Nimirum qvamvis conſenſus tacitus ſit ille, qvi factis declaratur, ac apud Scriptores ferè Synonymicè ſupponantur *conſenſus tacitus* & *præſumtus*, reverà tamen poſt leges Romanas præſumtus conſenſus à tacito differt, adeoque nobis horum duorum confuſio eò magis vitanda erit, qvo minus communiter ſolet evitari.

§. 20.

Scilicet *facta licita*, qvibus utuntur homines, vel *ſunt ſigna*, communi qvaſi conſenſu humani generis recepta, ad declarandam voluntatem noſtram, ita ut, ſi qvis ratione utens factum iſtud audiat, ſtatim inferat, me aliud quid certum ac determinatum hoc facto indicare voluiſ-

ſe;

Digitized by Google

§. 17.

Declaratur autem ab utroqve voluntas vel *verbis* vel *factis*. Unde conſenſus, & intuitu hujus, pactum, dividitur in *expreſſum* & *tacitum*.

§. 18.

*Expreſſum* non eſt difficile, nempe ubi conſenſus verbis conſtat. Sed de *tacito* diſtinctius procedendum.

§. 19.

Nimirum qvamvis conſenſus tacitus ſit ille, qvi factis declaratur, ac apud Scriptores ferè Synonymicè ſupponantur *conſenſus tacitus* & *præſumtus*, reverà tamen poſt leges Romanas præſumtus conſenſus à tacito differt, adeoque nobis horum duorum confuſio eò magis vitanda erit, qvo minus communiter ſolet evitari.

§. 20.

Scilicet *facta licita*, qvibus utuntur homines, vel *ſunt ſigna*, communi qvaſi conſenſu humani generis recepta, ad declarandam voluntatem noſtram, ita ut, ſi qvis ratione utens factum iſtud audiat, ſtatim inferat, me aliud quid certum ac determinatum hoc facto indicare voluiſ-

ſe;

ſe; vel *non ſunt ſigna* communi conſenſu humani generis ad declarandam voluntatem recepta, æqvitas tamen naturalis vult, ut obligatio iſta facta concomitetur vel ea ſeqvatur.

§. 21.

Qui factis prioris generis nititur conſenſus, *tacitus* eſt, qvi poſterioris generis factum præſupponit, conſenſus *præſumtus* in legibus Romanis dicitur, ideò videlicet, qvia qvilibet civis bonus præſumitur conſentire regulis æqvitatis naturalis.

§. 22.

Ita *nutus* oſtendit aſſenſum tacitum, ita *redditio chirographi* declarat, cæteris paribus, qvod velim debitori donare debitum. Ita *poſtulatio cibi & potus* ab hoſpite diverſorii infert conſenſum tacitum, quod velim pretium cibi ſolvere.

§. 23.

Contrà *negotiorum geſtio*, *hereditatis aditio*, & in genere omnia facta, qvæ in qvaſi contractibus Legum Romanarum præſupponuntur, directò non inferunt conſenſum ad ſolvenda damna domino negotii data, ad præſtanda legata legatariis



&c. Sed regulæ tamen æqvitatis naturalis, à Legibus civilibus corroborata, hic faciunt conſenſum præſumtum.

§. 24.

Differt adeò ultra dicta conſenſus præſumtus & tacitus 1. *ratione perſonæ*; Qvi ſuam voluntatem expreſſè declarare neqvit, ille nec tacitè. Ita furioſi nutus, redditio chirographi, poſtulatio cibi, modo dictos effectûs non producet.

§. 25.

At ex conſenſu præſumto obligantur etiam furioſi, v. gr. qvorum negotia geſta ſunt.

§. 26.

Nempe 2. conſenſus tacitus *obligat ſaltem eos*, qvi conſenſum factis declararunt, at præſumtus etiam illos ligat, qui nullum factum adhibuerunt; ita obligatur in genere dominus negotii ad reddendas impenſas geſtori etiam ignorans negotium geri.

§. 27.

Porro in *relatione conſenſus utriusque* ad conſenſum expreſſum ingens eſt differentia. De tacito hæc eſt regula: *Quoties conſtat de conſenſu expreſſo contrario, toties*

Digitized by Google

tariis &c. Sed regulæ tamen æqvitatis naturalis, à Legibus civilibus corroboratæ, hic faciunt conſenſum præſumtum.

§. 24.

Differt adeò ultra dicta conſenſus præſumtus & tacitus 1. *ratione perſonæ*; Qvi ſuam voluntatem expreſſè declarare neqvit, ille nec tacitè. Ita furioſi nutus, redditio chirographi, poſtulatio cibi, modo dictos effectûs non producet.

§. 25.

At ex conſenſu præſumto obligantur etiam furioſi, v. gr. qvorum negotia geſta ſunt.

§. 26.

Nempe 2. conſenſus tacitus *obligat ſaltem eos*, qvi conſenſum factis declararunt, at præſumtus etiam illos ligat, qui nullum factum adhibuerunt; ita obligatur in genere dominus negotii ad reddendas impenſas geſtori etiam ignorans negotium geri.

§. 27.

Porro in *relatione conſenſus utriusque* ad conſenſum expreſſum ingens eſt differentia. De tacito hæc eſt regula: *Qvoties conſtat de conſenſu expreſſo contrario, toties*

*toties fruſtrà quærimus de tacito*: Ratio eſt, qvia verba ſunt ſigna ordinaria declarand voluntatem ſuam, facta verò extraordinaria vel ſubſidiaria.

§. 28.

Ita ſi dixerim, me nolle aſſentiri, nolle debitum tibi donare, nolle, hoſpiti cibi pretium ſolvere, nulla erit efficacia nutus redditionis chirographi, poſtulationis cibi.

§. 29.

Alia longe ratio eſt conſenſus præſumti. Etiamſi negotiorum geſtor etiamſi heres initio ſtatim vel coram notario & teſtibus proteſtentur ſolenniſſime, ſe nolle ex negotiorum geſtione vel hereditatis aditione obligari, fruſtranea erit hæc declaratio expreſſa, ut adeò huc potiſſimum ſpectet axioma vulgatum: *Proteſtatio facto contraria nihil operatur.*

§. 30.

Vides itaqve 4. ex conſenſu præſumto *obligari etiam invitos*, ex tacito nonniſi volentes.

§. 31.

Unde 5. In conſenſu præſumto, obligatio *immediatè* veniet ex lege, in tacito ex *mediante* conſenſu obligationem operabitur.



§. 32.

Breviter 6. Tacitus conſenſus eſt *veri conſenſus ſpecies*. Conſenſus præſumtus eſt conſenſus impropriè dictus. Hinc & in Jure Romano ex conſenſu tacito oriuntur etiam veri contractus, ex præſumto ſaltem qvaſi contractus.

§. 33.

Non tamen putabis, diſtinctionem hactenus oſtenſam ſolum in jure Romano habere locum, hactenus enim ſpectaret ſaltem ad jurisprudentiam humanam. Exercet qvippe & in jurisprudentia divinâ ſe paſſim ejusdem uſus, potiſſimum infrà, cum de officiis liberorum erga parentes diſpiciemus.

§. 34.

Igitur, qvi voluntate carent, promittere neqveunt. Tales ſunt *infantes, furioſi, mente capti* & *ſummè ebrii*.

§. 35.

Nec obſtat, qvod ebrii obligentur ex delictis, ſaltem ad aliquam pœnam. Illa enim obligatio, ut ſuo loco dicemus, venit immediate ex lege, & ſtringit etiam

 invitos

Digitized by Google

*mediante* conſenſu obligationem operabitur.

§. 32.

Breviter 6. Tacitus conſenſus eſt *veri conſenſus ſpecies*. Conſenſus præſumtus eſt conſenſus impropriè dictus. Hinc & in Jure Romano ex conſenſu tacito oriuntur etiam veri contractus, ex præſumto ſaltem qvaſi contractus.

§. 33.

Non tamen putabis, diſtinctionem hactenus oſtenſam ſolum in jure Romano habere locum, hactenus enim ſpectaret ſaltem ad jurisprudentiam humanam. Exercet qvippe & in jurisprudentia divinâ ſe paſſim ejusdem uſus, potiſſimum infrà, cum de officiis liberorum erga parentes diſpiciemus.

§. 34.

Igitur, qvi voluntate carent, promittere neqveunt. Tales ſunt *infantes, furioſi, mente capti* & *ſummè ebrii*.

§. 35.

Nec obſtat, qvod ebrii obligentur ex delictis, ſaltem ad aliquam pœnam. Illa enim obligatio, ut ſuo loco dicemus, venit immediate ex lege, & ſtringit etiam



Digitized by Google

invitos, at obligatio hujus capitis pactum tanqvam conditionem ſine quâ non reqvirit.

§. 36.

Et qvidem *furor* atqve *ebrietas* facilius poſſunt oſtendi, ſed qvousqve duret *infantia*, in univerſum regulis accuratè determinari neqvit. Unde non ſine ratione hæc determinatio relinqvitur legi civili, cui & ſimul incumbit proſpicere adoleſcentibus infantiâ majoribus de rectoribus voluntatis nondum benè formatæ.

§. 37.

Cæterum conſenſus qvaſi duæ ſunt partes, *intellectus & voluntas*. *Intellectui* opponitur *error* & *dolus*, *ille eſt* qvando rem ignoro (latè enim hic accipitur, ut ignorantiam ſub ſe comprehendat) vel aliter ſe habere puto absque fallacia alterius; *dolus* eſt, qvando error meus oritur ex fallaciâ alterius, vel certe hæc errori meo eſt conjuncta.

§. 38.

De efficacia *erroris* in contractibus intricatam qvæſtionem fecerunt leges Romanæ, partim quod de hâc materiâ, qvotidianâ

tidianâ



tidianâ qvamvis, non ſub peculiari titulo fuerit ex aſſe tractatum, ſed regulæ de eo ſub variis capitibus negligenter ſparſæ fuerint; partim etiam qvod jurisconſulti, ex qvibus Pandectæ ſunt compoſitæ, freqventer à ſe diſſenſerint. Unde tot diſtinctiones inter errorem circa perſonas & objectum contractus, tum inter materiam rei & ejus formam de qvâ contractus initus, item, ſi res ex duabus materiis conſtet, utrum hæ materiæ ſint per confuſionem qvaſi unitæ an ſeparatim exiſtant, vel facilè ſeparari poſſint, deniqve inter eſſentiale pacti & ejus accidentalia &c.

§. 39.

Quemadmodum autem jam non eſt hujus loci explicare Jus Romanum, ita abſtrahendo à Legibus civilibus, putem æqvitati naturali convenientiſſimum eſſe, ſi in materia promiſſorum repetamus regulam jam ſuprà inculcatam: *Errorem in dubio ſemper nocere debere erranti.*

§. 40.

Cum enim in promiſſionibus quilibet ſenſa animi ſui alteri declarare debeat, cauſa verò contrahendi, objectum item,

Gg 2 de

Digitized by Google

tidianâ qvamvis, non ſub peculiari titulo fuerit ex aſſe tractatum, ſed regulæ de eo ſub variis capitibus negligenter ſparſæ fuerint; partim etiam qvod jurisconſulti, ex qvibus Pandectæ ſunt compoſitæ, freqventer à ſe diſſenſerint. Unde tot diſtinctiones inter errorem circa perſonas & objectum contractus, tum inter materiam rei & ejus formam de qvâ contractus initus, item, ſi res ex duabus materiis conſtet, utrum hæ materiæ ſint per confuſionem qvaſi unitæ an ſeparatim exiſtant, vel facilè ſeparari poſſint, deniqve inter eſſentiale pacti & ejus accidentalia &c.

§. 39.

Quemadmodum autem jam non eſt hujus loci explicare Jus Romanum, ita abſtrahendo à Legibus civilibus, putem æqvitati naturali convenientiſſimum eſſe, ſi in materia promiſſorum repetamus regulam jam ſuprà inculcatam: *Errorem in dubio ſemper nocere debere erranti.*

§. 40.

Cum enim in promiſſionibus quilibet ſenſa animi ſui alteri declarare debeat, cauſa verò contrahendi, objectum item,



Digitized by Google

de qvo contrahitur, & perſona, cum qvâ contraho, ad naturam pactorum in genere nihil faciant, nulla ſubeſt cauſa, cur alteri error meus, ad qvem ille nec dolo nec culpâ concurrit, magis imputari debeat, qvam mihi. Accedit, qvod, ſi error meus alteri præjudicaret, facile daretur occaſio ad reſervationes mentales, quæ, ut ab aliis fuſius deductum, turbant omnia pacta atqve promiſſiones.

§. 41.

Limito tamen dictum axioma, *niſi circumſtantia illa, in qva erravi, expreſſe promiſſo per modum conditionis fuerit adjecta.* Tum enim alter, cum qvo pactus ſum, juſtam de me conqverendi occaſionem non habet.

§. 42.

Diſtingvi eqvidem ab eruditis in hâc materiâ ſolet inter *promiſſa gratuita* & *pacta mutua.* De *promiſſis gratuitis* hæc formatur regula: *Ubi in promiſſione aliqvid tanqvam conditionem ſuppoſuerim, citrà cujus intuitum promiſſurus non fueram, naturaliter promiſſionis nulla erit vis,* qvia promiſſor conſenſerit non abſolutè, ſed ſub conditione, quâ non apparente, promiſſio nulla ſit.

§. 43.



§. 43.

Sed ſi promiſſor hanc conditionem mente retinuerit, nos qvidem putamus, ſibi eum imputare debere, cur non expreſſerit. Unde, etiamſi ego falſo nuncio fuerim perſvaſus, mea negotia abs te bene fuiſſe geſta, eoqve nomine tibi qvid promiſerim, me teneri puto, ubi falſum id deprehendero. Modo tuus dolus non concurrerit ad eliciendum meum promiſſum. Tunc enim caſus planè huc non pertineret.

§. 44.

Sicut nec huc pertinet caſus de milite, qvi falſo accepto nuncio de morte filiorum, in teſtamento extraneum heredem inſtituit, qvoniam ultimarum voluntatum quoad interpretationem alia eſt ratio, qvam promiſſionum.

§. 45.

In *promiſſis mutuis* diſtingvitur, utrum *ad paciſcendum* qvis per errorem fuerit motus, an error *circa rem* de qvâ pactum initum eſt verſetur. Circa *prius* itidem diſpiciendum eſſe, an res adhuc ſit integra, hoc eſt, utrum nihil adhuc ex contractu ſit præſtitum, an minus, ſi v. gr.

 jam

Digitized by Google

§. 43.

Sed ſi promiſſor hanc conditionem mente retinuerit, nos qvidem putamus, ſibi eum imputare debere, cur non expreſſerit. Unde, etiamſi ego falſo nuncio fuerim perſvaſus, mea negotia abs te bene fuiſſe geſta, eoqve nomine tibi qvid promiſerim, me teneri puto, ubi falſum id deprehendero. Modo tuus dolus non concurrerit ad eliciendum meum promiſſum. Tunc enim caſus plane huc non pertineret.

§. 44.

Sicut nec huc pertinet caſus de milite, qvi falſo accepto nuncio de morte filiorum, in teſtamento extraneum heredem inſtituit, qvoniam ultimarum voluntatum quoad interpretationem alia eſt ratio, qvam promiſſionum.

§. 45.

In *promiſſis mutuis* diſtingvitur, utrum *ad paciſcendum* qvis per errorem fuerit motus, an error *circa rem* de qvâ pactum initum eſt verſetur. Circa *prius* itidem diſpiciendum eſſe, an res adhuc ſit integra, hoc eſt, utrum nihil adhuc ex contractu ſit præſtitum, an minus, ſi v. gr.



Digitized by Google

jam res promiſſa fuerit exhibita. *Illo ca-ſu* æqvum eſſe, ut facultas pœnitendi mihi concedatur, præſertim ubi præ me tulero, qvæ me cauſa ad paciſcendum impellat. *Re verò non integra* errantem reſciſſionem negotii non poſſe urgere, niſi qvantum alter ex humanitate velit indulgere.

§. 46.

Nos contrà, *etſi res ſit integra*, errantem pœnitere non poſſe arbitramur, v. gr. ſi Patrifamiliàs falsus nuncius afferatur, eqvos ipſius domi periiſſe, idqve *ille* præ ſe ferens, hoc eſt, venditori narrans, alios emat, etiamſi hic emtor ante traditionem eqvorum & ſolutionem nuncium falſum deprehendat, contractum ſervare debebit. Fuit enim narratio iſta de cauſa impulſivâ contractus, quæ, niſi per modum conditionis inſeratur pacto, eſt extrà negotium. Nam poterit paterfamiliàs eqvos emere tàm qvi jam alios habet, qvàm qvi non habet.

§ 47.

Qvod verò ultimo affertur, ſi error in promiſſo mutuo contigerit *circa ipſam rem*, de qvâ convenitur, pactum vitiari non



non tàm ob errorem, qvam qvia legibus pacti non fuerit ſatisfactum, paululum obſcurius dicitur, cum non conſtet, qvomodo iſtæ leges pacti, quæ hic afferuntur, ab errore ſint diſtinctæ.

§. 48.

Neqve opus videtur hâc obſervatione ad definienda exempla ejus gratia adducta. Verum eſt, ſi profeſſus ſum, me ſervum emere coqvendi peritum, & traditus mihi fuerit etiam citra culpam venditoris coqvendi imperitus, vanus eſt contractus; aut ſi ab altero Davum emi, & is citra culpam Syrum mihi exhibuit. Sed hic in promtu cauſa eſt, qvia circumſtantia, in qva fuit erratum, promiſſo per modum conditionis fuit inſerta.

§. 49.

Pergamus ad *dolum*. Ubi diſtingvendum erit: an ab eo, qvocum contraximus, dolus fuerit adhibitus, an à tertio. Poſteriori caſu negotium erit firmum, tertius verò dolum adhibens nobis tenebitur ad intereſſe. Priori in arbitrio decepti erit utrum promiſſum, ſive gratuitum, ſive mutuum, velit pro nullo



decla-

Digitized by Google

non tàm ob errorem, qvam qvia legibus pacti non fuerit ſatisfactum, paululum obſcurius dicitur, cum non conſtet, qvomodo iſtæ leges pacti, quæ hic afferuntur, ab errore ſint diſtinctæ.

§. 48.

Neqve opus videtur hâc obſervatione ad definienda exempla ejus gratia adducta. Verum eſt, ſi profeſſus ſum, me ſervum emere coqvendi peritum, & traditus mihi fuerit etiam citra culpam venditoris coqvendi imperitus, vanus eſt contractus; aut ſi ab altero Davum emi, & is citra culpam Syrum mihi exhibuit. Sed hic in promtu cauſa eſt, qvia circumſtantia, in qva fuit erratum, promiſſo per modum conditionis fuit inſerta.

§. 49.

Pergamus ad *dolum*. Ubi diſtingvendum erit: an ab eo, qvocum contraximus, dolus fuerit adhibitus, an à tertio. Poſteriori caſu negotium erit firmum, tertius verò dolum adhibens nobis tenebitur ad intereſſe. Priori in arbitrio decepti erit utrum promiſſum, ſive gratuitum, ſive mutuum, velit pro nullo



Digitized by Google

declarari, utrum ſalvo manente promiſſo læſionis penſationem exigere.

§. 50.

Neqve diſtingvimus, an *dolus cauſam dederit* contractui, an fuerit *incidens*. Nam hæc diſtinctio inventum eſt juris Romani, ad oſtendendam ex parte differentiam inter contractus bonæ fidei & ſtricti juris, qvæ & ipſa diviſio à jurisprudentiâ naturali ignoratur.

§. 51.

Accedit qvod jure Romano læſus, ſi dolus incideret, non poterat contractum nullum declarare.

§. 52.

*Voluntati* opponitur *violentia* & *metus*. Ut per meram *violentiam* qvis cogi poſſit ad promittendum, vix concipi poteſt in promiſſione prolatis. Non enim ut membra exteriora per violentiam poſſunt trahi invita ad aliqvid perpetrandum, ſic & voces poſſunt extorqveri invito. At ſi qvis me per vim cogat ad ſcribendum, aut v. gr. violenter caput meum inclinet, promiſſum haud dubie erit nullum, ex regulis generalibus de actionum moralium principio.

§. 53.



§. 53.

*Metus* duobus modis conſiderari poteſt. Initio qvatenus accipitur pro *ſuſpicione* probabili, fore ut ab altero decipiamur, vel propter habitum ejus vitioſum, vel propter declarationem pravæ voluntatis in negotio præſenti factam. De hoc ſeqventes obſerva regulas.

§. 54.

*Si ejusmodi metus adfuit tempore promiſſi*, imprudenter feci, qvod promiſi; promiſſum tamen nec irritum eſt, nec ſub hoc prætextu reſcindi poteſt.

§. 55.

Qvod ſi ejusmodi metum *poſt promiſſum* ex indiciis ſufficientibus, vel novis vel antea mihi incognitis, ſuſcipiam, non prius ad præſtandum adigi potero, quam contrà eam deceptionem mihi ab alterò idoneè cautum ſit.

§. 56.

Altera ſpecies metus eſt *vehemens animi terror* ortus ex intentato gravi malo, ni promiſſum aut pactum inire velimus.

§. 57.

Qvem ſi incuſſerit *tertius*, valebunt



pacta

§. 53.

*Metus* duobus modis conſiderari poteſt. Initio qvatenus accipitur pro *ſuſpicione* probabili, fore ut ab altero decipiamur, vel propter habitum ejus vitioſum, vel propter declarationem pravæ voluntatis in negotio præſenti factam. De hoc ſeqventes obſerva regulas.

§. 54.

Si *ejusmodi metus adfuit tempore promiſſi*, imprudenter feci, qvod promiſi; promiſſum tamen nec irritum eſt, nec ſub hoc prætextu reſcindi poteſt.

§. 55.

Qvod ſi ejusmodi metum *poſt promiſſum* ex indiciis ſufficientibus, vel novis vel antea mihi incognitis, ſuſcipiam, non prius ad præſtandum adigi potero, quam contrà eam deceptionem mihi ab alterò idoneè cautum ſit.

§. 56.

Altera ſpecies metus eſt *vehemens animi terror* ortus ex intentato gravi malo, ni promiſſum aut pactum inire velimus.

§. 57.

Qvem ſi incuſſerit *tertius*, valebunt

pacta propter hunc metum removen-
dum cum alio inita.

§. 58.

Qvin & ſi *tertio inferatur* metus inju-
ſtus, ego verò miſerationis gratia, ejus
intuitu metum inferenti qvid promiſe-
rim, valebit promiſſio.

§. 59.

Qvod ſi *is*, *cui promitto*, metu ad pro-
mittendum me adegerit, ſiqvidem *pro
imperio* in me competente id fecerit, rur-
ſus valebit promiſſio.

§. 60.

Sed ſi *vi omnino injuſta* is, cui nullum
in me competit imperium, promiſſum
extorſerit, utrum obligatio ſequatur pro-
miſſum, gravis qvæſtio eſt.

§. 61.

Alii enim *obligationem oriri* arbitran-
tur, qvoniam metus non tollat omnem
conſenſum, ſed metum incutientem ta-
men *eſſe obligatum ad rem reſtituendam*,
qvoniam per incuſſionem metus in me
deliqverit.

62.

A quibus parum abeſt ſententia *juris
Romani*, concedentis ei, qvi metum in-
tule-



tulerat, actionem, ſed exceptione qvod
metus cauſa elidendam.

§. 63.

Alii *obligationem nullam oriri* opinan-
tur, tum qvod in pactis ex ſolo conſenſu
meo obligatio non naſcatur, ubi alter
per jus naturæ prohibeatur acceptare,
tum qvod, ſi qvæ ſit obligatio, illa qvaſi
per compenſationem cum eâ obligatio-
ne, qvæ eſt in metum incutiente, ut mi-
hi de illatâ injuriâ ſatisfaciat, qvaſi penſa-
ri debeat.

§. 64.

Alii deniqve eum qvi metu incuſſo
promittit, *firmiter obligari* arbitrantur,
qvia jus naturæ, dictitet pacta eſſe ſer-
vanda. Neqve obſtare rationes modo
dictas. Eum enim qvi metum incutit,
etſi jure deſtituatur, metum incutiendi,
non tamen deſtitui jure promiſſum me-
um acceptandi, adeoq; obligationi meæ
reſpondere jus ipſius, qvod ex ipſo pacto
meo acceperat. Deinde nec compen-
ſationem poſſe habere locum, cum præ-
ſumendum ſit, eum qvi latroni v. gr. cen-
tum promittit, ſimul tacitè renunciaſſe
juri, qvod habebat adverſus latronem,
ex

Digitized by Google

tulerat, actionem, ſed exceptione qvod metus cauſa elidendam.

§. 63.

Alii *obligationem nullam oriri* opinantur, tum qvod in pactis ex ſolo conſenſu meo obligatio non naſcatur, ubi alter per jus naturæ prohibeatur acceptare, tùm qvod, ſi qvæ ſit obligatio, illa qvaſi per compenſationem cum eâ obligatione, qvæ eſt in metum incutiente, ut mihi de illatâ injuriâ ſatisfaciat, qvaſi penſari debeat.

§. 64.

Alii deniqve eum qvi metu incuſſo promittit, *firmiter obligari* arbitrantur, qvia jus naturæ, dictitet pacta eſſe ſervanda. Neqve obſtare rationes modo dictas. Eum enim qvi metum incutit; etſi jure deſtituatur, metum incutiendi, non tamen deſtitui jure promiſſum meum acceptandi, adeoq; obligationi meæ reſpondere jus ipſius, qvod ex ipſo pacto meo acceperat. Deinde nec compenſationem poſſe habere locum, cum præſumendum ſit, eum qvi latroni v. gr. centum promittit, ſimul tacitè renunciaſſe juri, qvod habebat adverſus latronem, ex

Digitized by Google

ex læſione orto, ad petendam ſatisfactionem, ne aliàs pactum nullam afferat ipſi utilitatem.

§. 65.

In his ſententiarum divortiis *prima* equidem ſe omninò non probat, qvoniam merâ & inutili ſubtilitate nititur, apud Romanos verò maximam partem ad diſcernenda officia prætoris & Judicis pedanei erat recepta, qvamvis & eo jure notum ſit effatum JCti celebris, nihil intereſſe, ipſo jure qvis actionem non habeat, an ope exceptionis elidatur.

§. 66.

Inter reliquas verò duas arridet *media*. Scilicet jam ſuprà diximus, pacta per ſe non producere obligationem, ſed eſſe ſaltem medium vel cauſam ſine qvâ non obligandi, obligationem verò omnem vim accipere à lege. Jam qvæ lex vim & metum alteri incutere vetat, illa prohibet etiam metum facienti, ne ex illâ metus incuſſione jus acqvirat, neqve præſumenda eſt, promittentem obſtringere velle in favorem ejus, qvi contra legem delinqvit. Unde jam facilè



reſponderi poterit rationibus ſententiæ *tertia*.

§. 67.

Ut tamen eò melius intelligatur nervus ſententiæ noſtræ; reqvirimus 1. ut moraliter certum ſit, eum, qvi metum incuſſit, *non habuiſſe* jus id faciendi 2. ut ſit metus *periculi præſentis*, & qvod cadit in virum | conſtantem, quodque aliter niſi per promiſſum evitari non poteſt. 3. Ut promiſſum metu initum ceſſante metu non ſit *rati habitum*, vel per verba expreſſa, vel per facta conſenſum ſubſeqventem inferentia.

§. 68.

Qvibus ita poſitis facile jam inferre licet, nos loqvi de illis promiſſis, qvæ fiunt v. gr. *1. latroni 2. qvà tali 3. durante metu.* Si enim cum *latrone citra metum periculi præſentis, vel hoc periculo ceſſante* contrahas, nullum eſt dubium, qvin obligatio oriatur, propter defectum reqviſiti ſecundi & tertii.

§. 69.

Qvod ſi cum cum eo, qui te *in bello vicit*, pactus fuiſti, obligaberis, non tàm qvia ſæpè ceſſat reqviſitum ſecundum, ſed

cile reſponderi poterit rationibus ſententiæ *tertia*.

§. 67.

Ut tamen eò melius intelligatur nervus ſententiæ noſtræ; reqvirimus 1. ut moraliter certum ſit, eum, qvi metum incuſſit, *non habuiſſe* jus id faciendi 2. ut ſit metus *periculi præſentis*, & qvod cadit in virum constantem, quodque aliter niſi per promiſſum evitari non poteſt. 3. Ut promiſſum metu initum ceſſante metu non ſit *rati habitum*, vel per verba expreſſa, vel per facta conſenſum ſubſeqventem inferentia.

§. 68.

Qvibus ita poſitis facile jam inferre licet, nos loqvi de illis promiſſis, qvæ fiunt v. gr. *1. latroni 2. qvà tali 3. durante metu*. Si enim cum *latrone citra metum periculi præſentis, vel hoc periculo ceſſante* contrahas, nullum eſt dubium, qvin obligatio oriatur, propter defectum reqviſiti ſecundi & tertii.

§. 69.

Qvod ſi cum cum eo, qui te *in bello vicit*, pactus fuiſti, obligaberis, non tàm qvia ſæpè ceſſat reqviſitum ſecundum, ſed

ſed maxime propter defectum reqviſiti primi. Etſi enim victus v. gr. perſvaſus ſit de juſtitia armorum ſuorum, moraliter tamen certum iſtud dicitur, qvod & aliis poſſit oſtendi, cum non eſſe & non apparere hic ferè pro Synonymis habeantur.

§. 70.

Nunqvam vero vincens carebit prætextibus ſpeciem aliqvam juſtitiæ habentibus, inqve ſuas partes alias gentes trahentibus. Unde cum inter eos, qvi pares ſunt, Juſtitia & injuſtitia non ſunt remedia apta ad definiendas controverſias, bellum tanqvam remedium extraordinarium ad reducendam pacem eſt inventum, in qvo belligerantes qvaſi per compromiſſum aleæ belli arbitrium committunt.

§. 71.

Qvod tamen compromiſſum non tam à conſenſu eorum tacito, qvam à præſumto dependet, & à neceſſitate legis naturalis. Ni enim per pacta ejusmodi finiretur bellum, turbaretur ſocialitas & tranqvillitas generis humani in perpetuum; qvid? qvod facilè ex bello duo-

orum



orum poſſit oriri ſucceſſu temporis bellum omnium contrà omnes.

§. 72.

Neqve illud tamen diffitendum erit, eum qvi bello ab altero petitus ad pacificam diſceptationem ſeſe obtulerit, & bellum deprecatus ſit, ſi ad iniqvas pacis conditiones adigatur, nullo jure prohiberi, qvò minus paci nondum impletæ, exceptionem metus opponat, aut poſt occaſione datâ reparationem injuriæ qværat. Ubi tamen cautè erit procedendum, ut videlicet iſtæ pacis conditiones ita ſint iniqvæ, ut qvaſi palpari poſſint, tum &, ut reliqva duo, qvæ modo poſuimus, reqviſita adſint.

§. 73.

Sed qvid jam facimus de *perduellibus*, qvibus ſæpius à principibus ad tollenda bella civilia promittitur vel impunitas, vel ultra impunitatem adhuc alia quædam. Sanè communiter malè audiunt Principes pactorum fidē violantes; cum tamen haud dubiè cauſa perduellium ſit injuſta & palpabilis qvidem, quoniam ſæpius diximus, in ſocietate inæqvali inferiorem nunqvam habere jus cogendi

ſu-

Digitized by Google

orum poſſit oriri ſucceſſu temporis bellum omnium contrà omnes.

§. 72.

Neqve illud tamen diffitendum erit, eum qvi bello ab altero petitus ad pacificam diſceptationem ſeſe obtulerit, & bellum deprecatus ſit, ſi ad iniqvas pacis conditiones adigatur, nullo jure prohiberi, qvò minus paci nondum impletæ, exceptionem metus opponat, aut poſt occaſione datâ reparationem injuriæ qværat. Ubi tamen cautè erit procedendum, ut videlicet iſtæ pacis conditiones ita ſint iniqvæ, ut qvaſi palpari poſſint, tum &, ut reliqva duo, qvæ modo poſuimus, reqviſita adſint.

§. 73.

Sed qvid jam facimus de *perduellibus*, qvibus ſæpius à principibus ad tollenda bella civilia promittitur vel impunitas, vel ultra impunitatem adhuc alia quædam. Sanè communiter malè audiunt principes pactorum fidẽ violantes; cum tamen haud dubiè cauſa perduellium ſit injuſta & palpabilis qvidem, quoniam ſæpius diximus, in ſocietate inæqvali inferiorem nunqvam habere jus cogendi ſu-

ſuperiorem per bellum, etſi ab eo injuriâ ſit affectus.

§. 74.

Sed promta eſt reſponſio: diſſimilem cauſam eſſe *Latronis* & *perduellis*. Ille ne minimum qvidem prætextum juris afferre poterit. At perduellis plerumqve injuriam à principe vel ſibi vel reipublicæ factam prætendit; adeoqve ſæpius non omni jure deſtituitur, ſed in modo exercendi jus ſuum ſolum excedit. Adde, qvod ſæpius non liqveat, utrum ſtatus ſit purè monarchicus, aut utrum potiu ſaltem modus adminiſtrandi monarchicus ſit; qvo pacto non erit evidens definire, uter ex belligerantibus in ejusmodi bello ſit ſuperior, uter inferior.

§. 75.

Huc forte reſpexit *Cicero*, dum ſtatuit prædonibus pactum pro capite pretium, ſi non afferas nullam ſubeſſe fraudem, ſubjiciens. *Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Cum hoc non fides eſſe debet, nec jusjurandum commune.* Sed de jurejurando qvidem infra ſuo loco.

§. 76.



§. 76.

Qvod ſi tamen hæc ratio ſola non placeat, addere poteris, plerumqve in ejusmodi promiſſionibus, qvæ fiunt perduellibus, non adeſſe metum periculi præſentis, qvod in virum conſtantem cadat, ſed ſubeſſe Martem adhuc dubium &c.

§. 77.

Unde putarem, ſi perduellis regem ſuum, nullo præcedente bello, vi ſubitâ invadat, eumqve metu mortis vel ſimili ad paciſcendum adigat, non magis ex hoc promiſſo obligationem produci, atqve ex promiſſione, qvæ piratæ fiebat. Hactenus de conſenſu.

§. 78.

Promitti verò poſſunt ſolum ea, quæ ſunt in *noſtris viribus* & in noſtro arbitrio, idqve qvoniam promiſſio tendit ad producendam obligationem, quæ in genere hoc axioma præſupponit.

§. 79.

Fluit ex dictis 1. Qvod nemo per promiſſionem ſe obligare *poſſit ad impoſſibile*. Qvi enim talia promittit, & qvi ea ac-

Hh

ceptat

§. 76.

Qvod ſi tamen hæc ratio ſola non placeat, addere poteris, plerumqve in ejusmodi promiſſionibus, qvæ fiunt perduellibus, non adeſſe metum periculi præſentis, qvod in virum conſtantem cadat, ſed ſubeſſe Martem adhuc dubium &c.

§. 77.

Unde putarem, ſi perduellis regem ſuum, nullo præcedente bello, vi ſubitâ invadat, eumqve metu mortis vel ſimili ad paciſcendum adigat, non magis ex hoc promiſſo obligationem produci, atqve ex promiſſione, qvæ piratæ fiebat. Hactenus de conſenſu.

§. 78.

Promitti verò poſſunt ſolum ea, quæ ſunt in *noſtris viribus* & in noſtro arbitrio, idqve qvoniam promiſſio tendit ad producendam obligationem, quæ in genere hoc axioma præſupponit.

§. 79.

Fluit ex dictis 1. Qvod nemo per promiſſionem ſe obligare *poſſit ad impoſſibile*. Qvi enim talia promittit, & qvi ea ac-



Digitized by Google

ceptat, uterq; ſigna edit non ſanæ mentis, ſed ſummæ ſtoliditatis.

§. 80.

Modo tamen non is, cui promittitur, *ignoraverit*, rem eſſe promittenti impoſſibilem, promiſſor verò rem extra ſuam poteſtatem eſſe ſciverit.

§. 81.

Sunt enim qvædam *impoſſibilia omnibus* hominibus, ut volare, digito cœlum tangere; qvædam *impoſſibilia aliqvibus* ſaltem, ut generare, dare mille vel centum &c. In horum ergò ultimis dicta limitatio locum ſibi vindicabit.

§. 82.

Qvin imò neq; promiſſor ab omni obligatione liberabitur, qvi rem promiſit *poſſibilem*, qvæ *poſteà* vel per dolum aut culpam promittentis, vel etiam per caſum *facta fuit impoſſibilis*, qvamvis pro diverſitate culpæ aut caſus obligatio variet.

§. 83.

Unde non in univerſum procedit, ſed multis limitationibus eſt obnoxia ſententia Hobbeſii, *pacta non ad rem ipſam, ſed ad ſummum duntaxat conatum obligare.*

§. 84



§. 84.

Utrum verò ad impoſſibilia ſit referendum, ſi qvis promittat, qvod nolit *reſiſtere mortem & vulnera inferenti*? commodius infrà, ubi de pœnis erit agendum, diſpiciemus.

§. 85.

II. Nemo ſe obligare poterit per pactum ad rem legibus *prohibitam*. Cum enim Legislator non velit contraria, & verò jam actum aliqvem determinaverit, non poterit ſine contradictione approbare contrariam determinationem paciſcentium. Igitur ejusmodi res etſi non ſint ultrà vires naturales paciſcentium, ſunt tamen extra ipſorum arbitrium.

§. 86.

Qva propter non ſolum re utrobiqve integra neuter ad implendum promiſſum de re turpi factum tenebitur, ſed & *turpi facinore* ab altero patrato, promiſſor non tenebitur ad mercedem ſolvendam, aut indemnitatem præſtandam.

§. 87.

Sed ſi *mercedem rei turpis jam dederis*, ſive adimpletum iſtud fuerit, ſive minus,



non

§. 84.

Utrùm verò ad impoſſibilia ſit referendum, ſi qvis promittat, qvod nolit *reſiſtere mortem & vulnera inferenti?* commodius infrà, ubi de pœnis erit agendum, diſpiciemus.

§. 85.

II. Nemo ſe obligare poterit per pactum ad rem legibus *prohibitam.* Cum enim Legislator non velit contraria, & verò jam actum aliqvem determinaverit, non poterit ſine contradictione approbare contrariam determinationem paciſcentium. Igitur ejusmodi res etſi non ſint ultrà vires naturales paciſcentium, ſunt tamen extrà ipſorum arbitrium.

§. 86.

Qva propter non ſolum re utrobiqve integra neuter ad implendum promiſſũ de re turpi factum tenebitur, ſed & *turpi facinore* ab altero patrato, promiſſor non tenebitur ad mercedem ſolvendam, aut indemnitatem præſtandam.

§. 87.

Sed ſi *mercedem rei turpis jam dederis*, ſive adimpletum iſtud fuerit, ſive minus,



Digitized by Google

non poteris eandem repetere ab acci-
piente, qvia in pari cauſa potior eſt con-
ditio poſſidentis, & promiſſor propri-
am hic allegat turpitudinem.

§. 88.

Modo non ſit turpitudo ſolius acci-
pientis, etiam abſtrahendo à legibus Ro-
manis, qvippè tum rationes modo poſi-
tæ ceſſant.

§. 89.

III. Nemo promittere poteſt res alienas.
Hæ enim partim non ſunt arbitrio no-
ſtro ſubjectæ, partim in viribus noſtris
ſitum non eſt, eas præſtare.

§. 90.

Scilicet non valet promiſſio de rei alie-
næ datione, non tamen reſpuunt eæ o-
mnes contractus, ubi de earum admi-
niſtratione, cuſtodiâ etiam, uſu & ſimi-
libus diſponitur.

§. 91.

IV. Eadem eſt ratio *actionum aliena-
rum*, qvæ noſtræ directioni non ſunt
ſubjectæ. Qvod ſi enim ſubjectæ fue-
rint, ſuo modo in materia pactorum æ-
qviparantur noſtris.

§. 92.



§. 92.

Qvi igitur factum alienum promittit, non obligabitur, niſi circumſtantiæ oſtendant, ſenſum promiſſionis eſſe, qvod velit *operam dare*, ut alter promiſſa præſtet, ubi tenebitur omni modo moraliter poſſibili laborare, ut promiſſum adimpleatur.

§. 93.

Qvod ſi planè *effecturum* ſe, ut tertius mihi qvid præſtet promiſerit, ferè ad præſtationem intereſſe, ſi tertius ceſſaverit, ſe obligaſſe cenſebitur.

§. 94.

V. Deniqve nec ſuper actionibus aut rebus noſtris, circa qvas *alteri jam fuit jus qvæſitum*, validè paciſci poſſumus. Sunt enim noſtro arbitrio jam exemtæ.

§. 95.

Niſi fortè in eum caſum, *ubi alterius jus expiraverit*. Modò non intuitu promittentis turpe ſit ejusmodi caſum optare. Hinc valebit eqvidem mercenarii promiſſio alteri facta ſub conditione, ſi tempus qvo ſe alii addixerat, finitum fuerit, aut locatio ædium noſtrarum in caſum præſentis locationis finitæ. Sed



Digitized by Google

§. 92.

Qvi igitur factum alienum promittit, non obligabitur, niſi circumſtantiæ oſtendant, ſenſum promiſſionis eſſe, qvod velit *operam dare*, ut alter promiſſa præſtet, ubi tenebitur omni modo moraliter poſſibili laborare, ut promiſſum adimpleatur.

§. 93.

Qvod ſi planè *effecturum* ſe, ut tertius mihi qvid præſtet promiſerit, ferè ad præſtationem intereſſe, ſi tertius ceſſaverit, ſe obligaſſe cenſebitur.

§. 94.

V. Deniqve nec ſuper actionibus aut rebus noſtris, circa qvas *alteri jam fuit jus qvæſitum*, validè paciſci poſſumus. Sunt enim noſtro arbitrio jam exemtæ.

§. 95.

Niſi fortè in eum caſum, *ubi alterius jus expiraverit*. Modò non intuitu promittentis turpe ſit ejusmodi caſum optare. Hinc valebit eqvidem mercenarii promiſſio alteri facta ſub conditione, ſi tempus qvo ſe alii addixerat, finitum fuerit, aut locatio ædium noſtrarum in caſum præſentis locationis finitæ. Sed



Digitized by Google

promiſſio ſubjectionis in caſum, ſi Reſpublica cui qvis jam eſt obligatus, vel bello civili peſſum detur, vel alio modo intereat pro turpi habebitur.

§. 96.

Unde non ſine cauſa apud Chriſtianos principes pacta ejusmodi conditionata de matrimonio ineundo, qvæ conjux vivente conjuge iniit, nulla declarantur; pœnis inſuper in ejusmodi paciſcentes conſtitutis.

§. 97.

Eò pertinet, qvod Jure Romano non valerent promiſſa liberi hominis, & rei publicæ ſub conditione; ſi ille ſervus aut hæc privata futura eſſet.

§. 98.

Seqvitur *modus* promittendi, qvi qvidem vel fit *purè*, vel in *diem*, vel ſub *conditione*. Illa ſtatim tribuit *jus perfectum*, iſta *imperfectum*, donec dies advenerit, hæc ante conditionis exiſtentiam ne qvidem jus imperfectum, ſed *ſpem* ſaltem debitum iri ad id ſuffecturam, ut ante conditionis eventum promiſſor non poſſit recedere.

§. 99.



§. 99.

Differentia igitur inter modos promittendi poſteriores in eo potiſſimum ſe exeret. Qvod qvi ex errore ante exiſtentiam conditionis debitum ſolverit, id ut indebitum poſſit repetere, non ille qvi ſolvit ante diem.

§. 100.

Ratione verò conceptuum differt dies & conditio, qvod *dies* ſit tempus futurum, qvod certum eſt, qvod & qvando exiturum ſit, vel minimũ ubi certum eſt, qvod ſit extiturum. *Conditio* vero, ubi vel utrumq; vel certe ipſa exiſtentia eſt incerta.

§. 101.

Eſt igitur *promiſſio ſub conditione* facta, ubi validitas promiſſionis confertur in eventum, à caſu ſpecialiter adjecto pendentem.

§. 102.

Unde conditiones propriè dictæ non ſunt, qvæ omnibus promiſſionibꝰ, etiam puris *tacitè* inſunt, v. gr. dabo tibi centum, ſi vis major me non impedierit, ſi mundus adhuc ſtabit, &c.

§. 103.

Item conditiones ad tempus *præſens* vel *præteritum* ſe referentes; niſi harum



tacitas

§. 99.

Differentia igitur inter modos promittendi poſteriores in eo potiſſimum ſe exeret. Qvod qvi ex errore ante exiſtentiam conditionis debitum ſolverit, id ut indebitum poſſit repetere, non iſte qvi ſolvit ante diem.

§ 100.

Ratione vero conceptuum differt dies & conditio, qvod *dies* ſit tempus futurum, qvod certum eſt, qvod & qvando extiturum ſit, vel minimum ubi certum eſt, qvod ſit extiturum. *Conditio* vero, ubi vel utrumq; vel certe ipſa exiſtentia eſt incerta.

§. 101.

Eſt igitur *promiſſio ſub conditione* facta, ubi validitas promiſſionis confertur in eventum, à caſu ſpecialiter adjecto pendentem.

§. 102.

Unde conditiones propriè dictæ non ſunt, qvæ omnibus promiſſionibus, etiam puris *tacitè* inſunt, v. gr. dabo tibi centum, ſi vis major me non impedierit, ſi mundus adhuc ſtabit &c.

§. 103.

Item conditiones ad tempus *præſens* vel *præteritum* ſe referentes, niſi harum

tacitus ſit ſenſus ; ſi probatum fuerit id qvod ad tempus præſens vel præteritum refertur.

§. 104.

Tum conditiones *neceſſariò extituræ*, v. gr. ſi cras erit dies.

§. 105.

Et, cum contrariorum eadem ſit ratio, conditiones *impoſſibiles* etiam non erunt veræ conditiones.

§. 106.

In eo tamen inter has & conditiones reliqvas improprias eſt differentia, qvod illæ plerumqve faciant promiſſum purum, in impoſſibili autem conditione eadem, qvæ ſuprà de promiſſione impoſſibilium diximus, habeant locum.

§. 107.

Neqve diſtingvimus inter promiſſa & *ultimas voluntates*, ſi a diſpoſitione legum civilium abſtrahamus, etſi hæ non iniqvè conſtituerint eas in ultimis voluntatibus haberi pro non adjectis ; ne videlicet per actus nullum eventum ſortituros, hominibus illudatur.

§. 108.

*Turpes* verò conditiones, cum ab eventu





ventu incerto dependeant, pro impropriis conditionibus haberi non poſſunt, neqve adeò ſunt ſpecies impoſſibilium, ut communiter interpretes legum civilium, ob non rectè intellectam legem pandectarum, volunt. Qvamvis & hic qvoad effectum eadem ſint repetenda, qvæ jam de promiſſionibus rei illicitæ notavimus.

§. 109.

*Poſſibilis* igitur eſſe debet conditio. Hanc verò iterum uno ore juris civilis doctores in *poteſtativam*, *caſualem*, atqve *mixtam* ſubdividunt. Qvæ tamen diſtinctio vereor ut citra jus civile magnum uſum ſit allatura.

§. 110.

Uti enim oſtendimus alibi, *mixtam* & *poteſtativam* etiam ex intentione Veterum JCtorum parum differre, ita differentiæ qvæ inter *caſualem* & *poteſtativam* referuntur, partim à mera ſubtilitate dependent, partim ad regulam reſpiciunt, qvod *poteſtativa habeatur pro adimpleta, ſi per promiſſarium non ſteterit qvo minus adimpleatur.*



Digitized by Google

ventu incerto dependeant, pro impropriis conditionibus haberi non poſſunt, neqve adeò ſunt ſpecies impoſſibilium, ut communiter interpretes legum civilium, ob non rectè intellectam legem pandectarum, volunt. Qvamvis & hic qvoad effectum eadem ſint repetenda, qvæ jam de promisſionibus rei illicitæ notavimus.

§. 109.

*Poſſibilis* igitur eſſe debet conditio. Hanc verò iterum uno ore juris civilis doctores in *poteſtativam*, *caſualem*, atqve *mixtam* ſubdividunt. Qvæ tamen diſtinctio vereor ut citra jus civile magnum uſum ſit allatura.

§. 110.

Uti enim oſtendimus alibi, *mixtam* & *poteſtativam* etiam ex intentione Veterum JCtorum parum differre, ita differentiæ qvæ inter *caſualem* & *poteſtativam* referuntur, partim à mera ſubtilitate dependent, partim ad regulam reſpiciunt, qvod *poteſtativa habeatur pro adimpleta*, *ſi per promiſſarium non ſteterit qvo minus adimpleatur*.



Digitized by Google

§. 111.

Sed hoc axioma non ſolum qvoad ſpeciales applicationes apud JCtos Romanos multis limitationibus eſt obnoxium, qvin & diſſenſui notabili dedit occaſionem, ſed etiam abſtrahendo à legibus civilibus vix procedet, cum ex aliis circumſtantiis dijudicari hic debeat, utrum promiſſor adjiciendo conditionem poteſtativam primario ad voluntatem promiſſarii reſpexerit, an ad caſum, qvi fere ſemper ejusmodi conditionibus adſtrictus eſt. Nam ſi caſum reſpexerit, axioma iſtud non habebit locum.

§. 112.

Qvod ſi conditio non à mero arbitrio promiſſoris ſuſpendatur, ſed à caſu, qvi & ipſe ex parte promittendis voluntatem præſupponit, tunc obligatio orietur, ſi caſus iſte extiterit, neqve tamen indiſtinctè tenebitur promiſſor facere, qvicqvid moraliter æqvum eſt ut illa impleatur.

§. 113.

Solet & *locus* promiſſionibus adjici, qvæ adjectio etiam jus tamdiu imperfectum producit, donec tantum temporis elapſum fuerit, qvo commode poſſit pervenire ad illum locum.



§. 114.

Pertinet etiam ad modos promittendi, qvod promittamus vel *ipſi* vel *per alios* homines, qvos velut internuncios voluntatis noſtræ & interpretes eſſe voluimus. JCtorum ſtylo *mandatarii* & *procuratores* appellantur.

§. 115.

Hi igitur ſi *bonâ fide* egerint, neqve *fines mandati* manifeſtos excesſerint, firmiter nos iis, cum qvibus noſtro nomine pacti ſunt, obligant.

§. 116.

Non confundendi tamen ſunt hîc *miniſtri*, qvos elegi, ut meo nomine promittant cum iis qvi adhibiti ſunt, ut promiſſionem ſaltem ſignificent, qvales ſunt v. gr. *tabellarii*, qvibus literæ voluntatis noſtræ interpretes fuere traditæ. Miſſer enim ſi moriatur anteqvam ei ad qvem deſtinabatur, voluntatem noſtram ſignificaverit, *revocare poſſumus* promiſſum, etiamſi jam alter à tertio de voluntate noſtrâ certior factus promiſſum acceptaverit. Non ita, ſi tabellario

ris elapſum fuerit, qvo commode poſſit pervenire ad illum locum.

§. 114.

Pertinet etiam ad modos promittendi, qvod promittamus vel *ipſi* vel *per alios* homines, qvos velut internuncios voluntatis noſtræ & interpretes eſſe voluimus. JCtorum ſtylo *mandatarii* & *procuratores* appellantur.

§. 115.

*Hi* igitur ſi *bonâ fide* egerint, neqve *fines mandati* manifeſtos excesſerint, firmiter nos iis, cum qvibus noſtro nomine pacti ſunt, obligant.

§. 116.

Non confundendi tamen ſunt hîc *miniſtri*, qvos elegi, ut meo nomine promittant cum iis qvi adhibiti ſunt, ut promisſionem ſaltem ſignificent, qvales ſunt v. gr. *tabellarii*, qvibus literæ voluntatis noſtræ interpretes fuere traditæ. Miniſter enim ſi moriatur antequam ei ad qvem deſtinabatur, voluntatem noſtram ſignificaverit, *revocare poſſumus* promisſum, etiamſi jam alter à tertio de voluntate noſtrâ certior factus promisſum acceptaverit. Non ita, ſi tabel-

lario

lario mortuo epiſtolam ab alio fuerit nactus.

§. 117.

Addunt & alteram differentiam. *Si tabellario uſus ſim, revocationem meam valere, ſi promiſſum revocem anteqvam ab altero acceptatum fuerit, etſi revocatio tabellario non innotuerit; At ſi mandatario, irritam eſſe revocationem, niſi revocatio etiam mandatario ipſi innotuerit.*

§. 118.

Mihi verò hic varii caſus videntur ſecernendi. Potiſſimum an revocatio directa ſit ad mandatarium, an ad eum cui ſit promiſſio? utrum hæc revocatio ante acceptationem innotuerit ei, cum qvo negotium eſt contrahendum, annon?

§. 119.

Similiter in qvæſtione alia: *An nomine alterius, à qvo nullum mandatum habeo, acceptare poſſim promiſſum?* Sola illa diſtinctio, an ita promiſſum ſit: promitto *teſte* meSejo daturum; an ita: promitto *tibi*, meSejo daturum; ſcrupulos omnes non videtur tollere. Sed in poſteriori caſu omnino videtur diſtingvendum eſſe



eſſe, an ejus, cui promiſſio eo modo facta eſt, interſit tertio dari an minus? Qvam diſtinctionem neqve JCti Romani neglexerunt.

§. 120.

Illud verò minus dubii habet; ſi promiſſarius moriatur anteqvam promiſſionem acceptaverit, *acceptationem* non fieri poſſe me invito ab ejus *heredibus*, etſi qvidem certum ſit, contrahentes regulariter heredibus etiam præſumi voluiſſe proſpicere.

§. 121.

Seqvitur *diviſio pactorum*. Paſſiva, & quæ crucem fixit JCtis Romanis pariter ac eorum interpretibus, eſt illa, dum pacti dividitur in *pactum* ſtrictè dictum & *contractum*. Sed cum utraqve ſpecies dominiorum diſtinctionem & rerum pretia præſupponant, differenda erit de hâc diviſione inſpectio inferius.

## CAP. VII.
## De Officio Hominis circa Sermonem.

§. 1. Per-

Digitized by Google

eſſe, an ejus, cui promiſſio eo modo facta eſt, interſit tertio dari an minus? Qvam diſtinctionem neqve JCti Romani neglexerunt.

§. 120.

Illud verò minus dubii habet; ſi promiſſarius moriatur anteqvam promiſſionem acceptaverit, *acceptationem* non fieri poſſe me invito ab ejus *heredibus*, etſi id qvidem certum ſit, contrahentes regulariter heredibus etiam præſumi voluiſſe proſpicere.

§. 121.

Seqvitur *diviſio pactorum.* Paſſiva, & quæ crucem fixit JCtis Romanis pariter ac eorum interpretibus, eſt illa, dum pactũ dividitur in *pactum* ſtrictè dictum & *contractum*. Sed cum utraqve ſpecies dominiorum diſtinctionem & rerum pretia præſupponant, differenda erit de hâc diviſione inſpectio inferius.

## CAP. VII.

# De Officio Hominis circa Sermonem.

§. 1. Per-

Digitized by Google

§. 1.

PErduxit nos ordo ad præcepta *hypothetica*; qvæ non tantum ideo ſic dicuntur, quód præſupponant ex parte jam pacta & leges de fide ſervanda eadem concomitantes, ſed vel maximè, qvod ex præcepto generali de cuſtodiendâ hominum æqvalitate & qvatuor ejus rivulis, tanqvam theſes ex hypotheſi facili negotio deduci poſſit.

§. 2.

Igitur non miraberis, ſi in ſeqventib9 non ſolum hujus, ſed & reliqvorum capitum, ubi rationes axiomatum erunt reddendæ, ſæpius breviſſimis digitum ad præcedentia intendero, vel etiam præcepta illa qvatuor ſaltem ad concluſiones ſpeciales applicuero. Simul verò in ſingulis capitibus ſpeciatim ad ſingulorum negotiorum qvæ ibi tractabuntur finem potiſſimum reſpiciam, qvoniam iſte in moralibus maximum momentum affert.

§. 3.

*Sermonem* vero qvod attinet, pauca de ejus definitione & origine erunt præmitten-



mittenda, antequam de officio hominum ſermocinantium præcepta tradamus.

§. 4.

*Sermo* eſt vox articulata, qvâ homines ſibi invicem ſenſa animi ſignificant & inter ſe ratiocinantur.

§. 5.

Appellatur autem ſermo *vox articulata*, ut tam à voce in genere, qvam ſono diſtingvatur. *Sonus* qvippe eſt, qvicqvid ab auribus ex qvorumcunqve corporum colliſione percipitur: *Vox* eſt ſonus ab animalibus qvibusvis editus: *Sermo* eſt vox hominum propria. Beſtiis autem ut plurimum vox inarticulata, rariſſimè articulata, vel potius aliqvid inter articulatam & inarticulatam medium, ut pſittacis &c. competit. Sermo verò ſemper articulatus eſt.

§. 6.

Illam differentiam omitto, qvod *vox* ſit ſignum jucundi & moleſti, *ſermo* verò inſuper etiam utilis ac damnoſi, honeſti itidem ac turpis; qvoniam latet jam in differentia præcedenti, qvamvis bonum utile vel hic planè omitti, vel ad vocem etiam extendere malim.

§. 7.

Digitized by Google

mittenda, anteqvam de officio hominum ſermocinantium præcepta tradamus.

§. 4.

*Sermo* eſt vox articulata, qvâ homines ſibi invicem ſenſa animi ſignificant & inter ſe ratiocinantur.

§. 5.

Appellatur autem ſermo *vox articulata*, ut tam à voce in genere, qvam ſono diſtingvatur. *Sonus* qvippe eſt, qvicqvid ab auribus ex qvorumcunqve corporum colliſione percipitur: *Vox* eſt ſonus ab animalibus qvibusvis editus; *Sermo* eſt vox hominum propria. Beſtiis autem ut plurimum vox inarticulata, rariſſimè articulata, vel potius aliqvid inter articulatam & inarticulatam medium, ut pſittacis &c. competit. Sermo verò ſemper articulatus eſt.

§. 6.

Illam differentiam omitto, qvod *vox* ſit ſignum jucundi & moleſti, *ſermo* verò inſuper etiam utilis ac damnoſi, honeſti itidem ac turpis; qvoniam latet jam in differentia præcedenti, qvamvis bonum utile vel hic planè omitti, vel ad vocem etiam extendere malim.

§. 7.

§. 7.

Igitur *ſermo ſolis hominibus* competit, qvà beſtiis contradiſtingvuntur, & ratione utuntur vel ipſo Ariſtotele conſentiente. Notabilia ſunt verba Ciceronis. *Natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & ad vitæ ſocietatem.* Item: *Societatis vinculum eſt ratio & oratio, qvæ docendo, diſcendo, communicando, diſceptando, judicando conciliat inter ſe homines, conjungitque naturali qvadam ſocietate.*

§. 8.

Vides hic *rationem, ſermonem, ſocietatem* à Cicerone conjungi. Rem magis illuſtrabunt ea, qvæ ſuprà circa expoſitionem ſocialitatis diſſeruimus.

§. 9.

Ipſe Gentium Doctor Paulus dum Epheſios à mendacio avocat, & veritatem iis inculcat, nullam aliam adducit rationem, qvàm, *qvod homines invicem membra ſint*, non phyſica haud dubiè, ſed moralia ac ſocialia.

§. 10.

Igitur cum *ſermonis finis primarius* ſit, ut homines raciocinentur inter ſe, ratiocinatio verò reqvirat ſtatum tranqvillum; generale etiam præceptum de officio ſermocinantium erit: SERMONE ET RELIQVIS ANIMI SIGNIS UTERE AD PROMOVENDAM TRANQVILLITATEM COMMUNEM.



§. 11.

Sed de hoc qvidem non poterit eſſe dubium, & ſpecialiora haud dubiè axiomata deſideras, qvæ ſtatim dabo, ſi modo differentiam inter *ſermonem* & *reliqva ſigna animi* oſtendero. Ea verò in termino *vocis* latet.

§. 12.

Scilicet *ſigna* rerum ſunt vel *naturalia* vel *arbitraria*. *Illa* ex naturali habitudine rerum deducuntur, atq; ad phyſicos & medicos pertinent. Ita fumus ignis, aurora diei, pallor morbi vel amoris &c. fuga timoris, indicia ſunt.

§. 13.

*Arbitraria* ſunt, qvæ ſignificant ex arbitrio hominum, eoqve non ſingulorum, prout ſeorſim conſiderantur, ſed prout mutuo conſenſu eadem determinarunt.

cinatio verò reqvirat ſtatum tranqvillum; generale etiam præceptum de officio ſermocinantium erit: SERMONE ET RELIQVIS ANIMI SIGNIS UTERE AD PROMOVENDAM TRANQVILLITATEM COMMUNEM.

§. 11.

Sed de hoc qvidem non poterit eſſe dubium, & ſpecialiora haud dubiè axiomata deſideras, qvæ ſtatim dabo, ſi modo differentiam inter *ſermonem* & *reliqva ſigna animi* oſtendero. Ea verò in termino *vocis* latet.

§. 12.

Scilicet *ſigna* rerum ſunt vel *naturalia* vel *arbitraria*. *Illa* ex naturali habitudine rerum deducuntur, atq; ad phyſicos & medicos pertinent. Ita fumus ignis, aurora diei, pallor morbi vel amoris &c. fuga timoris, indicia ſunt.

§. 13.

*Arbitraria* ſunt, qvæ ſignificant ex arbitrio hominum, eoqve non ſingulorum, prout ſeorſim conſiderantur, ſed prout mutuo conſenſu eadem determinarunt.

§. 14.

Cum enim his ſignis omnibus intendatur, ut alterius cogitationes aliis communicentur, & verò homo hominis mentem introſpicere neqveat, indicia verò mentis naturalia ſint pauciſſima, eaqve ab hominibus artis ſimulandi gnaris ſæpiſſimè ſupprimant, non proſpectum fuiſſet ſocialiati, ſi cuilibet pro lubitu ſignis ſignificationem qvamcunq; imponere fuiſſet liberum, ſed neceſſe fuit ut deſuper per mutuum conſenſum homines convenirent.

§. 15.

Sunt vero ſigna iſta arbitraria vel *communia* plerisqve populis, vel *propria* qvorundam.

§. 16

Utraqve vel à *variarum* earumqve infinitarum *rerum* uſu, vel in ſpecie ab uſu & varatione *vocis humanæ* petita ſunt.

§. 17.

Poſteriora hæc & à *ſermonis* uſu orta præ reliqvis ad ſocialitatem cuſtodiendam *aptiſſima* ſunt, in tantum, ut citra ſermonem vix ulla aut nonniſi incultisſima



ſimainter homines ſocietas, pax & diſciplina foret.

§. 18.

Et cogita ſaltem duos homines aliqva neceſſitate ſimul eſſe cogi, qvorum neuter alterius lingvam calleat, facilius beſtiæ etiam diverſi generis inter ſe ſociabuntur, qvam iſti, etſi ſint homines. Neqve proderit qvicqvam ad conſociandos homines tanta ſimilitudo naturæ, à ſenſa animi propter ſolam lingvarum diverſitatem communicare neqveant; qvin libentius erit homo cum cane ſuo, qvam cum homine alieni idiomatis.

§. 19.

Ticeo infinita incommoda, qvæ ex æqvivocatione reliqvorum ſignorum vel diverſi idiomatis non poterunt non oriri. Sic Italus calorem nimium aqvæ terræ non ſuſtinens, dum ſuum *caldo* freqventer ingeminat, à Balneatore Germano de frigore ipſum qveri putante affuſione fervidæ penè fuit exanimatus. Ita Germanus in exterà provinciâ, qvedam voce dentes monſtrans, & ſigno illo ſedationem urgentis famis qværens, dentibus miſerè fuit privatus, putange hoſpi-

ſima inter homines ſocietas, pax & diſciplina foret.

§. 18.

Et cogita ſaltem duos homines aliqva neceſſitate ſimul eſſe cogi, qvorum neuter alterius lingvam calleat, facilius beſtiæ etiam diverſi generis inter ſe ſociabuntur, qvam iſti, etſi ſint homines. Neqve proderit qvicqvam ad conſociandos homines tanta ſimilitudo naturæ, ſi ſenſa animi propter ſolam lingvarum diverſitatem communicare neqveant; qvin libentius erit homo cum cane ſuo, qvam cum homine alieni idiomatis.

§. 19.

Taceo infinita incommoda, qvæ ex æqvivocatione reliqvorum ſignorum vel diverſi idiomatis non poterunt non oriri. Sic Italus calorem nimium aqvæ ferre non ſuſtinens, dum ſuum *caldo* freqventer ingeminat, à Balneatore Germano de frigore ipſum qveri putante affuſione fervidæ penè fuit exanimatus. Ita Germanus in extera provinciâ, qverulâ voce dentes monſtrans, & ſigno iſto ſedationem urgentis famis qværens, dentibus miſerè fuit privatus, putante

hoſpite, hoſpitem ſuum laborare odontalgia.

§. 20.

Cœterum etſi de *origine Sermonis* varia fabulati fuerint gentiles hiſtoriâ creationis deſtituti, nobis verò ex ſacris literis conſtet primævam, tanqvam à Numine primis hominibus immediate fuiſſe infuſam, qvam ex ipſis geniti uſu audiendi deinde didicerint, donec exſtructio turris Babylonicæ diverſitatis lingvarum anſam dederit, in eo tamen ferè aſſenſum præbuerunt Ethnici, ſermoni non à naturâ aut intrinſecâ qvadam neceſſitate, ſed ex *mero hominum arbitrio* atqve inſtituto ineſſe vim ſignificandi.

§. 21.

Niſi fortè velis excipere, qvæ contrà apud Platonem Cratylus diſputat, vana omnino & ab aliis jam exploſa prolixius.

§. 22.

Uti verò *reliqva ſigna* animi *conventione* hominum vel expreſſâ vel tacitâ valent, ſic & *ſermo* ex iisdem fontibus vim ſignificandi habet.

§. 23.



§. 23.

Eſt autem conventio iſta vel *generalis*, inter integrum populum eâdem lingva utentem de rebus vulgò notis & uſitatis, vel *ſpecialis* inter artifices & eruditos de rebus populariter non cognitis, ſed à communi uſu remotis.

§. 24.

Qvamvis verò, ut inſcriptio capitis oſtendit, principaliter hic de officiis circa ſermonem ſimus acturi, dicta tamen oſtendunt, dicenda etiam ad reliqua animi ſigna debere applicari, unde & in axiomate generali hæc ſermoni junximus.

§. 25.

Inter iſta duo *Literæ* qvaſi intermediæ ſunt, qvapropter & uſu juris Civilis modo ad verba, modo ad facta referuntur, accedunt tamen magis ad verba & ſermonem, cujus imago ſunt, uti ſermo mentis.

§. 26.

His præmiſſis *triplicem claſſem* facio præceptorum ſpecialium de officio hominis circa ſermonem, qvarum prima *uſum loqvendi*, ſecunda *electionem ſignorum*, tertia *convenientiam animi cum ſignis concernit*.



§. 27.

§. 23.

Eſt autem conventio iſta vel *generalis*, inter integrum populum eâdem lingva utentem de rebus vulgò notis & uſitatis, vel *ſpecialis* inter artifices & eruditos de rebus populariter non cognitis, ſed à communi uſu remotis.

§. 24.

Qvamvis verò, ut inſcriptio capitis oſtendit, principaliter hic de officiis circa ſermonem ſimus acturi, dicta tamen oſtendunt, dicenda etiam ad reliqua animi ſigna debere applicari, unde & in axiomate generali hæc ſermoni junximus.

§. 25.

Inter iſta duo *Literæ* qvaſi intermediæ ſunt, qvapropter & uſu juris Civilis modo ad verba, modo ad facta referuntur, accedunt tamen magis ad verba & ſermonem, cujus imago ſunt, uti ſermo mentis.

§. 26.

His præmiſſis *triplicem claſſem* facio præceptorum ſpecialium de officio hominis circa ſermonem, qvarum prima *actum loqvendi*, ſecunda *electionem ſignorum*, tertia *convenientiam animi cum ſignis concernit*.

§. 27.

Qvoniam enim ſermo eſt index animi tres potiſſimum qvæſtiones inde oriuntur (1.) An animi mei ſenſa alteri ſint indicanda (2.) An in declaratione ejus ſignis ab aliis inventis ſit utendum (3) An correſpondere debeant ſigna cum animo.

§. 28.

Procedet verò res omnium facillimè, ſi ad tres claſſes illas qvatuor præcepta ſpecialia abſoluta, tum & generale hujus capitis, qvod à fine ſermonis petiimus, applicuerimus.

§. 29.

In primâ igitur claſſe præceptum negativum eſt: TACE, SI PER LOQVELAM TVAM OFFENDANTVR ALII, AVT DAMNVM PRÆTER MERITVM INCVRRANT, AVT HVMANITAS, VEL PACTVM VEL INGENERE PAX COMMVNIS TACITVRNITATEM EXIGANT.

§. 30.

Coërcet hoc præceptum non ſolum *injuriam verbalem*, ſuo modo etiam *jactantiam*



*jactantiam*, *Adulationem* & *Scurrilitatem*, ſed maximè *Garrulitatem*.

§. 31.

Quæ uti omnibus vitanda, ita potiſſimum à miniſtris Reip., belli ducibus, Legatis, conſiliaris &c. debet eſſe aliena.

§. 32.

Præceptum affirmativum primæ claſſis eadem inculcat. LOQVERE QVOTIES EX HUMANITATE VEL PACTO AD LOQVENDUM OBSTRICTUS ES VEL TACITURNITAS DAMNUM VEL CONTEMPTVM ALTERI INFERT, AUT TRANQVILLITATEM LÆDIT.

§. 33.

Additur ab aliis. *Loqvere qvoties id exigit honor divinus.* Sed qvemadmodum hæc limitatio jam ex parte ſub noſtra regula includitur tacitè, & qvatenus omnia præcepta juris naturalis honorem DEI internum tanqvam principium prius præſupponunt; ita expreſſa hujus limitationis additione vel ideò abſtinemus, qvoniam ii reſpiciunt potiſſimum honorem externum & deciſionem



Digitized by Google

*ſtantiam, Adulationem & Scurrilitatem*, ſed maximè *Garrulitatem*.

§. 31.

Qvæ uti omnibus vitanda, ita potiſſimum â miniſtris Reip., belli ducibus, Legatis, conſiliaris &c. debet eſſe aliena.

§. 32.

Præceptum affirmativum primæ claſſis eadem inculcat. LOQVERE QVOTIES EX HUMANITATE VEL PACTO AD LOQVENDUM OBSTRICTUS ES VEL TACITURNITAS DAMNUM VEL CONTEMPTVM ALTERI INFERT, AUT TRANQVILLITATEM LÆDIT.

§. 33.

Additur ab aliis. *Loqvere qvoties id exigit honor divinus.* Sed qvemadmodum hæc limitatio jam ex parte ſub noſtra regula includitur tacitè, & qvatenus omnia præcepta juris naturalis honorem DEI internum tanqvam principium prius præſupponunt; ita expreſſa hujꝰ limitationis additione vel ideò abſtinemus, qvoniam ii reſpiciunt potiſſimum honorem externum & deciſio-

 nem

Digitized by Google

nem qvæſtionis difficillimæ: *quando fidei confeſſio ſit neceſſaria, quando non?* cujus tanqvam circulos Jurisprudentiæ transgredientis, deciſionem relinqvimus Theologis.

§. 34.

Peccant vero contra hoc præceptum, qvi *pericula* reipublicæ vel concivi aut in genere proximo imminentia *tacent* qvi informationem profeſſi, *non ſunt fideles*, qvi educationi ſuæ concreditos *non emendant*. &c.

§. 35.

Etſi autem in prima claſſe duo præcepta ſpecialia poſuerimus, in ſecunda tamen unico erimus contenti, eoque negativo: VOCABULA NON IN ALIA SIGNIFICATIONE ADHIBE QVAM CONVENTUM EST.

§. 36.

*Ratio* differentiæ in eo ſita eſt, qvod taciturnitas ſi non majorem certè æqvalem uſum ſocialitati præbeat ac loqvela. Aliud vero dicendum ſit, ſi qvis verbis in ſingulari ſignificatione citrà conventionem uti velit.

§. 37.



§. 37.

Uti enim per ſingularem hanc impoſitionem alii facillimè lædi poſſunt, ac ita nullatenus promoveretur utilitas humani generis, ita potisſimum, ut ex notatis patet, violatur pactum ſeu expreſſum ſeu tacitum, qvo omnem ſermonem niti diximus.

§. 38.

Scio eqvidem non ademptam planè eſſe ſingulis poteſtatem τοῦ ὀνοματοποιεῖν potisſimum philoſophis. Sed hanc licentiam regula noſtra non tangit, qvoniam & ipſa conventione expreſſâ vel tacitâ nititur. Qvousqve verò licentia iſta ſe extendat, fortè exponemus alibi diſtinctius.

§. 39.

Reſtat claſsis tertia. Præceptum affirmativum eſt: EA LOQVERE QVÆ CUM ANIMO TVO CONVENIVNT SI HVMANITAS VEL PACTVM, ET COMMVNIS TRANQVILLITAS TALIA EXIGANT.

§. 40.

Oppoſitum eſt huic alterum negativum. FALSI LOQVIO ABSTINE QVOTIES PER ID ALTER LÆDERETVR AVT CONTEMNERETVR, ET PAX



Digitized by Google

§. 37.

Uti enim per ſingularem hanc impoſitionem alii facillimè lædi poſſunt, ac ita nullatenus promoveretur utilitas humani generis, ita potisſimum, ut ex notatis patet, violatur pactum ſeu expreſſum ſeu tacitum, qvo omnem ſermonem niti diximus.

§. 38.

Scio eqvidem non ademptam planè eſſe ſingulis poteſtatem τῦ ὀνοματοποιεῖν potisſimum philoſophis. Sed hanc licentiam regula noſtra non tangit, qvoniam & ipſa conventione expreſſâ vel tacitâ nititur. Qvousqve verò licentia iſta ſe extendat, fortè exponemus alibi diſtinctius.

§. 39.

Reſtat clasſis tertia. Præceptum affirmativum eſt: EA LOQVERE QVÆ CUM ANIMO TVO CONVENIVNT SI HVMANITAS VEL PACTVM, ET COMMVNIS TRANQVILLITAS TALIA EXIGANT.

§. 40.

Oppoſitum eſt huic alterum negativum. FALSI LOQVIO ABSTINE QVOTIES PER ID ALTER LÆDERETVR AVT CONTEMNERETVR, ET



Digitized by Google

PAX HVMANI GENERIS TVRBARETVR.

§. 41.

Scilicet tum teneor alteri ſenſa animi indicare & convenientia cum animo meo loqvi, qvoties is, qvo cum ago, ad *id jus perfectum* aut *imperfectum* habet; id verò fit qvando unum ex qvatuor iſtis præceptis abſolutis talia exigit.

§. 42.

Qvia vero ſermo etiam propter nos ipſos eſt inventus, ideo *ubi mea aliqva non contemnenda verſatur utilitas*, neqve cujusquam alterius jus læditur, licebit ſermonem ita formare, ut diverſum ab eo qvod in animo volvo exprimat.

§. 43.

Qvin & *ſi aliorum utilitatem intendamus*, ita diſpoſitorum, ut vera loqvendo detrimentum afferamus ipſis, licebit & hoc caſu ficto coloratoqve ſermone uti. Nam qvi alicui prodeſſe vult, & debet, non utiqve id tenetur facere eo modo qvo finem ſuum non erat obtenturus.

§. 44.

Nam etſi natura velit ut mentis interpres



ſit oratio; vult tamen id fieri cum prudentia & cæteris paribus, vult etiam ut ſermone mutuis & communibꝰ commodis conſulatur. Atqve cum hic poſterior ſit primarius ſermonis finis, à qvo alter menſuram capit, non poterit contra legem naturæ eſſe intentio fallendi, qvæ ad hunc finem directo tendit.

§. 45.

Accedit, qvod Philoſophi in eo conſentiant veritatem præcipere, ut verum dicendo ſuum cuiqve tribuamus: Ergo vi oppoſitorum non niſi illud falſum prohibet, qvod fraudi eſt alteri eiqve innocenti.

§. 46.

At, inqvis: *Qvilibet habet perpetuò jus ne fallatur & decipiatur ab altero.* Ergo ſemper falſiloqvium erit turpe.

§. 47.

Imo verò, qvâ fronte tu hanc objectionem aſſeris, eâdem ejus univerſalitatem negabo. Ad alia diſſentientium argumenta reſpondent alii.

§. 48.

Ex dictis patet, qvid propriè ſit *veritas* qvà virtus eſt, qvid item huic oppoſitum vitium, qvod *mendacium* dicitur.

§. 49.

Digitized by Google

pres ſit oratio; vult tamen id fieri cum prudentia & cæteris paribus, vult etiam ut ſermone mutuis & communib9 commodis conſu'atur. Atqve cum hic poſterior ſit primarius ſermonis finis, à qvo alter menſuram capit, non poterit contra legem naturæ eſſe intentio fallendi, qvæ ad hunc finem directo tendit.

§. 45.

Accedit, qvod Philoſophi in eo conſentiant veritatem præcipere, ut verum dicendo ſuum cuiqve tribuamus: Ergo vi oppoſitorum non niſi illud falſum prohibet, qvod fraudi eſt alteri eiqve innocenti.

§. 46.

At, inqvis: *Qvilibet habet perpetuò jus ne fallatur & decipiatur ab altero.* Ergo ſemper falſiloqvium erit turpe.

§. 47.

Imo verò, qvâ fronte tu hanc objectionem aſſeris, eâdem ejus univerſalitatem negabo. Ad alia diſſentientium argumenta reſpondent alii.

§. 48.

Ex dictis patet, qvid propriè ſit *veritas* qvà virtus eſt, qvid item huic oppoſitum vitium, qvod *mendacium* dicitur.

§. 49.

Digitized by Google

§. 49.

Nempe aliud eſt veritas *Metaphyſica*, aliud *Logica*, aliud *Ethica*. *Prima* eſt *affectio entis*, qvatenus id refertur ad exiſtentiam. Secunda *affectio propoſitionis*, qvatenus id qvod de Subjecto affirmatur vel negatur, reipſâ ita ſe habet citra cogitationem hominis. Unde illi opponitur *Falſitas metaphyſica* affectio non entis (vel accuratius loqvendo nihil opponitur veritati Metaphyſicæ, cum non entis nulla ſint prædicata) Huic verò *propoſitio falſa*.

§. 50.

Cœterum uti veritas *Logica* conſiſtit in convenientia propoſitionis cum re extra mentem, ita veritas *Ethica* conſiſtit in convenientiâ ſignorum externorum maximè ſermonis cum mente.

§. 51.

Sed hic cave hanc *veritatem Ethicam* ſtatim appelles *virtutem moralem*. Nam Ethica tractat etiam de actionibus indifferentibus, non de honeſtis ſaltem aut turpibus.

§. 52.

Itaqve tum demum hæc veritas virtutis



tutis nomen meretur qvatenus hæc convenientia verborum cum animo, jus ſuum cuiqve tribuit. Unde & cum addito poterit appellari *veritas juſtitiaria*.

§. 53.

Qvamvis communiter Peripathetici hoc additamentum uſurpent, qvo hanc virtutem diſtingvant à *veritate homiletica*, qvam ſtudio omittimus, qvoniam non pauci commentatorum virtutes homileticas vel pro virtutibus non neceſſariis habent, vel ornamenta potius virtutum qvam virtutes appellandas eſſe cenſent.

I

§. 54.

In ſpecie qvod veritatem homileticam attinet, videtur magis ad virtutes *intellectus* pertinere, qvàm ad morales. Unde & Ariſtotelis judicio jactator magis vanus (*μάταιος*) eſt quàm malus (*κακός*.)

§. 55.

Qvin *jactator* qvatenus vitium voluntatem afficit non tam ideò peccat qvod *falſa* de ſe dicat (niſi qvatenus ea locutio cum injuria alterius eſt conjuncta, ubi jam pertinet ad oppoſitum veritatis

tatis

Digitized by Google

tutis nomen meretur qvatenus hæc convenientia verborum cum animo, jus ſuum cuiqve tribuit. Unde & cum addito poterit appellari *veritas juſtitiaria*.

§. 53.

Qvamvis communiter Peripathetici hoc additamentum uſurpent, qvo hanc virtutem diſtingvant à *veritate homiletica*, qvam ſtudio omittimus, qvoniam non pauci commentatorum virtutes homileticas vel provirtutibus non neceſſariis habent, vel ornamenta potius virtutum qvam virtutes appellandas eſſe cenſent.

§. 54.

In ſpecie qvod veritatem homileticam attinet, videtur magis ad virtutes *intellectus* pertinere, qvàm ad morales. Unde & Ariſtotelis judicio jactator magis vanus (*μάταιος*) eſt quàm malus (*κακὸς.*)

§. 55.

Qvin *jactator* qvatenus vitium voluntatem afficit non tam ideò peccat qvod *falſa* de ſe dicat (niſi qvatenus ea locutio cum injuria alterius eſt conjuncta, ubi jam pertinet ad oppoſitum veri-

tatis

tatis juſtitiariæ) ſed qvod *multa* ſive vera ſive falſa de ſe loqvatur.

§. 56.

Simul conſtat exinde, *non accuratè veritatem homileticam definiri*, qvod ſit virtus mediocritatem ſervans circa dicendum de ſe in converſatione communi veritatem; cum dici debuiſſet, eam ſervare mediocritatem circa loquendum de ſe in genere.

§. 57.

Vel potius, *virtuti huic incongruum nomen veritatis eſſe impoſitum*, cum ejus eſſentia non conſiſtat in convenientia ſignorum cum mente.

§. 58.

*Veritati Ethicæ* in genere ſic dictæ opponitur *falſiloqvium*, qvod adeò conſiſtit in diſconvenientia ſermonis ab animo loqventis fallere alterum intendentis.

§. 59.

*Veritati juſtitiariæ* opponitur *mendacium*, qvod hoc nomen meretur, ſi per iſtam diſconvenientiam & intentionem fallendi alterius jus lædatur.

§. 60.



§. 60.

Hinc patet *falſiloqvium* & *mendacium* non eſſe Synonyma, Cum omne mendacium ſit turpe, falſiloqvium qvandoqve indifferens.

§. 61.

Adeoqve illos qvi omnem diſconvenientiam ſignorum ab animo pro mendacio habent, ſpeciei vocem impropriè extendere ad genus, ſimulqve dum mendacium ita deſcriptum in univerſum pro vitio habent, male prædicare affectiones ſpeciei de genere.

§. 62.

Porro & inconvenientem eſſe locutionem, qvaſi *vir verax poſſit mendacium dicere, non mentiri*. Nam mentiri eqvidem & mendacium dicere Synonyma ſunt. Differunt verò mendacium dicere & falſiloqvium dicere.

§. 63.

Ulterius mendacium, qvod *officioſum* & *jocoſum* vulgò dicunt, impropriè mendacium eſſe, qvod jam Lutherus obſervavit, officioſum non malè ſingularem virtutem & prudentiam eſſe aſſerens.

§. 64.

Digitized by Google

§. 60.

Hinc patet *falſiloqvium* & *mendacium* non eſſe Synonyma, Cum omne mendacium ſit turpe; falſiloqvium qvandoqve indifferens.

§. 61.

Adeoqve illos qvi omnem diſconvenientiam ſignorum ab animo pro mendacio habent, ſpeciei vocem impropriè extendere ad genus, ſimulqve dum mendacium ita deſcriptum in univerſum pro vitio habent, male prædicare affectiones ſpeciei de genere.

§. 62.

Porro & inconvenientem eſſe locutionem, qvaſi *vir verax posſit mendacium dicere, non mentiri.* Nam mentiri eqvidem & mendacium dicere Synonyma ſunt. Differunt verò mendacium dicere & falſi loqvium dicere.

§. 63.

Ulterius mendacium, qvod *officioſum* & *jocoſum* vulgo dicunt, impropriè mendacium eſſe, qvod jam Lutherus obſervavit, officioſum non malè ſingularem virtutem & prudentiam eſſe aſſerens.

§. 64.

§. 64.

Deniqve, qvod ad *veritatem fides*, ad *perfidia mendacium* à qvibusdam referatur, magis convenire ſermoni vulgari, qvam ſtylo philoſophico.

§. 65.

Eqvidem qvi promiſſa ſervat, vulgariter veritatem locutus, qvi perfidus eſt, mentitus eſſe dicitur.

§. 66.

Sed philoſophicè *fides* & *perfidia* à veritate in generali conceptu differunt, cum earum eſſentia conſiſtat in convenientia vel diſconvenientia actionum ſubſeqventium cum ſignis animi præcedentibus.

§. 67.

Nam qui ab initio veritatem dixit, poterit poſteà perfidus fieri, & qui mentitus eſt pœnitentiâ ductus fidem ſervare.

§. 68.

*Affines* inſuper *falſiloqvio* neque tamen cum eo confundendæ ſunt *ſimulatio*, & *diſſimulatio*, in genere à falſiloqvio *differentes*, quod illud fiat ſermone, hæc facto ſtrictè dicto quatenus verbis opponitur.

§. 69.



§. 69.

In eo verò utraque *convenit* cum falſiloquio quod in ſimulatione & diſſimulatione intendam alterum fallere & decipere.

§. 70.

Differunt autem *ſimulatio* & *diſſimulatio inter ſe*, quod hæc conſiſtat in facto omiſſionis, quale etiam eſt taciturnitas, hæc in facto poſitivo, adhibendo nempe ſigna reliqua præter ſermonem, ita, ut non conveniant cum animo utentis.

§. 71.

Cum itaque *ſimulatio* magis accedat ad *falſiloqvium*, *diſſimulatio ad reticentiam veri*, ſimul facile conſtat nihil novi de juſtitiâ utriusque hic expectandum eſſe, ſedea tantum quæ de taciturnitate diximus ſuprà, hoc loco ad diſſimulationem, quæ de falſiloqvio ad ſimulationem applicari debere.

§. 72.

Simul evidens fit, quid ſentiendum ſit de diviſione JCtorum in *dolum bonum* & *malum*, à multis impugnatâ, & parum intellectâ. Nam cum *dolum* definiant per fallaciam, voluerunt hoc communi

Kk

nomi-

§. 69.

In eo verò utraque *convenit* cum falſiloquio quod in ſimulatione & diſſimulatione intendam alterum fallere & decipere.

§. 70.

Differunt autem *ſimulatio* & *diſſimulatio inter ſe*, quod hæc conſiſtat in facto omiſſionis, quale etiam eſt taciturnitas, hæc in facto poſitivo, adhibendo nempe ſigna reliqua præter ſermonem, ita, ut non conveniant cum animo utentis.

§. 71.

Cum itaque *ſimulatio* magis accedat ad *falſiloqvium*, *diſſimulatio ad reticentiam* veri, ſimul facile conſtat nihil novi de juſtitiâ utriusque hic expectandum eſſe, ſed ea tantum quæ de taciturnitate diximus ſuprà, hoc loco ad diſſimulationem, quæ de falſiloqvio ad ſimulationem applicari debere.

§. 72.

Simul evidens ſit, quid ſentiendum ſit de diviſione JCtorum in *dolum bonum* & *malum*, à multis impugnatâ, & parum intellectâ. Nam cum *dolum* definiant per fallaciam, voluerunt hoc communi



Digitized by Google

nomine falſiloqvium, ſimulationem & diſſimulationem conjunctim efferre.

§. 73.

Et ergo cum oſtenderimus dari falſiloqvium licitum, licitam ita ſimulationem & diſſimulationem, dabitur etiam *dolus bonus*.

§. 74.

Deniqve & illud ex dictis ſeqvitur, facilius per tradita & magis perſpicue qvæſtionem de licentiâ fallendi alios eſſe expoſitam, qvam ſi cum aliis diſtingvas inter *falſiloqvium* & *reticentiam veri* aut hujus *ex parte narrationem*, item inter *mendacium* & *ſermonem ambiguum* vel tacitam quandam *reſtrictionem*.

§. 75.

Nam qvemadmodum hæ diſtinctiones ex parte impiam & ſceleſtam opinionem tegunt, qvalis illa de *reſervatione mentali*, ita reliqvæ, qvæ in *reticentia veri* & *ſermone ambiguo* qværunt effugium, ad litem definiendam non ſunt aptæ, ſed easdem limitationes admittunt, qvas in falſiloquio adhibuimus. Qvod ab aliis prolixius eſt expoſitum.

§. 76.



§. 76.

Jam ex præcedentibus facile poſſumus ſpecialiora definire. Initio 1. non licebit indiſtinctè falſiloqvio uti *adverſus infantes & amentes*, qvaſi hi non habeant libertatem ſermonem noſtrum dijudicandi, ſed cum & ipſi ſint æqvè homines, tùm demum fictos ſermones fabulasqve adverſus ipſos uſurpare licebit, ſi utilitas eorundem magis promoveatur, & qvatenus nimirum nudæ veritatis non ſunt capaces.

§. 77.

Eadem ratio à mendacii vitio eximet, ſi qvis (2.) *adverſus adultos* fictum ſermonem bono fine & in *ipſorum* aut communem *utilitatem* adhibeat, qvam plano ſermone aſſeqvi non licebat, puta ſi v. gr. innocens protegendus, iratus placandus, mœſtus demulcendus, meticuloſo animus addendus, faſtidioſus ad medicamenta capienda movendus, pertinacia alicujus frangenda, aut malum propoſitum alterius intervertendum ſit, modo tamen cœtera ſint paria, & v. gr. id non fiat cum ludibrio numinis divini.



§. 78.

§. 76.

Jam ex præcedentibus facile poſſumus ſpecialiora definire. Initio 1. non licebit indiſtinctè falſiloqvio uti *adverſus infantes & amentes*, qvaſi hi non habeant libertatem ſermonem noſtrum dijudicandi, ſed cum & ipſi ſint æqvè homines, tùm demum fictos ſermones fabulasqve adverſus ipſos uſurpare licebit, ſi utilitas eorundem magis promoveatur, & qvatenus nimirum nudæ veritatis non ſunt capaces.

§. 77.

Eadem ratio à mendacii vitio eximet, ſi qvis (2.) *adverſus adultos* fictum ſermonem bono fine & in *ipſorum* aut communem *utilitatem* adhibeat, qvam plano ſermone aſſeqvi non licebat, puta ſi v. gr. innocens protegendus, iratus placandus, mœſtus demulcendus, meticuloſo animus addendus, faſtidioſus ad medicamenta capienda movendus, pertinacia alicujus frangenda, aut malum propoſitum alterius intervertendum ſit, modo tamen cætera ſint paria, & v. gr. id non fiat cum ludibrio numinis divini.

 §. 78.

Digitized by Google

§. 78.

Multo magis igitur 3. licitum erit pro obtinendâ *utilitate reipublicæ* arcana ejus & conſilia, qvæ intereſt aliorum notitiæ ſubtrahi, ficto ſermone obvelare aut in rebus dubiis & obſcuris ſententiam ferre ab animo ferentis alienam ad eruendam veritatem.

§. 79.

Id verò non indiſtinctè admittendum, qvod aliqvi arbitrantur (4.) mendacium non eſſe, qvoties fictum ſermonem ad aliqvem dirigimus, qvi non decipitur, etiamſi *tertius* falſam inde hauriat perſvaſionem, quoniam cum hoc tertio mihi nihil fuerit negotii.

§. 80.

Nam qvemadmodum hæc ratio in univerſum non procedit, ſed ſæpiſſimè, ſi in communi converſatione ſimus, cum omnibus qvi præſentes ſunt, negotium mihi eſſe cenſendum ſit, etſi ſermonem meum ad unum ſociorum in ſpecie dirigam: ita ſi vel maximè hanc rationem admitteremus, non tamen ejusmodi actus propterea in univerſum à vitii nota poterit





terit liberari, cum præter mendacium alia adhuc ſint peccata ſermonis.

§. 81.

Cavendum igitur hic erit qvàm maximè, ne qvis hoc caſu in præceptum negativum claſſis primæ, qvod ſuprà poſuimus, impingat, adeoque multæ limitationes, ab aliis jam exactè expoſitæ, hic ſunt addendæ.

§. 82.

Præprimis ſi qvis eo modo moleſtam & noxiam aliorum curioſitatem avertere velit, opera danda, ne alii innoxii inde damnum ſentiant, qvin & ut ipſe qui ſic intempeſtivè curioſus eſt, malo haud magno & injucundo magis, quam damnoſo afficiatur.

§. 83.

Sed (5) cum *hoſtibus* apertâ vi poſſimus nocere, licebit etiam ipſis per fabulas aut fictos ſermones illudere, modo non id fiat in pactis cum hoſte initis, qvia per hæc etſi non in totum, in tantum tamen ab hoſtilitatis ſtatu recedimus.

§. 84.

Quæ limitatio qvoqve ad reliquas ſpecies, in qvibus falſiloqvium licitum



Digitized by Google

terit liberari, cum præter mendacium alia adhuc ſint peccata ſermonis.

§. 81.

Cavendum igitur hic erit qvàm maximè, ne qvis hoc caſu in præceptum negativum claſſis primæ, qvod ſuprà poſuimus, impingat, adeoque multæ limitationes, ab aliis jam exactè expoſitæ, hic ſunt addendæ.

§. 82.

Præprimis ſi qvis eo modo moleſtam & noxiam aliorum curioſitatem avertere velit, opera danda, ne alii innoxii inde damnum ſentiant, qvin & ut ipſe qui ſic intempeſtivè curioſus eſt, malo haud magno & injucundo magis, quam damnoſo afficiatur.

§. 83.

Sed (5) cum *hoſtibus* apertâ vi poſſimus nocere, licebit etiam ipſis per fabulas aut fictos ſermones illudere, modo non id fiat in pactis cum hoſte initis, qvia per hæc etſi non in totum, in tantum tamen ab hoſtilitatis ſtatu recedimus.

§. 84.

Quæ limitatio qvoqve ad reliquas ſpecies, in qvibus falſiloqvium licitum



Digitized by Google

eſſe diximus, erit applicanda, quoniam ut modo monuimus, præceptum de fide ſervanda à præcepto veritatis diverſum eſt.

§. 85.

Difficilior eſt inſpectio, an citra mendacii culpam (6) *reus delictum* cujus inſimulatur negare aut *fictis argumentis eludere* queat. Mihi negativa arridet, non ſolum ſi agatur de ſolutione debiti vel reſtitutione damni, ſed &, ſi potiſſimum quæſtio ſit de inferenda pœnâ.

§. 86.

Nam cum concedatur, judicem habere jus & facultatem quoquo modo veritatem à reo exſculpendi, ſponte ſua ob ſuprà dicta (de veritate loqvendâ, quoties is, qvocum ago, jus ad eam habet) ſequitur in reo quoque eſſe obligationem veritatem judici dicendi. Accedit qvod jus & obligatio, ut initio harum inſtitutionum demonſtratum fuit, ſint correlata, quorum unum non exiſtere poterit ſine altero.

§. 87.

Unde non intelligo qvod adverſus iſta regeri ſolet; *non cuilibet facultati qvæ nudum*



*dum exercitium alicujus actus notat, in objecto ſuo obligationem reſpondere*, ſiquidem objectum iſtud ſit homo, ut in præſenti caſu.

§. 88.

Præprimis cum judex habeat facultatem iſtam veritatem exquirendi à reo, non ſolùm adverſus alios, ne ipſum in ejus exercitio turbent, ſed vel maximè adverſus ipſum reum.

§. 89.

Et læderetur profecto nimium quantum reſpublica, ſi delinquentes nullos conſcientiæ ſtimulos ſentirent, delicta confitendi, cum rariſſimè hoc pacto finem pœnarum obtinere poſſet, teſtibus & aliis probationum generibus in actibus iſtis plerumque occultis ordinariè deficientibus; torturæque uſu hâc quidem hypotheſi præſuppoſitâ, maximè illicito.

§. 90.

Quod autem aſſertur, reipublicæ non valdè intereſſe, ut penſatione damni factâ, puniatur delictum non notorium, quodque adeò colore aliqvo tegi & excuſari poſſit; neſcio an doctrinæ civili ſit

*dum exercitium alicujus actus notat, in objecto ſuo obligationem reſpondere*, ſiquidem objectum iſtud ſit homo, ut in præſenti caſu.

§. 88.

Præprimis cum judex habeat facultatem iſtam veritatem exquirendi à reo, non ſolùm adverſus alios, ne ipſum in ejus exercitio turbent, ſed vel maximè adverſus ipſum reum.

§. 89.

Et læderetur profectò nimium quantum reſpublica, ſi delinquentes nullos conſcientiæ ſtimulos ſentirent, delicta confitendi, cum rariſſimè hoc pacto finem pœnarum obtinere poſſet, teſtibus & aliis probationum generibus in actibus iſtis plerumque ocultis ordinariè deficientibus; torturæque uſu hâc quidem hypotheſi præſuppoſitâ, maximè illicito.

§. 90.

Quod autem affertur, reipublicæ non valdè intereſſe, ut penſatione damni factâ, puniatur delictum non notorium, quodque adeò colore aliqvo tegi & excuſari poſſit; neſcio an doctrinæ civili

 ſit

ſit conveniens; quoniam, etſi finis pœnarum potiſſimus ſit aliorum emendatio, quæ propterea & notitiam delicti præſupponit, tamen plerumque, ſi non ſemper delicta non ſunt notoria judici; ſunt verò notoria complicibus, vel aliis concivibus, vel indicia etiam quæ ad condemnationem non ſufficiunt, ad ſcandalum tamen præbendum ſunt ſufficientia.

§. 91.

Prætereà non intelligo, vel certè rariſſimus erit caſus, quomodo penſatione damni facta, delictum poſſit dici non notorium, cum vel damnum reſarciendo qvis delictum quaſi fateatur, vel in univerſum ferè, qui delictum negat, etiam damni reſtitutionem detrectet.

§. 92.

Neque obſtat aſſertioni noſtræ: neminem teneri, ut quis ultrò ad pœnam ſe offerat aut nomen ſuum ipſe deferat; ergo etiam per negationem criminis nòn peccari. Præterquam enim quod antecedens ulteriorem mereatur diſcuſſionem, de qua infrà ſuo loco; conſequentia inſuper non videtur procedere.

§ 93.



§. 93.

Quippe non ſolum aliorum regula; quaſi quæ liceat non dicere etiam aliter dicere ob rationis ſimilitudinem liceant; & ex adverſo quæ non poſſunt ſecus dici quam revera habent, ea nec taceri queant; à quibusdam pluribus inſtantiis fuit impugnata, & jam aliquoties monitum fuit; locutionem, & veri locutionem ad diverſa præcepta pertinere; ſed & in genere multa non licet denegare ſi rogatus fueris, ad quæ ſponte præſtanda non es obligatus.

§. 94.

Denique quod adjicitur: Pœnam invito eſſe infligendam; ad quæ vero obligamur ultrò & à volentibus ſuſcipipi debere; at à pœnis non poſſe non honem naturaliter abhorreſcere: cum præſupponat, in delinquente non hærere obligationem ad pœnam, differendum eſt inferius ubi hoc caput peculiariter exponemus.

§. 95.

Cum vero advocatus à reo adſcitus ipſius rei Interpretem agat, ac eodem propterea defenſionis modo uti debeat,

 quem

Digitized by Google

§. 93.

Quippe non ſolum aliorum regula; quaſi quæ liceat non dicere etiam aliter dicere ob rationis ſimilitudinem liceant; & ex adverſo quæ non poſſunt ſecus dici quam revera habent, ea nec taceri queant; à quibusdam pluribus inſtantiis fuit impugnata, & jam aliquoties monitum fuit; locutionem, & veri locutionem ad diverſa præcepta pertinere; ſed & in genere multa non licet denegare ſi rogatus fueris, ad quæ ſponte præſtanda non es obligatus.

§. 94.

Denique quod adjicitur: Pœnam invito eſſe infligendam; ad quæ vero obligamur ultrò & à volentibus ſuſcipi debere; at à pœnis non poſſe non hominem naturaliter abhorreſcere: cum præſupponat, in delinquente non hærere obligationem ad pœnam, differendum eſt inferius ubi hoc caput peculiariter exponemus.

§. 95.

Cum vero advocatus à reo adſcitus ipſius rei Interpretem agat, ac eodem propterea defenſionis modo uti debeat,

quem adhibere licebat reo, hinc ex dictis hactenus ſimul manifeſtum redditur, neque hunc etiam in criminalibus poſſe ſalva jura aut fictas ſententias allegare vel reum ad negandum inſtruere, aut cauſam ſalva conſcientiâ ſuſcipere, ubi reus crimen clam ipſi confeſſus fuerit.

## CAP. VIII.

# De Officio Juranti-um.

§. 1.

SI *integer* manſiſſet homo, juramenti qvidem nullus fuiſſet uſus; hoc enim in ſubſidium *naturæ corruptæ* tantum introductum eſt, qvia in ſtatu corrupto non aliud ſuppetit nobis medium, qvo in eo qvi aliquid aſſerit vel promittit, fallaciam aut perfidiam, in altero verò, cum quo negotium eſt, dubitationem & incredulitatem ex intentione noſtra ſupprimeremus.

§. 2.

Dum enim omniſcius & omnipotens teſtis ſimul & vindex invocatur præſumtio



ſumtio veritatis & fidei ideò excitatur, quod nemo temere credatur tàm impius, ut ita petulanter graviſſimam numinis indignationem in ſe depoſcere ſit auſurus.

§. 3.

Quod ſi igitur officia jurantium ex ſtatu integritatis vellemus deducere, idem eſſet ac ſi cuperemus aquam accerſere ex igne.

§. 4.

Non tamen putandum eſt, juramentum eſſe *inventum corruptum* corruptæ naturæ. Nam uti nulla hoc ſvadet ratio; ita in ſacris literis non unâ vice juramenta ſunt præcepta, & à ſanctiſſimis viris adhibita.

§. 5.

Quæ verò in contrarium pro oſtendendâ prohibitione juramentorum ex ſacris literis ſolent afferri, ab aliis jam diu exploſa ſunt.

§. 6.

Definimus autem *Jusjurandum*, qvod ſit deliberata numinis divini tanquam teſtis & vindicis invocatio, in aſſertionis aut promiſſionis confirmationem.

§. 7

Digitized by Google

ſumtio veritatis & fidei ideò excitatur, quod nemo temere credatur tàm impio, ut ita petulanter graviſſimam numinis indignationem in ſe depoſcere ſit auſurus.

§. 3.

Quod ſi igitur officia jurantium ex ſtatu integritatis vellemus deducere., idem eſſet acſi cuperemus aquam accerſere ex igne.

§. 4.

Non tamen putandum eſt, juramentum eſſe *inventum corruptum* corruptæ naturæ. Nam uti nulla hoc ſvadet ratio; ita in ſacris literis non unâ vice juramenta ſunt præcepta, & à ſanctisſimis viris adhibita.

§. 5.

Quæ verò in contrarium pro oſtendendâ prohibitione juramentorum ex ſacris literis ſolent afferri, ab aliis jam diu exploſa ſunt.

§. 6.

Definimus autem *Jusjurandum*, qvod ſit deliberata numinis divini tanquam teſtis & vindicis invocatio, in aſſertionis aut promiſſionis confirmationem.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7.

*Finis* enim omnis juramenti ex parte ejus, *qui ſibi jurari curat*, eſt, ut homines ad enunciandum verum aut ſervandum promiſſum firmius adſtringantur metu divini numinis omnipotentis & omniſcii, cujus vindictam, ſi ſcientes fallant per juramentum in ſe invocent, ubi aliàs metus ab hominibus imminens non ſatis efficax videbatur, quorum vires contemnere aut declinare vel ſcientiam ſe poſſe fallere ſperabant.

§. 8.

Unde ſi ulli juris divini præcepto adverſa eſt *atheiſmi* doctrina, eſt vero omni, ut ex libro primo patet, ſane regulis, quæ de officio jurantium ponemus, directè contrariatur.

§. 9.

Ex intentione autem ejus *qui jurat*, juramenti finis eſt *certitudo* & *fides*, ut nempe alter, quicum agitur, certus & ſecurus reddatur vel de *veritate* illorum quæ affirmantur aut negantur, vel de *fide* jurantis, ſive de impletione eorum quæ promittuntur.



§. 10.

Quod eleganter expreſſit Apoſtolus dum dicit: *Omnis controverſia hominum finem ad confirmationem eſſe juramentum.* *Confirmatur* enim utrobique is cui juratur, & dum certus redditur & dum ſecurus. Niſi fortè dicere velis, Apoſtolum in ſpecie de juramento, quod litis deciſorium vocant, loqui.

§. 11.

Fluit ex fine juramenti ejus *diviſio*. Quædam enim promiſſis pactisque adduntur, ut eo majore cum religione obſerventur. Quædam autem adhibentur ad confirmandam alicujus aſſertionem circa factum illiquidum. Illud *promiſſorium* vocabimus, hoc *aſſertorium*.

§. 12.

*Promiſſorium* uſurpatur ad aſſecurandā *futura*, *aſſertorium* ad confirmanda *præterita*.

§. 13.

Ad iſta autem duo genera omnes juramentorum ſpecies referri poſſunt, ex diviſionibus Jureconſultorum Romanorum ortæ e. gr. quod aliud ſit juramentum *teſtium*, cum nempe quis ſuper alieno

§. 10.

Quod eleganter expreſſit Apoſtolus dum dicit: *Omnis controverſiæ hominum finem ad confirmationem eſſe juramentum. Confirmatur* enim utrobique is cui juratur, & dum certus redditur & dum ſecurus. Niſi fortè dicere velis, Apoſtolum in ſpecie de juramento, quod litis deciſorium vocant, loqui.

§. 11.

Fluit ex fine juramenti ejus *diviſio.* Quædam enim promiſſis pactisque adduntur, ut eo majore cum religione obſerventur. Quædam autem adhibentur ad confirmandam alicujus aſſertionem circa factum illiquidum. Illud *promiſſorium* vocabimus, hoc *aſſertorium.*

§. 12.

*Promiſſorium* uſurpatur ad aſſecurandâ *futura, aſſertorium* ad confirmanda *præterita.*

§. 13.

Ad iſta autem duo genera omnes juramentorum ſpecies referri poſſunt, ex diviſionibus Jureconſultorum Romanorum ortæ e. gr. quod aliud ſit juramentum *teſtium*, cum nempe quis ſuper alieno

alieno facto jurat; aliud quando is, cujus proprium negotium eſt, juramento ſuo controverſiam ſolvit, ſive id fiat *deferente parte adverſa*, idque tùm extra judicium quod *voluntarium*; tum in judicio, quod *neceſſarium* appellant, ſive deferente judice, qvod *judiciale* vocant, cujus ſpecies ſunt juramentum *purgatorium* & *ſuppletorium*. Nam univerſa hæc juramentorum genera pertinent ad juramentum aſſertorium.

§. 14.

Simul eò *finis* juramentorum nos ducit, ut diſcamus juramenta eſſe *orationem acceſſoriam*, quæ jam aliam aſſertionem & promiſſionem, quam firmet, præſupponit, quæ obſervatio, multis ſuam utilitatem oſtendet, ac propterea probè notanda eſt.

§. 15.

Hinc abſtrahendo à legibus civilibus, non magnum uſum habebit diſtinctio juramenti, in *confirmatorium*, quod accedat promiſſioni ſeparatim factæ, & *promiſſorium*, cum quid directe promittitur jurato. Nam, ut ex jam dictis patet, utrumque hoc juramentum promiſſo-



riorum eſt, utrumqve obligationem aliam confirmat, ſive ea ſit præcedens, ſive concomitans.

§. 16.

Neque ſupervacuum eſt *juramentum quod obligationi jam antea firmæ accedit*. Scilicet, etſi omnes non Athei credunt, DEUM violationem promiſſorum etiam injuratorum vindicare, iisdem tamen haud quicquam vanè perſvaſum eſt, acerbius puniri, qui iram DEI expreſſe provocaverit ac qvantum in ſe fuit, ad ipſius miſericordiam viam ſibi præcluſit.

§. 17.

Qvare non putandum eſt, cum finem juramenti in confirmatione diximus ſubſiſtere, ac ſi per id confirmentur *actus anteà infirmi* & nullam obligationem ſecum habentes, aut producentes, ſed potius omnia fere, quæ ſupra de promiſſis & ſermone in genere diſſeruimus, hic repetenda erunt.

§. 18.

Igitur non valent juramenta ſuper re *illicita*. Neque per ſubſequens juramentum antegreſſa obligatio, *valida elidetur*

Digitized by Google

miſſorium eſt, utrumqve obligationem aliam confirmat, ſive ea ſit præcedens, ſive concomitans.

§. 16.

Neque ſupervacuum eſt *juramentum quod obligationi jam antea firmæ accedit.* Scilicet, etſi omnes non Athei credunt, DEUM violationem promiſſorum etiam injuratorum vindicare, iisdem tamen haud quicquam vanè perſvaſum eſt, acerbius puniri, qui iram DEI expreſſe provocaverit ac qvantum in ſe fuit, ad ipſius miſericordiam viam ſibi præcluſit.

§. 17.

Qvare non putandum eſt, cum finem juramenti in confirmatione diximus ſubſiſtere, ac ſi per id confirmentur *actus anteà infirmi* & nullam obligationem ſecum habentes, aut producentes, ſed potius omnia fere, quæ ſupra de promiſſis & ſermone in genere diſſeruimus, hic repetenda erunt.

§. 18.

Igitur non valent juramenta ſuper *re illicita.* Neque per ſubſequens juramentum antegreſſa obligatio, *valida elidetur*

*detur*, aut jus per eandem quæſitum tolli poterit. Inde fruſtrà quis juraverit, ſe alteri debitum non ſoluturum.

§. 19.

Abſurdum qvippe eſt invocare vindictam divinam, ni aliquid feceris, quod cum comminatione pœnæ à DEO eſt interdictum; adeoque reverentia DEI velut in ipſius ignominiam abuti.

§. 20.

Porro præcedentem aſſertionem eò extendit Grotius, ut non valeat jusjurandum de re in ſe non illicita, *ſi modo per eam impediatur majus bonum morale.* Sed exempla quæ profert, pleraqve ſunt de re illicitâ, v. gr. ſi quis juret, quod alteri nunquam benefacere velit &c.

§. 21.

Etſi enim regulariter ad exhibenda officia obligatio ſaltem ſit imperfecta, tamen & huic imperfectæ obligationi ſatisfacere nolle, peccatum grave eſt:

§. 22.

Igitur, ut de ſenſu extenſionis Grotianæ conſtet facilius, aſſumamus caſum, qui in facto contigit: Irâ commotus quiſpiam, quod agnatus ſuus fœminam



nam natalibus defectam ſibi deſponſaret, juramento aſſeveraverat, *nolle ſe ejus nuptiis vel conviviis intereſſe, nec ad ſua ſuoque hilaria eum invitare velle.* Hic juramentum fuit de re non prorſus illicita, etſi per id majus bonum morale (major nempe amicitia, qvæ familiari converſatione multum augetur) fuerit impeditum.

§. 23.

At in ejusmodi caſibus probabilior mihi videtur eorum ſententia, qvi judicarunt, *id juramentum ſervandum eſſe*, præprimis ſi qvis ſe declaret, ut in iſto facto jurans fecerat, qvod in aliis vitæ & charitatis officiis alteri deeſſe nolit, nec etiam repulſurus ſit, ſi ſponte alter & non invitatus ad hilaria ſua veniret.

§. 24.

Ita nec obligat juramentum ſuper re *impoſſibili.*

§. 25.

Et in genere juramentum *non immutat naturam & ſubſtantiam promiſſi* pactive cui accedit. Neqve igitur ex conditionato facit purum, neque amplius



ſtringit,

Digitized by Google

nam natalibus defectam ſibi deſponſaret, juramento aſſeveraverat, *nolle ſe ejus nuptiis vel conviviis intereſſe, nec ad ſua qvoqve hilaria eum invitare velle.* Hic juramentum fuit de re non prorſus illicita, etſi per id majus bonum morale (major nempe amicitia, qvæ familiari converſatione multum augetur) fuerit impeditum.

§. 23.

At in ejusmodi caſibus probabilior mihi videtur eorum ſententia, qvi judicarunt, *id juramentum ſervandum eſſe*, præprimis ſi qvis ſe declaret, ut in iſto facto jurans fecerat, qvod in aliis vitæ & charitatis officiis alteri deeſſe nolit, nec etiam repulſurus ſit, ſi ſponte alter & non invitatus ad hilaria ſua veniret.

§. 24.

Ita nec obligat juramentum ſuper re *impoſſibili.*

§. 25.

Et in genere juramentum *non immutat naturam & ſubſtantiam promiſſi* pactive cui accedit. Neqve igitur ex conditionato facit purum, neque amplius

 ſtringit,

Digitized by Google

ſtringit, ceſſante qvalitate, cujus intui-
tu alteri qvid juratò fuit promiſſum.

§. 26.

*Acceptatio* etiam reqviritur in promiſſo jurato, idemqve ab illo cui promiſſio facta, *remitti* poteſt.

§. 27.

Porrò & contractus juramento ſancitus abſtrahendo à legibus civilibus reſcindi poterit, ſi modo tales ſint cauſæ, qvæ etiam in ſtatu naturali ad reſciſſionem ſint ſufficientes, qualis ſi ſola ſit, non eſt *minorennitas*.

§. 28.

Ulterius uti ſuprà in promiſſionibus reqvirebatur *animus deliberatus* ex parte promittentis, ſic & idem reqviſitum neceſſarium eſt ex parte jurantis. Unde de juramento haud qvicqvam obſtrictus eſt, qvi ſimpliciter juramentum *recitando* profert, aut ejusdem verba concepta in prima perſonâ alteri præit.

§. 29.

Qvemadmodum autem promiſſio *dolo* elicita non obligat, ſic nec vinculum injicit conſcientiæ juramentum, ad qvod alter dolo malo me ſeduxit.

§. 30.



§. 30.

Aliud dicendum exiſtimo de *errore* ſimplici, niſi & hic circumſtantia, circa qvam fuit erratum, juramento per modum conditionis fuerit inſerta. Qvia & in ſimplici pacto hic aliud docuimus ſuprà.

§. 31.

Qvod ſi juramentum *metu* ſit extortum à latrone, non alium effectum habebit, qvàm qvem ſupra probavimus prolixiùs, ſeqvi promiſſionem injuratam piratæ factam.

§. 32.

Etſi verò juramenta qvæ *in alterius animam ſunt* non ſunt planè rejicienda, ſed in ejusmodi actibus qvi admittunt procuratorem (qvalis non eſt ſi teſtimonium ſit dicendum) æqve ut contractus teneri illum in cujus animam juratum fuit obligant, vereor tamen, ut ea finem juramentorum æqvè benè obtineant, ac illa, qvæ à promittentibus ipſis præſtantur.

§. 33.

Poterit tamen à legibus civilibus diſponi, ut juramenta qvæ in ſtatu naturali ob læſionem jurantis nullam habe-



rent

§. 30.

Aliud dicendum exiſtimo de *errore* ſimplici, niſi & hic circumſtantia, circa qvam fuit erratum, juramento per modum conditionis fuerit inſerta. Qvia & in ſimplici pacto hic aliud docuimus ſuprà.

§. 31.

Qvod ſi juramentum *metu* ſit extortum à latrone, non alium effectum habebit, qvàm qvem ſupra probavimus prolixiꝰ, ſeqvi promiſſionem injuratam piratæ factam.

§. 32.

Etſi verò juramenta qvæ *in alterius animam fiunt* non ſunt planè rejicienda, ſed in ejusmodi actibus qvi admittunt procuratorem (qvalis non eſt ſi teſtimonium ſit dicendum) æqve ut contractus meri illum in cujus animam juratum fuit obligant, vereor tamen, ut ea finem juramentorum æqvè benè obtineant, ac illa, qvæ à promittentibus ipſis præſtantur.

§. 33.

Poterit tamen à legibus civilibus diſponi, ut juramenta qvæ in ſtatu naturali ob læſionem jurantis nullam habe-

rent efficaciam, validum actum reddant in civitate. Et præſumunt ferè leges ejusmodi, cum qvilibet beneficio in favorem ſui introducto renunciare poſſit, ſerio conſultaſſe, an negotium ſibi expediat vel non, qvi juramento iſtud confirmare ſuſtinuit.

§. 34.

Qvamvis autem pro validitate juramentorum ſimilium, qvale eſt metu vel dolo exactum, à nonnullis afferri ſoleat, qvod in juramenti clauſulâ promiſſio fiat DEO, in cujus honorem promiſſum ſervandum ſit, etiam in ſtatu naturali, accuratè tamen oſtenderunt alii, iſtam aſſertionem parum convenire conceptui de naturâ juramenti.

§. 35.

Aliud qvippe eſt, promittere DEO, qvod velim ſolvere v. gr. latroni, aliud promittere latroni cum invocatione divini numinis.

§. 36.

Qvam qvidem invocationem non præſumitur ſanctiſſimum numen in favorem nebulonis athei omne vinculum ſocialitatis rumpentis acceptaſſe.

§. 37.



§. 37.

Ita ſenſim perducti ſumus ad modum jurandi, qvi & ipſe dependet à juramenti fine, qvem ſupra expoſuimus.

§. 38.

Is verò eſt vel qvi communi gentium intentione in juramento reqviritur, *ut nempe DEUS invocetur, ut teſtis & vindex*, vel qvi ad majorem juri jurando conciliandam reverentiam pluribus *ſolennitatibus* ac ſymbolis adhibitis, à ſingulis populis priori eſt ſupraadditus.

§. 39.

Qvorum hunc ſi doctrinæ gratia *formam accidentalem*, illum formam juramenti *eſſentialem* appellare velis, non refragabor.

§. 40.

Poſterior magis pertinet ad Jurisprudentiam Civilem; De priori verò eſt, qvod ulterius diſpiciamus; qvi duo momenta comprehendit, initio ut DEUS invocetur tanqvam *teſtis* veritatis, tum ut *vindex* mendacii in juramento aſſertorio, vel perfidiæ in promiſſorio.

§. 41.

Horum utrumq; ad juramenti finem

§. 37.

Ita ſenſim perducti ſumus ad modum jurandi, qvi & ipſe dependet à juramenti *fine*, qvem ſupra expoſuimus.

§. 38.

Is verò eſt vel qvi communi gentium intentione in juramento reqviritur, *ut nempe DEUS invocetur, ut teſtis & vindex*, vel qvi ad majorem juri jurando conciliandam reverentiam pluribus *ſolennitatibus* ac ſymbolis adhibitis, à ſingulis populis priori eſt ſupraadditus.

§. 39.

Qvorum hunc ſi doctrinæ gratia *formam accidentalem*, illum formam juramenti *eſſentialem* appellare velis, non refragabor.

§. 40.

Poſterior magis pertinet ad Jurisprudentiam Civilem: De priori verò eſt, qvod ulterius diſpiciamus; qvi duo momenta comprehendit, initio ut DEUS invocetur tanqvam *teſtis* veritatis, tum ut *vindex* mendacii in juramento aſſertorio, vel perfidiæ in promiſſorio.

§. 41.

Horum utrumq; ad juramenti finem

eſt neceſſarium; non enim ad metum divini numinis, qvi fidem & certitudinem in altero operari debet, ſufficeret DEUM ut teſtem invocare, ſi non idem timeretur perjurii vindex, neqve ut vindex timeri poſſet, ſi non crederetur eſſe teſtis.

§ 42.

Non tamen neceſſe eſt, ut utraque formula exprimatur in juramento, ſed una alteram *tacitè* continet. Dum enim DEUS juſtiſſimus invocatur in teſtem, neceſſe eſt ut invocans eum ſimul timeat ut vindicem, & dum omniſcium implorat ut vindicem certisſimus ſimul eſt jurans, qvod ſit teſtis. §. 43.

Qvin & ſæpius in juramentis *creaturarum* mentio facta apud Gentes legitur, qvod vel ideo factum, qvod jurantes vana perſvaſione ſeducti crederent, creaturas iſtas eſſe *Numen*, qvo refer, qvando paganos per ſidera juraſſe legis.

§. 44.

Vel qvod *tacitè* jurantes *DEUM obteſtari* cenſerentur, ut in iſtis rebus, tanqvam ſibi cariſſimis ultionem perjurii expeteret, qvorſum ſpectant juramenta per caput proprium, per animam & olim



lim & hodiè uſitata; per ſalutem item filii, per caput, genium, ſalutem principis frequenter uſurpata veteribus.

§. 45.

Qvare poſſes hoc intuitu juramentum dividere in *expreſſum* & *tacitum*. Illud erit ſuper Numen juretur. Hoc ſi per creaturam qvam qvis pro DEO non habet, ſed vindictam ſaltem divinam in eâ invocat.

§. 46.

Qvod ſi verò per *creaturas viliſſimas* qvandoque juratum deprehendimus, pro jocularibus potius qvam veris juramentis eadem habenda erunt, poſtqvam apud plurimos pravus mos invaluit, juramenta in ornamentum ac ſupplementũ ſermonis adhibere. Huc pertinent juramenta Socratis per canem, anſerem, & platanum, Zenonis per capparim &c. ſcilicet jurabant per eos, non ut per DEOS, ſed ne per DEOS jurarent.

§. 47.

Pervenimus ad *effectus* jurisjurandi, qvi qvidem pleriqve conveniunt, qva juramentum aſſertorium, cum iis, qvæ in



capite

Digitized by Google

ſimi & hodiè uſitata; per ſalutem item filii, per caput, genium, ſalutem principis. freqventer uſurpata veteribus.

§. 45.

Qvare poſſes hoc intuitu juramentum dividere in *expreſſum* & *tacitum*. Illud erit ſi per Numen juretur. Hoc ſi per creaturam qvam qvis pro DEO non habet, ſed vindictam ſaltem divinam in eâ invocat.

§. 46.

Qvod ſi verò per *creaturas viliſſimas* qvandoque juratum deprehendimus, pro iocularibus potius qvam veris juramentis eadem habenda erunt, poſtqvam apud plurimos pravus mos invaluit, juramenta in ornamentum ac ſupplementũ ſermonis adhibere. Huc pertinent juramenta Socratis per canem, anſerem, & platanum, Zenonis per capparim &c. ſcilicet jurabant per eos, non ut per DEOS, ſed ne per DEOS jurarent.

§. 47.

Pervenimus ad *effectus* jurisjurandi, qvi qvidem pleriqve conveniunt, qva juramentum aſſertorium, cum iis, qvæ in

pite præcedenti de ſermone diximus, qvà promiſſorium cum iis qvæ de fide ſervanda ſuprà diximus. Fluit hoc exinde qvod ſuprà notavimus juramenta eſſe acceſſoria ſermonis, qvapropter abſtrahendo â legibus civilibus, non producunt novam & peculiarem obligationem.

§. 48.

Hinc qvod dicitur; *à juramentis omnem dolum & cavillationem ſeu fraudulentam interpretationem abeſſe debere*, rectè ſe habet, ſed hujus tamen aſſertionis cauſam non principaliter in eo qværerem, qvaſi interpoſita in juramento Dei invocatio, qvem neqve aſtu qvis deceperit, & cui nemo impune illuſerit eum effectum producat. Nam debet cavillatoria explicatio ab omni aſſertione & promiſſo abeſſe: & exempla à Doctoribus eam in rem adducta, omnia oſtendunt, peccaſſe cavillatores ejusmodi, etiamſi juramentum ſermoni ſuo non addidiſſent.

§. 49.

Neqve illud juramentis peculiare eſt, qvod ea non ſemper latè ſed *qvandoqve ſtrictè*



*ſtrictè* ſint explicanda, ſiqvidem ſubjecta materia id reqvirere videatur. Nam eandem regulam inculcabimus infrà in doctrinâ generali de interpretatione.

§. 50.

An verò nota univerſalis ſtricte faciendæ interpretationis in juramentis ſit, ſi juratum ſit *in odium alterius*, & non tam promiſſioni *qvam minis* (ex qvibus per ſe nemini jus naſcitur) juramentum fuerit adjectum, ſubſiſto.

§. 51.

Afferuntur eqvidem varia ejus regulæ *exempla*, v. gr. qvod Iſraelitæ qvi juraverant ſe filias ſuas Benjaminitis non collocaturos, rapi eas ab his paſſi fuerint; qvod Athanaricus, qvi juraverat patri, ſe ſolum Romanorum non calcaturum, in medio eorum flumine cum ipſis convenerat; qvod Achæi juramento obſtricti, ne decreta ſua tollerent, petierunt, ut Romani ipſi, qvæ viderentur, mutarent; qvod Aurelianus minatus ſe nec canibus vitam relicturum juſſerit milites ad canes occidendos diſcurrere; qvod Themiſon promittens, ſe juſſa Etearchi executurum, filiam



hujus

Digitized by Google

*ſtrictè* ſint explicanda, ſiqvidem ſubjecta materia id reqvirere videatur. Nam eandem regulam inculcabimus infrà in doctrinâ generali de interpretatione.

§. 50.

An verò nota univerſalis ſtricte faciendæ interpretationis in juramentis ſit, ſi juratum ſit *in odium alterius*, & non tam promiſſioni *qvam minis* (ex qvibus per ſe nemini jus naſcitur) juramentum fuerit adjectum, ſubſiſto.

§. 51.

Afferuntur eqvidem varia ejus regulæ *exempla*, v. gr. qvod Iſraelitæ qvi juraverant ſe filias ſuas Benjaminitis non collocaturos, rapi eas ab his paſſi fuerint; qvod Athanaricus, qvi juraverat patri, ſe ſolum Romanorum non calcaturum, in medio eorum flumine cum ipſis convenerat; qvod Achæi juramento obſtricti, ne decreta ſua tollerent, petierunt, ut Romani ipſi, qvæ viderentur, mutarent; qvod Aurelianus minatus ſe nec canibus vitam relicturum juſſerit milites ad canes occidendos diſcurrere; qvod Themiſon promittens, ſe juſſa Etearchi executurum, filiam



Digitized by Google

hujus, qvam pater mari demergi juſſerat, in mare dimiſſam ſalvam ſtatim inde retraxerit; qvod Timoleon Milarcho jurans ſe eum Syracuſis non accuſaturum, celerrimè eum interfici juſſerit &c.

§. 52.

Sed vereor, ne ad ea omnia qvis regerere poſſit, cavillatoriam, hoc eſt, talem interpretationem in iis contineri, qvæ vel cum mente ipſorum jurantium dum jurarent, vel certè cum mente eorum cui juramentum erat præſtitum, non convenirent.

§. 53.

At non ſolum in omni interpretatione reſpicere debemus ad tempus illud, qvo promiſſio fuit præſtita vel aſſertio facta, ſed & in ſpecie qvod juramentum attinet, paulo poſt notabimus, ſenſum orationis valere debere prout illum capit, qvi juramentum defert.

§. 54.

Neqve tamen propterea facta eorum, qvæ in recenſitis exemplis fuerunt allata, omnia aut his ſimilia, injuſtitiæ accuſanda eſſe putarem. Sed potius in dijudicanda eorum juſtitiâ ſic procedendum videtur. Aut juratum fuit de re *licitâ*, aut *illicitâ*; Si illud, interpretatio iſta cavillatoria à perjurio non liberavit jurantes; ſi hoc, factum ex interpretatione ejusmodi præſtitum pro ſuperfluo magis, qvam illicito erit habendum, cum vel eo omiſſo ob juramentum, utpote ſuper re illicitá factum non ſervatum, pro perjuris haberi non poterant.



§. 55.

Ita v. gr. *Iſraelitarum* juramentum ex juſto zelo præſtitum ſervandum potius erat, qvam ut cavillatione illâ ſolveretur, niſi forte dicere velis, non licuiſſe ipſis tribum Benjamin iſto juramento qvaſi exſcindere; qvamvis adverſus hanc objectionem non deſint reſponſiones variæ.

§. 56.

Ita *Aurelianus* occiſionem canum, ita *Themiſon* ſubmerſionem in mare plane omittere poterant, cum juramentum ab Aureliano de re illicitâ, exterminio nempe civitatis poſt victoriam, fuerat præſtitum, Ete rchus etiam â Thimeſonem injuſtam poſtulaverat.

§. 57.

Digitized by Google

dicanda eorum juſtitiâ ſic procedendum videtur. Aut juratum fuit de re *licitâ*, aut *illicitâ*; Si illud, interpretatio iſta cavillatoria à perjurio non liberavit jurantes; ſi hoc, factum ex interpretatione ejusmodi præſtitum pro ſuperfluo magis, qvam illicito erit habendum, cum vel eo omiſſo ob juramentum, utpote ſuper re illicitá factum non ſervatum, pro perjuris haberi non poterant.

§. 55.

Ita v. gr. *Iſraelitarum* juramentum ex juſto zelo præſtitum ſervandum potius erat, qvam ut cavillatione illâ ſolveretur, niſi forte dicere velis, non licuiſſe ipſis tribum Benjamin iſto juramento qvaſi exſcindere; qvamvis adverſus hanc objectionem non deſint reſponſiones variæ.

§. 56.

Ita *Aurelianus* occiſionem canum, ita *Themiſon* ſubmerſionem in mare plane omittere poterant, cum juramentum ab Aureliano de re illicitâ, exterminio nempe civitatis poſt victoriam, fuerat præſtitum, Ete rchus etiam â Thimeſone rem injuſtam poſtulaverat.

§. 57.

§. 57.

Nam, iſtud qvidem rectiſſimè obſervatur, juramentum non minus ac promiſſiones juratas, includere tacitas conditiones & limitationes, qvæ ex ipſa rei naturâ ritè fluunt. Unde ſi alicui qvicqvid velit petendi optionem conceſſi, ubi iſte iniqva aut abſurda petierit, haud qvicqvam tenebor. Qvæ jam facilè ad Themiſionis juramentum applicari poterunt.

§. 58.

Ergone ais, *nullus peculiaris* erit juramentorum effectus? Nullus puto, niſi fortè eo referre velis, qvod invocatio divini numinis arguat, eum qvi perjurium commiſerit, *atrociorem pœnam* expectare debere, qvam eos qvi aliàs mendacium dixerunt, vel injuratam fidem fefellerunt.

§. 59.

In eo tamen juramentum â promiſſionibus nudis abit, qvod etſi hæ hæredes promittentis teneant, ac multo magis promiſſio jurata hominibus facta (aliud enim dicendum ſi per modum voti concepta ſit) ipſa tamen *clauſula juratoria*, & invocatio nominis divini jurantis perſonam non egrediatur, neqve adeo *heres* fidem â defuncto datam fallens pro perjuro haberi debeat.



§. 60.

Tollitur verò juramentorum, ut in genere omnium promiſſionum, effectus per *relaxationem* ſeu *diſpenſationem*, qvam in generali acceptione definimus, qvod ſit actus qvo vel ſuperior jurantis declarat juramentum propter defectum poteſtatis in jurante fuiſſe nullum, vel ſuperior ejus cui juratò promiſſum fuit certis eis rationibus obligationem inde ortam juranti condonat.

§. 61.

Nam uti jam ſuprà diximus, nemo tenetur ad impoſſibilia, igitur ſi, qvi alterius poteſtati ſubjectus eſt, juret, ſemper tacita exceptio inerit juramento; ſalvo jure ſuperioris.

§. 62.

Qvi tamen peccabit, ſi diſpenſet, ubi nullum jus aut ſuum aut commune ſocietatis cui præeſt, læſum fuit.

§. 63.

Ut & ille, qvi citrà cauſam juſtam

(pro

Digitized by Google

*ratoria*, & invocatio nominis divini jurantis perſonam non egrediatur, neqve adeo *heres* fidem â defúncto datam fallens pro perjuro haberi debeat.

§. 60.

Tollitur verò juramentorum, ut in genere omnium promiſſionum, effectus per *relaxationem* ſeu *diſpenſationem*, qvam in generali acceptione definimus, qvod ſit actus qvo vel ſuperior jurantis declarat juramentum propter defectum poteſtatis in jurante fuiſſe nullum, vel ſuperior ejus cui juratò promiſſum fuit certis eis rationibus obligationem inde ortam juranti condonat.

§. 61.

Nam uti jam ſuprà diximus, nemo tenetur ad impoſſibilia, igitur ſi, qvi alterius poteſtati ſubjectus eſt, juret, ſemper tacita exceptio inerit juramento; ſalvo jure ſuperioris.

§. 62.

Qvi tamen peccabit, ſi diſpenſet, ubi nullum jus aut ſuum aut commune ſocietatis cui præeſt, læſum fuit.

§. 63.

Ut & ille, qvi citrà cauſam juſtam

(pro

Digitized by Google

(pro qvali habetur delictum promiſſarii, & intereſſe publicum) ſubdito ſuo jus ex juramento qvæſitum auferat.

§. 64.

Cœterum is, qvi nec juranti nec in cujus gratiam juratum eſt, ſuperior eſt, diſpenſare neqvit, unde vel ex hoc unico judicari poteſt, qvo jure qvâve injuriâ Pontifex Romanus poteſtatem ſibi ſumat diſpenſandi circa juramenta regum & principum.

§. 65.

*Affinitatem* cum juramento habet *obteſtatio*, qvæ eſt actus, qvo qvis alterum nominato DEO vel aliâ qvâdam re ipſi cariſſimâ vel ab ipſo maximè verenda, obſecrat de veritate dicenda, qvalis eſt Archi Sacerdotis, qvâ Chriſtum obteſtatur ut diceret, utrum ſit filius DEI.

§. 66.

Cum qvâ non confundenda eſt *conteſtatio*, & ipſa juramento affinis, qvâ qvis comparatione rei gratiſſimæ aſſeverat, non minꝰ ſibi cordi eſſe veritatem in illa re, ac ſibi cordi eſt illa res nominata. Ita conteſtatur Joſeph per vitam Pharaonis;



nis; ita Eliſa conteſtatur per vitam Eliæ,

§. 67.

Deniqve ſunt qvædam promiſſiones, qvæ etſi non ſint juramenta, *æqvalem tamen efficaciam* inter homines habent vel propter *perſonam promittentis*, utſi princeps promittat bey ſeinen Fürſtlichen wahren Worten/ vel propter ſpecialem *conſvetudinem* certi populi. Sic apud Perſas firmiſſimum fidei vinculum erat, fides datis dexteris,

§. 68.

Atqve hæc qvoad juramenti Theoriam ſufficere poterunt. Reſtat ut *præcepta* ponamus de officio hominum circa juramentum. Conſideratur verò hoc caſu juramentum vel prout eſt *acceſſio* ſermonis, vel prout *clauſula juratoria* invocatione nominis divini tanqvam ſpeciali formâ abſolvitur,

§. 69.

*Priori* modo præceptum *generale* tam juramentum promiſſorium qvam aſſertorium, (hoc tamen potisſimum) reſpiciens eſt: VERITATEM LOQVERE, hoc eſt, opera danda eſt ut

Digitized by Google

nis; ita Eliſa conteſtatur per vitam Eliæ.

§. 67.

Deniqve ſunt qvædam promiſſiones, qvæ etſi non ſint juramenta, *æqvalem tamen efficaciam* inter homines habent vel propter *perſonam promittentis*, utſi princeps promittat bey ſeinen Fürſtlichen wahren Worten/ vel propter ſpecialem *conſvetudinem* certi populi. Sic apud Perſas firmiſſimum fidei vinculum erat, fides datis dexteris.

§. 68.

Atqve hæc qvoad juramenti Theoriam ſufficere poterunt. Reſtat ut *præcepta* ponamus de officio hominum circa juramentum. Conſideratur verò hoc caſu juramentum vel prout eſt *acceſſio* ſermonis, vel prout *clauſula juratoria* invocatione nominis divini tanqvam ſpeciali formâ abſolvitur.

§. 69.

*Priori* modo præceptum *generale* tam juramentum promiſſorium qvam aſſertorium, (hoc tamen potisſimum) reſpiciens eſt: VERITATEM LOQVERE, hoc eſt, opera danda eſt ut

ſigna

Digitized by Google

ſigna externa conveniant cum animo tuo.

§. 70.

Cœterum cum in omni negotio etiam injurato, dum ad interrogationem alterius reſpondemus, aut ad rogationem ejus ſpondemus, reſponſio & ſponſio noſtra ſe ad interrogationem & rogationem alterius referat; ſeqvitur exinde, qvod reſponſio noſtra non divellenda ſit ab animo & intentione ſtipulantis vel qværentis.

§. 71.

Unde vel maximè in juramentis opus eſt, ut *verba jurisjurandi eo in ſenſu adhibeamus, qvo alterum, cui juratur, ea adhibere probabiliter credimus*, ac propterea ambiguitas verborum, qvantum fieri poterit, erit vitanda.

§. 72.

Enim verò non nobis loqvimur & juramus, ſed aliis qvibus cum negotium eſt, atqve ideò loqvimur ut intelligamur, ideò juramus, ut eò melius alteri de integritate noſtra conſtet.

§. 73.

Inde ejus qvoqve eſt, cui juratur, concipere verba juramenti, atque declarare, qvo ſenſu illa intelligere velit.



§. 74.

Speciale Præceptum & ad juramentum promiſſorium tantum pertinens eſt: PROMISSA SERVA.

§. 75.

Coercet utrumqve præceptum *perjurium*, qvod vitium in latâ ſuâ acceptione, & mendacium *juratum* & *juratam* perfidiam ſub ſe comprehendit.

§. 76.

Qvi ſignificatus laxior uſu moderno eſt receptus, etſi olim à nonnullis ſtrictè pro ſolâ perfidia, à qvibusdam Scriptoribus pontificiis contrà pro ſolo mendacio vox perjurii uſurpata fuerit.

§. 77.

Ad mendacium juratum pertinet *falſum teſtimonium*, item ſi qvis juret & tamen inde nolit obligari.

§. 78.

Ad *perfidiam juratam* non ſolùm pertinet, ſi qvis directè fidem juramento datam adimplere detrectat, ſed & ſi promiſſor ſuperiorem ejus, cui promiſ-



Digitized by Google

cipere verba juramenti, atque declarare, qvo ſenſu illa intelligere velit.

§. 74.

Speciale Præceptum & ad juramentum promiſſorium tantum pertinens eſt: PROMISSA SERVA.

§. 75.

Cœrcet utrumqve præceptum *perjurium*, qvod vitium in latâ ſuâ acceptione, & mendacium juratum & juratam perfidiam ſub ſe comprehendit.

§. 76.

Qvi ſignificatus laxior uſu moderno eſt receptus, etſi olim à nonnullis ſtrictè pro ſolâ perfidia, à qvibusdam Scriptoribus pontificiis contrà pro ſolo mendacio vox perjurii uſurpata fuerit.

§. 77.

Ad mendacium juratum pertinet *falſum teſtimonium*, item ſi qvis juret & tamen inde nolit obligari.

§. 78.

Ad *perfidiam juratam* non ſolum pertinet, ſi qvis directè fidem juramento datam adimplere detrectat, ſed & ſi promiſſor ſuperiorem ejus, cui promiſ-

ſum eſt imploret, ut ipſi juramentum relaxet.

§. 79.

Ut ecce, ſi qvis juravit ſtatuta univerſitatis eſſe ſervaturum, & poſteà à ſuperiore precibus impetret, ut in ejus favorem circa iſta ſtatuta diſpenſet.

§. 80.

Etſi enim ejusmodi diſpenſatio, ſi à ſuperiore ſpontè fiat, ſine perfidiæ nota acceptari poſſit, eandem tamen injuſtè promittens ſolicitat, cum hoc factum ſit apertè contra intentionem ejus, cui qvid promiſſum eſt.

§. 81.

Neq; eos à claſſe perjurorum eximendos eſſe cenſeo qvi juramenta promiſerunt qvod officia ſua fideliter obire velint, ſi *partem* qvamcunqve officii *neglexerint ex proæreſi*, etiamſi ſe pœnæ ſubmittant, nam fur eſt etiam qvi fuſtigationem ſuſtinuit.

§. 82.

Multò magis igitur ad perjuros erit referendus, qvi circa *peculiarem* aliquem actum ſe juramento obſtrinxit, ſi contrà qvid faciat.

§. 83.



§. 83.

Niſi disertè in promiſſo qvis ſibi libertatem reſervaverit, aut promiſſa adimplendi, aut actum contrarium multâ redimendi.

§. 84.

Vel ei, qvi juramenti formulam præſcribunt, ipſi eam ſic exponant, vel publicè exponi ita patiantur, ut ſine nota perjurii liceat contrà promiſſa delinqvere, modo delinqvens pœnæ obtemperet, qvaliter communiter explicari ſolet juramentum ſtudioſorum, qvod injurias ſibi illatas conſulto non vindicare ſed ſuper iis auxilium Magiſtratus implorare velint.

§. 85.

*Poſteriori* modo, & qvà juramentum invocatione nominis divini conſtat, duo præcepta notari merentur. (1) NON JURA TEMERE (2) NON JURA NISI PER DEUM.

§. 86.

Illud qvidem *immediatè ex fine* juramenti deducitur, hoc fluit *immediatè* ex ejusdem forma.



Digitized by Google

§. 83.

Niſi diſertè in promiſſo qvis ſibi libertatem reſervaverit, aut promiſſa adimplendi, aut actum contrarium multâ redimendi.

§. 84.

Vel ei, qvi juramenti formulam præſcribunt, ipſi eam ſic exponant, vel publicè exponi ita patiantur, ut ſine nota perjurii liceat contrà promiſſa delinqvere, modo delinqvens pœnæ obtemperet, qvaliter communiter explicari ſolet juramentum ſtudioſorum, qvod injurias ſibi illatas conſulto non vindicare ſed ſuper iis auxilium Magiſtratus implorare velint.

§. 85.

*Poſteriori* modo, & qvà juramentum invocatione nominis divini conſtat, duo præcepta notari merentur. (1) NON JURA TEMERE (2) NON JURA NISI PER DEUM.

§. 86.

Illud qvidem *immediatè ex fine* juramenti deducitur, hoc fluit *immediatè* ex ejusdem forma.

§. 87.

Cum enim juramentum aſſertorium ideò inventum ſit, ut via aperiatur ad decidendum aliqvod factum illiqvidum, & qvod aliâ ratione commodius demonſtrari neqvit, ſeqvitur qvod pro temerario habendum ſit juramentum, ubi vel nullâ probatione opus, vel ubi aliis argumentis res commodè demonſtrari poteſt; aut ubi non eſt conveniens probationis objectum.

§. 88.

Igitur in qvæſtionibus juris non licita erunt juramenta, & ineptus eſſet ac temerarius, qvi ad veritatem doctrinæ ſuæ demonſtrandam juramentum adhiberet.

§. 89.

Peccant graviter adverſus hoc præceptum, qvi juramentum adhibent pro *ornamento ſermonis* & qvando qvis utitur eo in ſenſu duntaxat *enunciativo*, non habens intentionẽ dicta ſua jurejurando confirmandi. Unde non malè Hobbeſius illas dejerationes non juramenta eſſe dicit, ſed nominis divini abuſionem,





natam ex pravâ conſvetudine omnia nimium vehementer aſſeverantium.

§. 90.

Porrò qvamvis ſuperius oſtenſum fuerit *falſiloqvium* qvoddam eſſe licitum, adeoqve inde ſeqvatur non eſſe eum pro perjuro habendum, qvi ejusmodi falſiloqvio adjungat juramentum; peccabit tamen adverſus præceptum de vitandâ *temeritate*, qvoniam ut juramenta ejusmodi falſiloqviis adhibeantur, neceſſitas nulla exigit.

§. 91.

Pertinet adeò præceptum illud prius maximopere ad juramentum *aſſertorium*. Sed & ejus tamen in *promiſſorio* non eſt uſus nullus. Nam temerè jurat, qvi jurat in promiſſione rerum impoſſibilium, qvò & iſte pertinet qvi jurato promittit, qvod ſcit à ſuperiore ſuo eſſe prohibitum.

§. 92.

Qvod *alterum* præceptum attinet, illud qvatenus ex *jure naturali* deducendum eſt, non alium ſenſum habet, qvam *qvod jurandum ſit per* DEUM *qvà ex jure naturali cognoſci poteſt*.



Digitized by Google

natam ex pravâ conſvetudine omnia nimium vehementer aſſeverantium.

§. 90.

Porrò qvamvis ſuperius oſtenſum fuerit *falſiloqvium* qvoddam eſſe licitum, adeoqve inde ſeqvatur non eſſe eum pro perjuro habendum, qvi ejusmodi falſiloqvio adjungat juramentum; peccabit tamen adverſus præceptum de vitandâ *temeritate*, qvoniam ut juramenta ejusmodi falſiloqviis adhibeantur, neceſſitas nulla exigit.

§. 91.

Pertinet adeò præceptum illud prius maximopere ad juramentum *aſſertorium*. Sed & ejus tamen in *promiſſorio* non eſt uſus nullus. Nam temerè jurat, qvi jurat in promiſſione rerum impoſſibilium, qvò & iſte pertinet qvi jurato promittit, qvod ſcit à ſuperiore ſuo eſſe prohibitum.

§. 92.

Qvod *alterum* præceptum attinet, illud qvatenus ex *jure naturali* deducendum eſt, non alium ſenſum habet, qvam *qvod jurandum ſit per DEUM qvà ex jure naturali cognoſci poteſt*.

§. 93.

Qvatenus verò *lex poſitiva univerſalis* inculcat, quis ſit verus DEUS, & quomodo is colendus ſit, inde hæc defectum luminis naturæ ſupplet:

*Non jura niſi per DEUM VERUM.*

§. 94.

Igitur contra *legem naturæ* peccat, qvi per id jurat qvod pro DEO non habet; qvoniam ita non obtinetur finis juramenti; contra *legem divinam* & præcepta religionis, qvi per DEUM falſum jurat, qvem pro vero habet, qvod hic ſaltem obiter monuiſſe ſufficiat, cum ulterior diſqviſitio de cultu religioſo per juramenta pertineat ad Theologos.

§. 95.

Non confundenda qvippe hic ſunt præcepta juris naturalis circa juramentum, cum præceptis religionis, & qvatenus juramentum eſt ſpecies cultus divini, qvi propterea interdum etiam ſub voce juramenti ſolet exprimi.

§. 96.

Cœterum is qvi per id jurat, qvod DEUM eſſe non credit, *injuſtè* magis jurat, qvàm ut committat *perjurium*, at, qvi



qvi per DEUM falſum jurat, qvem verum credit, verè jurat, adeoqve *perjurium* committit, ſi falſo juret aut perfidè.

§. 97.

Sicut v. gr. criminis læſæ majeſtatis reus eſt, qvi principem ſuum interficere intendens, juratum ejus hoſtem ex errore violet.

§. 98.

Dependet ex dictis diſcuſſio qvæſtionis: *An liceat per creaturas jurare?* Vel enim eæ adhibentur in *obteſtationibus* aut *conteſtationibus*, tum huc non pertinent, qvia eæ non ſunt juramenta.

§. 99.

Vel ipſarum mentio fit in *juramento*, tanqvam *in qvibus* DEUS *nos punire debeat*, tum erit juramentum tacitum.

§. 100.

Vel qvatenus *ipſa aliqvid divinitatis habere creduntur*; tum Chriſtiano hoc vetat revelatio divina, ne idololatriam incurrat.

§. 101.

Vel qvà eis non qvidem aliqvid divinitatis tribuitur, ſed tamen, qva aliqva-



Digitized by Google

qvi per DEUM falſum jurat, qvem verum credit, verè jurat, adeoqve *perjurium* committit, ſi falſo juret aut perfidè.

§. 97.

Sicut v. gr. criminis læſæ majeſtatis reus eſt, qvi principem ſuum interficere intendens, juratum ejus hoſtem ex errore violet.

§. 98.

Dependet ex dictis diſcuſſio qvæſtionis: *An liceat per creaturas jurare?* Vel enim eæ adhibentur in *obteſtationibus* aut *conteſtationibus*, tum huc non pertinent, qvia eæ non ſunt juramenta.

§. 99.

Vel ipſarum mentio fit in *juramento*, tanqvam *in qvibus* DEUS *nos punire debeat*, tum erit juramentum tacitum.

§. 100.

Vel qvatenus *ipſa aliqvid divinitatis habere creduntur*; tum Chriſtiano hoc vetat revelatio divina, ne idololatriam incurrat.

§. 101.

Vel qvà eis non qvidem aliqvid divinitatis tribuitur, ſed tamen, qva aliqvam

*relationem ad* DEUM *habent*, intuitu peculiaris conſecrationis aut attinentiæ; ut qvando juratur *per templum*, *altare* &c. aut qvatenus *creatorem innuunt*, v. gr. ſi juratur per *cælum*; Et tum, etſi hæ formulæ ab injuſtitiæ vitio vix liberent eum qvi illis utitur, adeoqve rectius omittantur; tamen ſi fuerint adhibitæ, pro perjuro habendus erit, qvi iisdem illicitè fefellerit.

§. 102.

Aliud tamen dicendum de formulâ apud nos conſveta: *Ita me* DEUS *adjuvet per verbum ſuum*, ſeu per Sanctum Evangelium; qvæ neqve impia eſt, neqve injuſta.

§. 103.

Qvæ hactenus expoſuimus præcepta juranti obſervanda, conveniunt cum tribus juramenti comitibus, qvos vulgò ſtatuunt; *Veritate* nempe, ne mendacium dicatur, *juſtitia*, ne fides frangatur, aut ne aliter qvàm per DEUM juretur, & *judicio*; ne juretur temerè.

§. 104.

Sed neqve is, cui juratur ſine monito erit dimittendus; NON TEMERE JURAMENTUM POSCE. Eſſet enim hoc iterum contra finem juramentorum & reverentiam DEO debitam, qvæ fundamentum eſt omnium legum divinarum, ut ſupra oſtendimus.



§. 105.

*An igitur licebit juramentum ei deferre, quem pejeraturum eſſe ſcis*? Diſtingvitur communiter inter judicem & litigantem; ita ut is excuſetur, qvoniam ejus officium ferè eſt mercenarium; ſed litigans ſi hoc faciat, peccet.

§. 106.

Qvam qvidem ſententiam admitterem, cum temeritas ſit omnino in eo, qvi à certò pejeraturo juramentum exigit; fruſtrà enim id exigit, ſed initio præſupponendum erat: an caſus qvæſtionis ſit dabilis?

§. 107.

Nego enim, *certam eſſe ſcientiam* in aliqvo de futuro perjurio tertii; Nam non ſolum futurorum nulla eſt certa ſcientia; ſed & in ſpecie ea qvæ dependent ab arbitrio alieno, ab homine, qvi corda non ſcrutatur, ſciri neqveunt.



§. 108.

JURAMENTUM POSCE. Eſſet enim hoc iterum contra finem juramentorum & reverentiam DEO debitam, qvæ fundamentum eſt omnium legum divinarum, ut ſupra oſtendimus.

§. 105.

*An igitur licebit juramentum ei deferre, quem pejeraturum eſſe ſcis?* Diſtingvitur communiter inter judicem & litigantem; ita ut is excuſetur, qvoniam ejus officium ferè eſt mercenarium; ſed litigans ſi hoc faciat, peccet.

§. 106.

Qvam qvidem ſententiam admitterem, cum temeritas ſit omnino in eo, qvi à certò pejeraturo juramentum exigit; fruſtrà enim id exigit, ſed initio præſupponendum erat: an caſus qvæſtionis ſit dabilis?

§. 107.

Nego enim, *certam eſſe ſcientiam* in aliqvo de futuro perjurio tertii; Nam non ſolum futurorum nulla eſt certa ſcientia; ſed & in ſpecie ea qvæ dependent ab arbitrio alieno, ab homine, qvi corda non ſcrutatur, ſciri neqveunt.

§. 108.

Neqve hic ſufficit, qvod perjuria jam ſæpe commiſeritis, cum qvo eſt negotium; poterit enim in præſenti ſe emendare.

§. 109.

Qvin ſi apertè profiteatur, ſe pejeraturum eſſe, non faciet certum indicium, cum iſtæ minæ afferri poſſint ad evitandum juramentum.

§. 110.

Qvapropter niſi ſpecialis caſus offeratur (qvid ſi enim is qvi jurare debet apertè profiteatur atheiſmum? Sed neqve hic caſus facilè dabilis) mallem qvæſtionem iſtam inter inutiliter curioſas referre.

§. 111.

Majorem utilitatem habet altera qvæſtio; *an liceat ab infideli juramentum, qvod ipſe per falſos DEOS præſtat, exigere?* Non pauci, recipi poſſe ab idololatrâ ejusmodi juramentum, aſſerunt, non exigi.

§. 112.

Ego & *exigi* poſſe puto; ſi modo cœtera ſint paria. Semper enim formula jurandi accommodanda eſt ad perſvaſionem



ſionem & religionem, qvam circa DEUM fovet, qvi jurat.

§. 113.

Fluit hoc ex fine juramenti. Nam fruſtrà qvis adigeretur ad jusjurandum per DEUM, qvem non credit, adeoqve nec metuit.

§. 114.

Qvapropter cum jus naturæ hic non obſtet, tamdiu hæc ſententia defendi poterit, donec oſtendatur aliud velle præcepta religionis, qvod hactenus non fuit oſtenſum. Ad objectiones enim reſpondent alii.

## CAP. IX.
# De Officio circa Res & earum Dominium.

§. 1.

Poſtqvam de ſermone diximus, pergendum nunc eſt ad *Dominium*, cujus potiſſimus effectus in *poteſtate utendi rebus* conſiſtat, de hâc qvædam paulò altius erunt repetenda.

§. 2.

ſionem & religionem, qvam circa DEUM fovet, qvi jurat.

§. 113.

Fluit hoc ex fine juramenti. Nam fruſtrà qvis adigeretur ad jusjurandum per DEUM, qvem non credit, adeoqve nec metuit.

§. 114.

Qvapropter cum jus naturæ hic non obſtet, tamdiu hæc ſententia defendi poterit, donec oſtendatur aliud velle præcepta religionis, qvod hactenus non fuit oſtenſum. Ad objectiones enim reſpondent alii.

## CAP. IX.

# De Officio circa Res & earum Dominium.

§. 1.

POſtqvam de ſermone diximus, pergendum nunc eſt ad *Dominium*, cujus cum potiſſimus effectus in *poteſtate utendi rebus* conſiſtat, de hâc qvædam paulò altius erunt repetenda.

§. 2.

§. 2.

Poterit nempe eadem conſiderari vel in ordine ad *creatorem*, vel in ordine ad *res*, qvibus utimur, vel in ordine ad *alios homines*.

§. 3.

Priores duos conceptus qvod concernit, plerumqve ſolliciti ſunt ſcriptores morales, qvomodo facultatem illam utendi rebus creatis ex *conceſſione divina* juſtificent, tum & qvomodo in ſpecie *occiſionem beſtiarum* ab objectionibus aliorum tueantur.

§. 4.

Nobis ita res ſimpliciſſimè videtur tradi poſſe, ſi ante omnia ſeparemus lumen rationis à revelatione, & *facultatis* hujus indolem penitius conſideremus.

§. 5.

Conſtat autem ex hypotheſibus initio demonſtratis eam *juris* nomen non mereri in ordine *ad Deum*; hujus enim reſpectu homini nullum jus competit.

§. 6.

Igitur neqve demonſtrandum nobis erit, qvo jure facultatem hanc exerceat homo; foret enim qvæſtio Domitiana; ſed ſufficiet, ſi modo nihil afferri poſſit, qvod iſtam poteſtatem impugnet.



§. 7.

Nam qvod nulla lege prohibitum eſt, qvare pro re licita non haberi debeat, nulla ſubeſt ratio.

§. 8.

Cum ergo & homo habeat potentiam naturalem utendi rebus reliqvis creatis, potentia hæc tam diu pro indifferente erit habenda, donec vel à natura vel ex revelatione adducatur limitatio eam reſtringens.

§. 9.

Accedit qvod *conceſſio divina quadantenus* etiam ex *ratiocinatione* demonſtrari poſſit. Homo enim opus habet creaturis reliqvis in hoc ſtatu, tum ut nutrimentum ex illis capiat, tum ut adverſus mala corpus ſuum deſtruentia ſe defendat. Unde ſeqvitur, qvod DEUS velit etiam uſum earum rerum homini concedere, ſine qvibus vitam tanqvam donum DEI conſervare neqveat.

§. 10.

Sed hæc *quadantenus* ſaltem demonſtrantur, & qvoad illum dumtaxat uſum,

qvi

ſed ſufficiet, ſi modo nihil afferri poſſit, qvod iſtam poteſtatem impugnet.

§. 7.

Nam, qvod nullâ lege prohibitum eſt, qvare pro re licita non haberi debeat, nulla ſubeſt ratio.

§. 8.

Cum ergo & homo habeat potentiam naturalem utendi rebus reliqvis creatis; potentia hæc tam diu pro indifferente erit habenda, donec vel à natura vel ex revelatione adducatur limitatio eam reſtringens.

§. 9.

Accedit qvod *conceſſio divina qvadantenus* etiam ex *ratiocinatione* demonſtrari poſſit. Homo enim opus habet creaturis reliqvis in hoc ſtatu, tum ut nutrimentum ex illis capiat, tum ut adverſus mala corpus ſuum deſtruentia ſe defendat. Unde ſeqvitur, qvod DEUS velit etiam uſum earum rerum homini concedere, ſine qvibus vitam tanqvam donum DEI conſervare neqveat.

§. 10.

Sed hæc *qvadantenus* ſaltem demonſtrantur, & qvoad illum duntaxat uſum, qvi

qvi homini eſt neceſſarius. At cum homo ſæpiſſimè utatur creaturis reliqvis ad jucunditatem tantùm & vitam commodiorem; difficulter iſtâ viâ, qvâ onus probandi in nos ſuſcipimus, procedemus.

§. 11.

Neqve enim omnibus creaturis opus habet homo; neqve Ariſtotelis, Luciani, ac aliorum Gentilium ſententia applauſum meretur, qvaſi res reliqvæ fruſtra eſſent creatæ, ſi homini iis uti non liceret. Nam longè compendioſius potuiſſet machina mundi adornari, ſi nihil fuerat creandum, niſi qvod uſum homini præberet.

§. 12.

Igitur maneamus potius in poſſeſſione libertatis naturalis, præprimis cum deprehendamus, revelationem *Scripturæ Sacræ* ſententiæ huic non refragari, ſed potius conceſſionem ſpecialem homini factam utendi rebus creatis ſolidiſſimè exinde poſſe probari.

§. 13.

Neqve iis ſolum, qvibus ad neceſſitatem homo habet opus (qvæ qvidem in



in *ſtatu integro* longe minor erat ad *nutrimentum* ſaltem reſtricta, cum defenſio adverſus mala reliqva corpus hodiè deſtruentia ibi non habuiſſet uſum,) ſed & ad commoditatem ac voluptatem.

§. 14.

Iſta verò conceſſio, ut in anteceſſum notemus, non habet vim *præcepti*, ſed indulgentiam duntaxat privilegii, qvo qvis uti pro lubitu poteſt, nec ad omnimodum ejus exercitium tenetur. Alias enim peccaret homo in legem divinam ſi animal qvodpiam liberum dimitteret, aut occaſionem, idem in poteſtatem redigendi negligeret; id qvod nemo ſanus dixerit.

§. 15.

Cœterum in hoc ordine ex iis, qvæ generatim de officiis hominis erga DEUM diximus, fluit præceptum negativum. NON UTERE CREATURIS AD CONTUMELIAM CREATORIS. Pugnaret enim hic uſus cum *cultu* DEI *interno*, qvi fundamentum eſt legum omnium naturalium.

§. 16.

Digitized by Google

in *ſtatu integro* longe minor erat ad *nutrimentum* ſaltem reſtricta, cum defenſio adverſus mala reliqva corpus hodie deſtruentia ibi non habuiſſet uſum) ſed & ad commoditatem ac voluptatem.

§. 14.

Iſta verò conceſſio, ut in anteceſſum notemus, non habet vim *præcepti*, ſed indulgentiam duntaxat privilegii, qvo qvis uti pro lubitu poteſt, nec ad omnimodum ejus exercitium tenetur. Aliàs enim peccaret homo in legem divinam ſi animal qvod piam liberum dimitteret, aut occaſionem, idem in poteſtatem redigendi negligeret; id qvod nemo ſanus dixerit.

§. 15.

Cœterum in hoc ordine ex iis, qvæ generatim de officiis hominis erga DEUM diximus, fluit præceptum negativum. NON UTERE CREATURIS AD CONTUMELIAM CREATORIS. Pugnaret enim hic uſus cum *cultu* DEI *interno*, qvi fundamentum eſt legum omnium naturalium.

§. 16.

Unde maximè coercetur per hoc præceptum *abuſus creaturarum*, qvando eæ inutiliter & petulanter perduntur. Contemnitur enim hoc modo Creator benigniſſimus, qvemadmodum contemtum interpretaretur homo, ſi ejus donum inutiliter perderem.

§. 17.

Poſſes huc qvoqve referre, qvod DEUS qvietem diei ſeptimi etiam ad beſtias voluerit extendere. Sed hoc pertinet ad præcepta Religionis, adeoqve relinqvendum eſt Theologis.

§. 18.

Porro in reſpectu ad ipſas *res creatas*, qvibus homo utitur, uſus iſte *juris* nomen non meretur, qvoniam cum reliqvis creaturis nulla homini juris communio intercedit.

§. 19.

Neqve tamen mereri etiam poteſt nomen *injuriæ*, qvia neqve creaturis reliqvis homo eſt obligatus.

§. 20.

Sive eæ ſint vegetabiles tantum, aut his inferiores, de qvibus nullum eſt du-



bium; ſive inſuper loco motivâ gaudeant, ut beſtiæ.

§. 21.

De qvibus etſi multa ſoleant objici, non opus tamen eſt ut circa eorum refutationem nos detineamus, cum partim ea excipiant adverſus argumenta, qvibus alii jus interficiendi eas probare voluerunt, à qvo probandi onere, nos ut viles abſtinemus; partim nituntur falſâ hypotheſi philoſophorum rationem beſtiis tribuentium, ſimulqve præcepti de non lædendis aliis ad bruta extendentium. Nos verò ſuprà rationem ita à beſtiis exterminavimus, ut ne qvidem reliqverimus ſenſum internum propriè dictum, cognitionem aliqvam & ita cogitationem præſupponentem.

§. 22.

Neqve per internecionem beſtiarum *injuriam* DEO fieri inde conſtat, qvia DEUS ſtatûs, juris omnis expertis, inter hominem & beſtiam autor eſt.

§. 23.

Nollem tamen propterea ſtatum hunc hominis in relatione ad beſtias comparare cum *ſtatu belli*: Etſi enim ali-



qva

Digitized by Google

dubium; ſive inſuper loco motivâ gaudeant, ut beſtiæ.

§. 21.

De qvibus etſi multa ſoleant objici, non opus tamen eſt ut circa eorum refutationem nos detineamus, cum partim ea excipiant adverſus argumenta, qvibus alii jus interficiendi eas probare voluerunt, à qvo probandi onere, nos ut vides abſtinemus; partim nituntur falsâ hypotheſi philoſophorum rationem beſtiis tribuentium, ſimulqve præcepti de non lædendis aliis ad bruta extendentium. Nos verò ſuprà rationem ita à beſtiis exterminavimus, ut ne qvidem reliqverimus ſenſum internum propriè dictum, cognitionem aliqvam & ita cogitationem præſupponentem.

§. 22.

Neqve per internecionem beſtiarum *injuriam DEO* fieri inde conſtat, qvia DEUS ſtatûs, juris omnis expertis, inter hominem & beſtiam autor eſt.

§. 23.

Nollem tamen propterea ſtatum hunc hominis in relatione ad beſtias comparare cum *ſtatu belli*: Etſi enim ali-

qva inter utrumqve ſtatum ſit convenientia, tamen plures ſunt rationes diſparitatis. Præterqvam enim, qvod bella inter homines neqve ſunt univerſalia, neqve perpetua, neqve licentiam in infinitum concedunt; inſuper bellum eſt Status extraordinarius ex læſione juris ortus; at vero ſtatus iſte, qvi eſt inter homines & beſtias, ordinarius eſt, nullam juris læſionem præſupponens, cum inter eos nunqvam ulla juris fuerit communio.

§. 24.

Pergendum nunc ad conſiderationem potentiæ utendi creaturis hominibus competentis in ordine ad *alios homines*. Obſervari hic ea meretur qvatenus *utens aliis obligatus eſt*, tùm qvatenus *alii homines ſunt obligati utenti*.

§. 25.

*Obligatio utentis* eſt vel *indirecta* ſeu mediata & qvatenus homo ſui converſationem debet ſocialitati, vel *directa*, qvatenus homo immediatè obſtrictus eſt aliis.

§. 26.

*Indirecta* hoc præcepto comprehenditur:



ditur: ITA UTERE CREATURIS UT PER ISTUM USUM NON EVERTAS BONA TUA VEL ANIMI VEL CORPORIS. Fluit hoc ex iis qvæ ſuprà de officiis hominis erga ſeipſum docuimus.

§. 27.

Qvod bona animi *moralia* attinet, operandanda, ne per occiſionem v. gr. beſtiarum animus asſveſiat *truculentiæ* & *crudelitati*. Non enim ſolum Plutarchus obſervavit, ex asſvefactione necandarum beſtiarum homines progreſſos eſſe ad cædes hominum & bella, ſed & obſervationem meretur, qvod ſcriptura Nimrodum appellet venatorem; Pythagorici contrà manſvetudinem erga beſtias inculcarunt, ut meditationem amoris & miſericordiæ erga homines.

§. 28.

Unde non ſine cauſâ Athenienſes ab eo, qvi vivo arieti pellem detraxerat, & ni fallor Lacedæmonii, ab eo qvi coturnicibus oculos eruens poſtea eas dimittebat, pœnam exegerunt.

§. 29.

Qvoad bona animi *naturalia* peccat,



qvi

ditur: ITA UTERE CREATURIS UT PER ISTUM USUM NON EVERTAS BONA TUA VEL ANIMI VEL CORPORIS. Fluit hoc ex iis qvæ ſuprà de officiis hominis erga ſeipſum docuimus.

§. 27.

Qvod bona animi *moralia* attinet, opera danda, ne per occiſionem v. gr. beſtiarum animus asſveſiat *truculentiæ* & *crudelitati*. Non enim ſolum Plutarchus obſervavit, ex asſvefactione necandarum beſtiarum homines progreſſos eſſe ad cædes hominum & bella, ſed & obſervationem meretur, qvod ſcriptura Nimrodum appellet venatorem; Pythagorici contrà manſvetudinem erga beſtias inculcarunt, ut meditationem amoris & miſericordiæ erga homines.

§. 28.

Unde non ſine cauſâ Athenienſes ab eo, qvi vivo arieti pellem detraxerat, & ni fallor Lacedæmonii, ab eo qvi coturnicibus oculos eruens poſtea eas dimittebat, pœnam exegerunt.

§. 29.

Qvoad bona animi *naturalia* peccat,

qvi nimio cibo ac potu uſum rationis ſibi tollit vel minuit.

§. 30.

Qvoad bona deniqve *corporis* à variis intemperantiæ ſpeciebus abſtinendum erit.

§. 31.

Hinc Pythagoras, dum necare vetuit animalia, inter alias rationes diſcipulos ſuos ad faciliorem victum, unde ſanitas corporis & ingenii acumen magis augeretur, aſſvefacere voluit.

§. 32.

*Directa* obligatio hominis erga alios ea eſt: SIC UTERE CREATURIS, UT ÆQVALITATEM CUM ALIIS CONSERVES; ſcilicet NE ABUTARIS IISDEM AD SUPERBIAM; UT ALIOS ISTO USU NON LÆDAS; UT PER EAS ALIIS INSERVIAS; UT FIDEM PROPTEREA DATAM SERVES. Intelliguntur hæc facilè ex ſuperioribus diſcurſibus.

§. 33.

Taceo nunc peculiare *intereſſe reipublicæ*, cui & ipſi ſe homo accommodare debet. Intereſt enim reipublicæ *ne qvis re*



*re ſuâ malè utatur*, & ſæpius *intermiſſio certi cujusdam uſus promovet utilitatem civitatis*. Sed de hoc infrà ſuo loco.

§. 34.

*Obligatio aliorum hominum* erga utentem hoc præcepto includitur. NEMO ALTERUM IN USU CREATURARUM TURBET.

§. 35.

Correſpondet huic obligationi in utente *jus*, vi cujus qvietè creaturis uti poteſt, qvod jus, qvatenus alios ad uſum ejusdem rei admittit, *communionis* nomine venit; qvatenus vero alios ab uſu ejusdem rei arcendi facultatem tribuit, *dominium* dicitur, de qvibus nunc fuſius erit agendum.

§. 36.

Ne vero more andabatarum diſputemus, ab evolutionibus terminorum erit incipiendum. Ubi id qvidem conſtat ex hactenus dictis, per *dominium* intelligi jus in rebus terminans, qvatenus rei vocabulum actionibus merè perſonalibus contradiſtingvitur, ſed hic conceptus tamen dominii eſſentiam non exhaurit.



§. 37.

Digitized by Google

*re ſuâ malè utatur*, & ſæpius *intermiſſio certi cujusdam uſus promovet utilitatem civitatis*. Sed de hoc infrà ſuo loco.

§. 34.

*Obligatio aliorum hominum* erga utentem hoc præcepto includitur. NEMO ALTERUM IN USU CREATURARUM TURBET.

§. 35.

Correſpondet huic obligationi in utente *jus*, vi cujus qvietè creaturis uti poteſt, qvod jus, qvatenus alios ad uſum ejusdem rei admittit, *communionis* nomine venit; qvatenus vero alios ab uſu ejuſdem rei arcendi facultatem tribuit, *dominium* dicitur, de qvibus nunc fuſius erit agendum.

§. 36.

Ne vero more andabatarum diſputemus, ab evolutionibus terminorum erit incipiendum. Ubi id qvidem conſtat ex hactenus dictis, per *dominium* intelligi jus in rebus terminans, qvatenus rei vocabulum actionibus merè perſonalibus contradiſtingvitnr, ſed hic conceptus tamen dominii eſſentiam non exhaurit.



Digitized by Google

§. 37.

Qvapropter rectius *deſcribitur*, qvod ſit jus qvo res aliqva alicui eſt propria. *Proprietas* vero eſt, qvando alicujus rei veluti ſubſtantia ita ad aliqvem pertinet, ut eodem modo non pertineat ad alium.

§. 38.

*Proprietas* enim & *dominium* hic ſunt Synonyma, etſi qvandoqve à Scriptoribus uſurpentur diverſimodè.

§. 39.

Eſt verò proprietas ſeu Dominium unius rei vel penes unum hominem, vel penes uno plures. Illud *Dominium ſimpliciter* vel *ſtrictè* dicitur, v. gr. ita Titius eſt dominus ædium ſuarum; hoc vocari ſolet *Dominium commune* vel *communio*; ita heredes Titii ſunt in communione ædium.

§. 40.

Scilicet *communio* eſt, qvando rei veluti ſubſtantia ita pertinet ad aliqvem, ut eodem modo pertineat ad alium.

§. 41.

Eſtqve vel *negativa*, cum res ita pertinet ad plures, ut in nullius hominis (nec in unius nec pluriũ) proprietate actu ſit. Ita



ita ex hypotheſi juris Romani, feræ beſtiæ ſunt in communione.

§. 42.

Vel *poſitiva*, cum res ita pertinet ad plures, ut in plurium conjunctim ſumtorum proprietate ſeu Dominio ſit: repete exemplum de heredibus Titii.

§. 43.

Ergo *Dominium ſimpliciter* ſic dictum eſt nobiliſſima Dominii ſpecies, qvia reſpuit omnem communionem, *communio negativa* eſt nobiliſſima communionis ſpecies, qvia reſpuit omne Dominium.

§. 44.

At *communio poſitiva* & *Dominium commune*, ut vides, coincidunt, ita ut in uno eodemqve exemplo conveniant, & ſaltem differant conceptibus. Dum enim duo hæredes Titii inter ſe referuntur, & conſiderantur ut ſinguli, hereditas eorum communis eſt; dum conjunctim referuntur ad alios homines non hæredes, hereditas ipſis eſt propria.

§. 45.

*Res* ipſæ vero ab his tribus juribus diverſas denominationes accipiunt. Sunt enim vel *in Dominio*, vel *communes*, vel *nullius*.

N n 4 §. 46.

Ita ex hypotheſi juris Romani, feræ beſtiæ ſunt in communione.

§. 42.

Vel *poſitiva*, cum res ita pertinet ad plures, ut in plurium conjunctim ſumtorum proprietate ſeu Dominio ſit: repete exemplum de heredibus Titii.

§. 43.

Ergo *Dominium ſimpliciter* ſic dictum eſt nobiliſſima Dominii ſpecies, qvia reſpuit omnem communionem, *communio negativa* eſt nobiliſſima communionis ſpecies, qvia reſpuit omne Dominium.

§. 44.

At *communio poſitiva* & *Dominium commune*, ut vides, coincidunt, ita ut in uno eodemqve exemplo conveniant, & ſaltem differant conceptibus. Dum enim duo hæredes Titii inter ſe referuntur, & conſiderantur ut ſinguli, hereditas eorum communis eſt; dum conjunctim referuntur ad alios homines non hæredes, hereditas ipſis eſt propria.

§. 45.

*Res* ipſæ vero ab his tribus juribus diverſas denominationes accipiunt. Sunt enim vel *in Dominio*, vel *communes*, vel *nullius*.

§. 46.

Apparet ergo & proprietatis & communionis terminos involvere *relationem* unius hominis ad alium hominem. Ex quo ſeqvitur, ſi *unus homo* ſit in mundo, etſi is pro lubitu poſſit uti rebus creatis, neqve tamen terminum *Dominii* (qvia nemo eſſet, qvem ab uſu ejus excluderet) neqve terminum *communionis* (qvia nemo eſſet ad qvem uſus iſte ſimul pertineret) ad iſtum uſum qvadrare.

§. 47.

Et qvi aliter poſſet? cum & Dominium & communio ſint juris ſpecies. Suprà verò demonſtravimus, *nullum jus hominum eſſe, niſi ſint alii homines.*

§. 48.

Nam etſi iſtum hominem unicum referas *ad DEUM*, non merebitur tamen ille uſus nomen Dominii, non ſolum qvia in hoc reſpectu DEUS tantum eſt Dominus creaturarum, ſed & qvia homo nullum jus habet adverſus DEUM.

§. 49.

Qvod ſi vero referas *ad beſtias*, ſimilis erit ratio, qvia inter hominem & beſtias nulla



nulla eſt neqve juris neqve obligationis communicatio.

§. 50.

Malo autem hic ſcapham vocare ſcapham, qvam ejuſmodi facultatem utendi creaturis unico homini competentem appellare dominium indefinitum non formaliter ſed conceſſivè, non actu ſed potentiâ. Etſi enim hæc locutio commodè explicata tolerari poſſit, tamen haud dubiè terminus dominii supponitur impropriè, & videtur absqve ejus uſurpatione doctrina dominii magis perſpicuè poſſe explicari.

§. 51.

Qvin & *ſi plures ſint homines*, non poteris tamen terminum *dominii* neqve ſimpliciter dicti neqve communis adhibere, ſi nullus eſſet, qvem reliqvi jure ab uſu certæ rei poſſent excludere.

§. 52.

Nam tum demum v. gr. hereditas Titii eſt in proprietate heredum duorum, qvando, ut dixi, referuntur ad alios; qvod ſi illi heredes ſoli eſſent in mundo, non amplius eſſet dominium commune, ſed tantum ipſis eadem eſſet commu-



nis

nulla eſt neqve juris neqve obligationis communicatio.

§. 50.

Malo autem hic ſcapham vocare ſcapham, qvam ejuſmodi facultatem utendi creaturis unico homini competentem appellare dominium indefinitum non formaliter ſed conceſſivè, non actu ſed potentiâ. Etſi enim hæc locutio commodè explicata tolerari poſſit, tamen haud dubiè terminus dominii ſupponitur impropriè, & videtur absqve ejus uſurpatione doctrina dominii magis perſpicuè poſſe explicari.

§. 51.

Qvin & *ſi plures ſint homines*, non poteris tamen terminum *dominii* neqve ſimpliciter dicti neqve communis adhibere, ſi nullus eſſet, qvem reliqvi jure ab uſu certæ rei poſſent excludere.

§. 52.

Nam tum demum v. gr. hereditas Titii eſt in proprietate heredum duorum, qvando, ut dixi, referuntur ad alios; qvod ſi illi heredes ſoli eſſent in mundo, non amplius eſſet dominium commune, ſed tantum ipſis eadem eſſet commu-

nis. Adeoqve ex *communione poſitiva* tunc fierit *negativa.*

§. 53.

Solent alii dominium dividere in *commune & privatum;* Sed ex eorum deſcriptionibus patet, eandem eſſe hanc diviſionem cum noſtrâ, qvâ dominium diximus eſſe vel ſimpliciter tale vel commune, niſi qvod hi in applicatione confundant dominium commune cum communione negativa.

§. 54.

Qvorum adeò mentem non penetrarunt alii, mirificè utramq; dominii ſpeciem circumſcribentes, dum ſtatuunt; *Adamo à DEO collatum fuiſſe dominium commune, toti nempe humano generi competens, & ſimul privatum; nempe pro me, Te &c.*

§. 55.

Qvemadmodum enim in me, te &c. conſiſtit univerſum humanum genus; ita non apparet, qvomodo privatum dominium à communi diſcrepet, niſi qvis forte in ſublimi iſta controverſia, de exiſtentia univerſalium citra mentis operationem velit refugium qværere, & cruentæ



cruentæ pugnæ Nominalium atqve Realium ſe immiſcere.

§. 56.

Porro qvoniam dominium ſimpliciter & dominium commune ſunt ſpecies ſuo modo contradictoriæ, nimis ſubtiliter dicitur, utramqve ſpeciem in uno ſubjecto poſſe concurrere. Qvamvis ſubtilitas hæc & ab aliis fuerit uſurpata.

§. 57.

Qvi adeo ob juriſprudentiæ (ad hanc enim primariò termini dominii & communionis pertinet) ignorantiam, & in eo falſos ſibi formarunt conceptus, dum putarunt etiam iſtud jus, qvo proprietatem alicujus rei acqvirere valeo, propriè dominium eſſe, & propterea dominium in potentiale & actuale diviſerunt, cum tamen *dominium potentiale* ſit lux ſine lumine.

§. 58.

His præmiſſis de *origine dominii* nunc diſpiciamus; ſeu *an in primævo hominum ſtatu fuerit dominium an communio, eaq; vel poſitiva vel negativa?*

§. 59.

Id verò ſtatim vides, qvæſtionem

hanc

Digitized by Google

cruentæ pugnæ Nominalium atqve Realium ſe immiſcere.

§. 56.

Porro qvoniam dominium ſimpliciter & dominium commune ſunt ſpecies ſuo modo contradictoriæ, nimis ſubtiliter dicitur, utramqve ſpeciem in uno ſubjecto poſſe concurrere. Qvamvis ſubtilitas hæc & ab aliis fuerit uſurpata.

§. 57.

Qvi adeo ob jurisprudentiæ (ad hanc enim primariò termini dominii & communionis pertinet) ignorantiam, & in eo falſos ſibi formarunt conceptus, dum putarunt etiam iſtud jus, qvo proprietatem alicujus rei acqvirere valeo, propriê dominium eſſe, & propterea dominium in potentiale & actuale diviſerunt, cum tamen *dominium potentiale* ſit lux ſine lumine.

§. 58.

His præmiſſis de *origine dominii* nunc diſpiciamus; ſeu *an in primævo hominum ſtatu fuerit dominium an communio, eaq; vel poſitiva vel negativa?*

§. 59.

Id verò ſtatim vides, qvæſtionem hanc

hanc, ut ſunt omnes de origine rerum vel jurium controverſiæ, eſſe *quæſtionem hiſtoricam*, multisqve ſi citra omnem revelationem eam velis tractare, conjecturis & per ambages qvaſi hîc eſſe opus; qvamvis jam alii eruditiſſimè oſtenderint, qvomodo hæc controverſia, ſi cum Ethnico in notitia ſtatus primævi aberrante res ſit, debeat explicari; in ipſis concluſionibus non omnino vel certè parum à nobis diſſentientes.

§. 60.

Nos autem, cum Chriſtianis ſcribamus, & jam ſuprà demonſtraverimus, abſqve confuſione diſciplinarum aſſertiones hiſtoricas etiam in evolvendis diſceptationibus juris naturalis ex hiſtoria ſacra deſumi poſſe, & hic non hæſitabimus, definitiones noſtras ex revelatione divina petere, ſimul tamen regulas bonæ interpretationis, qvas nobis recta ſuppeditat ratio, obſervare.

§. 61.

Dixit DEUS ad Protoplaſtos: *Subjicite vobis terram & dominamini ſuper beſtias.* Acceperunt ergo hoc paſſu facultatem ſubigendi ſibi creaturas inferiores, eo



eo effectu, ut ſcirent, Deo non adverſari, ſi creaturas ad utilitatem ſuam applicarent. Cæterum hæc *facultas dominii* nomine nonniſi impropriè inſignitur, ſive ſtatuas conceſſionem iſtam divinam Adamo ante creatam Evam fuiſſe factam, ſive Adamo & Evæ ſimul ſignificatam.

§. 62.

Ut enim neutro modo, neqve intuitu DEI, neqve intuitu beſtiarum aut reliqvarum creaturarum inferiorum juris, multo minus dominii vel communionis nomen meretur; ita intuitu hominum qvamdiu Adamus ſolus erat, nonniſi jus in ſpe qvod & ipſum qvà tale, improprium eſt, appellari poterat.

§. 63.

Creatâ verò Evâ jus exinde propriè dictum oriebatur, non tamen inde inferre poteris, ergo dominium erat, qvia & communio jus eſt.

§. 64.

Uti igitur non memini qvenqvam ſtatuere, qvod Adamus Evam arcere juſta ex cauſa uſu creaturarum potuiſſet; aut qvod Eva ad hunc uſum exercendum

Digitized by Google

eo effectu, ut ſcirent, Deo non adverſari, ſi creaturas ad utilitatem ſuam applicarent. Cæterum hæc *facultas dominii* nomine nonniſi impropriè inſignitur, ſive ſtatuas conceſſionem iſtam divinam Adamo ante creatam Evam fuiſſe factam, ſive Adamo & Evæ ſimul ſignificatam.

§. 62.

Ut enim neutro modo, neqve intuitu DEI, neqve intuitu beſtiarum aut reliqvarum creaturarum inferiorum juris, multo minus dominii vel communionis nomen meretur; ita intuitu hominum qvamdiu Adamus ſolus erat, nonniſi jus in ſpe qvod & ipſum qvà tale, improprium eſt, appellari poterat.

§. 63.

Creatâ verò Evâ jus exinde propriè dictum oriebatur, non tamen inde inferre poteris, ergo dominium erat, qvia & communio jus eſt.

§. 64.

Uti igitur non memini qvenqvam ſtatuere, qvod Adamus Evam arcere juſta ex cauſa uſu creaturarum potuiſſet; aut qvod Eva ad hunc uſum exercendum

Digitized by Google

dum ſpeciali conceſſione Adami habuiſſet opus; ita ineptum foret, ſi jus Adami tum temporis dominii ſtrictè dicti vocabulo inſignire vellemus, ſed neceſſe eſt ut fuerit *communio* eaqve non poſitiva qvamdiu Adamus & Eva ſoli erant, ſed *negativa*.

§. 65.

Porrò non generarunt eqvidem in ſtatu Integritatis Protoplaſti liberos, creâſſent tamen haud dubiè; Hic igitur igitur forte ex communione primorum parentum negativâ, facta fuiſſet *dominium commune*.

§. 66.

Imò fortè non. Nam communis ſententia eſt, protoplaſtos repræſentaſſe in conceſſione divinâ poſteros ſuos. Ergò hi ſtatim á nativitate primâ æquale jus fuiſſent habituri ac parentes eorum.

§. 67.

Neqve cauſa fuiſſet cur DEUS in iſto ſtatu præ liberis dediſſet parentibus prærogativam cum in æqvali perfectione fuiſſent generandi; qvin potius probabile eſt, beneficia parentibus indulta pertinuiſſe



nuiſſe ad liberos, qvoniam pœnæ facti ſunt participes.

§. 68.

Qvin & ſuprà, ni fallor, demonſtravimus in ſtatu integro nullum fuiſſe exſpectandum imperium paternum; Unde ne qvidem expectanda erat reſtrictio liberorum in exercendo uſu rerum.

§. 69.

Ergo per generationem & multiplicationem generis humani *in iſto ſtatu communio negativa* non fuiſſet mutata, ſed extenſa ſaltem ad perſonas alias atqve alias.

§. 70.

An verò *in hâc communione manſuri fuiſſent homines*, ſi Adamus non eſſet lapſus, curioſior qvæſtio eſt? Nobis ne minima qvidem ſe oſtendit probabilitas, qvæ ſvadeat, receſſionem ab eâdem & dominiorum diſtinctionem.

§. 71.

Tritum proverbium eſt: *Amicorum omnia ſunt communia*. Qvo major ergò futura erat Amicitia (futura verò erat maxima) eò magis ſperanda erat communio. Inde in primitivâ E…

Digitized by Google

nuiſſe ad liberos, qvoniam pœnæ facti ſunt participes.

§. 68.

Qvin & ſuprà, ni fallor, demonſtravimus in ſtatu integro nullum fuiſſe expectandum imperium paternum; Unde ne qvidem expectanda erat reſtrictio liberorum in exercendo uſu rerum.

§. 69.

Ergo per generationem & multiplicationem generis humani *in iſto ſtatu communio negativa* non fuiſſet mutata, ſed extenſa ſaltem ad perſonas alias atqve alias.

§. 70.

An verò *in hâc communione manſuri fuiſſent homines*, ſi Adamus non eſſet lapſus, curioſior qvæſtio eſt? Nobis ne minima qvidem ſe oſtendit probabilitas, qvæ ſvadeat, receſſionem ab eâdem & dominiorum diſtinctionem.

§. 71.

Tritum proverbium eſt: *Amicorum omnia ſunt communia.* Qvo major ergò futura erat Amicitia (futura verò erat maxima) eò magis ſperanda erat communio. Inde in primitivâ Eccleſia

Chri-

Digitized by Google

Chriſtianorum communionis hujusmodi analogum fuiſſe legimus.

§. 72.

Adde qvod ſumma ibi fuiſſet *æqvalitas*, dominii verò diſtinctio multum promoveat ſtatus hominum inæqvales. Certè divites & pauperes feciſſet dominiorum diſtinctio.

§. 73.

Neq; cauſæ moventes aderant. Spontè proferebat omnia tellus, labor rum non erat inter moleſtias; Natura paucis contenta; Luxus exulabat; Nulla lis, nulla invidia.

§. 74.

Hinc valde errant, qvi *diſtinctionem dominiorum in ſtatu integro* propter ejus *perfectionem* qværunt, qvia ut omnis ordo rectæ rationi conſentaneus, ita pulcherrimus ordo poſſidendi res illi ſtatui vel maximè conveniſſet.

§. 75.

Qvaſi vero perfectior ſit hodie Eccleſiæ ſtatus, in qvo diu propter ceſſationem charitatis ceſſavit communio, præ altero qvi erat in primitivâ Eccleſiâ.

§. 76.



§. 76.

Neqve tamen putandum eſt, in communione iſta ſtatus integri fuiſſe ſum̃am *confuſionem*; ac ſi propter jus commune omnium, nemini licuiſſet ex rebus in commune poſitis qvasdam ad proprios uſus ita accommodare, ut poſt earum apprehenſionem aliis non integrum fuerit easdem ipſi rurſus auferre. Qvin potius in ipſa communione negativâ erat proprietas qvædam, intuitu ſcilicet fructuum, qvorum uſus conſiſtit in abuſu. Hi enim ſi qvis eos ad cibum vel potum adhibere voluit, ſtatim ipſius poſtqvam apprehenderat erant proprii.

§. 77.

Sed contradictionem involvere videtur, *in communione*, & vel maximè *negativâ*, qvæ proprietatem excludit, *eſſe proprietatem*.

§. 78.

Imo verò non involvit. Manere enim poteſt communio ſeu negativa ſeu poſitiva in *toto* aut *partibus nobilioribus*, vel rebus frugiferis, etſi proprietas ſit in *partibus minoribus*, vel fructibus.



Digitized by Google

§. 76.

Neqve tamen putandum eſt, in communione iſta ſtatus integri fuiſſe ſum̃am *confuſionem*; ac ſi propter jus commune omnium, nemini licuiſſet ex rebus in commune poſitis qvasdam ad proprios uſus ita accommodare, ut poſt earum apprehenſionem aliis non integrum fuerit easdem ipſi rurſus auferre. Qvin potius in ipſa communione negativâ erat proprietas qvædam, intuitu ſcilicet fructuum, qvorum uſus conſiſtit in abuſu. Hi enim ſi qvis eos ad cibum vel potum adhibere voluit, ſtatim ipſius poſtqvam apprehenderat erant proprii.

§. 77.

Sed contradictionem involvere videtur, *in communione*, & vel maximè *negativâ*, qvæ proprietatem excludit, *eſſe proprietatem*.

§. 78.

Imo verò non involvit. Manere enim poteſt communio ſeu negativa ſeu poſitiva in *toto* aut *partibus nobilioribus*, vel rebus frugiferis, etſi proprietas ſit in *partibus minoribus*, vel fructibus.



Digitized by Google

§. 79.

Unde naſcitur diſtinctio *communionis* utriusqve in *abſolutam* & *temperatam*. *Abſolutam* voco in qva ne minima qvidem rei eſt proprietas. *Temperatam* ubi contrà.

§. 80.

Anteqvam Protoplaſti ullas fruges ad abuſum applicarent, communio *abſoluta* erat; unâ ſaltem ad conſumtionem arreptâ, incipiebat *temperata*.

§. 81.

Cave tamen per *abſolutam* talem intelligas communionem, in qvâ nulla *poſſit* eſſe proprietas. Hæc enim revera eſt non ens impoſſibile; qvin potius hoc intuitu omnis com̃unio eſſet temperata. At abſoluta intuitu actus, ſaltem aliqvo temporis ſpatio, etſi perbrevi, duravit.

§. 82.

Notanter autem dixi, in ſtatu primævo per apprehenſionem *rei fungibilis* ortum fuiſſe dominium, non per apprehenſionem rei cujusvis. Nam ſi ea eſſet *non fungibilis*, ſive mobilis, ſive immobilis, ſola apprehenſio dominium non tribuebat, ſed jus ſaltem momentaneum iſtâ re utendi, qvamdiu eandem qvis poſ-



poſſideret, uſu iſto ceſſante alii æqvalem poteſtatem habebant, vel habuiſſent iſtam rem ad ſuos uſus accommodandi.

§. 83.

Sed jus qvidem iſtud momentaneum non meretur titulum proprietatis, nec unqvam, ut puto, à Juris peritis eo fuit inſignitum.

§. 84.

Ita e gr. Si Adamus ſub umbrâ arboris cubaret, vel cum beſtiâ qvadam luderet, non tamen propterea habebat proprietatem in iſtam arborem vel beſtiam, etſi Eva illum nonniſi ſumma injuria à loco turbare aut beſtiam auferre ipſi poſſet. Qvod ſi ſponte abiret vel ludere ceſſaret, poterat ſine injuria locum vel beſtiam occupare eadem.

§. 85.

Ita ſi Eva pomum decerperet comedendi gratia, nullum jus erat Adamo qvo id auferre conjugi potuiſſet, ſed neceſſe erat ut de alio proſpiceret ſibi, adeoqve poſt apprehenſionem pomi rectè dicere poterat Eva, pomum eſſe in ipſius dominio, qvoniam videlicet maritum ab jus uſu excludere poterat in



Digitized by Google

poſſideret, uſu iſto ceſſante alii æqvalem poteſtatem habebant, vel habuiſſent iſtam rem ad ſuos uſus accommodandi.

§. 83.

Sed jus qvidem iſtud momentaneum non meretur titulum proprietatis, nec unqvam, ut puto, à Juris peritis eo fuit inſignitum.

§. 84.

Ita e. gr. Si Adamus ſub umbrâ arboris cubaret, vel cum beſtiâ qvadam luderet, non tamen propterea habebat proprietatem in iſtam arborem vel beſtiam, etſi Eva illum nonniſi ſumma injuria à loco turbare aut beſtiam auferre ipſi poſſet. Qvod ſi ſponte abiret vel ludere ceſſaret, poterat ſine injuria locum vel beſtiam occupare eadem.

§. 85.

Ita ſi Eva pomum decerperet comedendi gratia, nullum jus erat Adamo qvo id auferre conjugi potuiſſet, ſed neceſſe erat ut de alio proſpiceret ſibi, adeoqve poſt apprehenſionem pomi rectè dicere poterat Eva, pomum eſſe in ipſius dominio, qvoniam videlicet maritum ab ejus uſu excludere poterat in perpetuum.



Digitized by Google

§. 86.

Scilicet etſi communionem ſupra vocaverimus, qvando rei ſubſtantia ita pertinet ad alium, ut eodem modo pertineat ad alterum; etſi *communio involvat jus æqvale* utendi re communi; hæc tamen omnia ita intelligenda ſunt, ut ex Jure ſingulorum in rem communem non oriatur tale jus, qvale eſt *jus omnium in omnia Hobbeſianum*, qvod produceret ſtatum funeſtiſſimum belli communis.

§. 87.

Fluit exinde, qvod abſtrahendo *ab omni pacto* humano, ex ipſo præcepto generali de *cuſtodienda ſocialitate* & pace communi generis humani nulla poſſit dari communio talis, in qva liceat ſocio ſocium turbare in uſu rei non fungibilis, aut auferre ei rem fungibilem, qvàm conſumere alter laborat.

§. 88.

Qvin & præceptum ſpeciale de *cuſtodiendâ æqvalitate* idem inculcat. Peccaret enim in eam haud dubiè, qvi alterum à loco cui incumbit depellere aut rem fungibilem illi auferre vellet, ut ipſe in iſto loco qvieſceret, vel re iſta frueretur

89.



§. 89.

Deniqve hæc demum licentia non poſſet *non ſummam confuſionem & bellum* procurare. Nam cum iſtâ admiſsâ, æqvalibus liceant æqvalia, ſeqveretur ſuâ ſponte, Adamum ſi Eva licentiâ dictâ uſa ipſi pomum abſtuliſſet, eodem jure potuiſſe idem pomum auferre Evæ, & ſic reciprocè in infinitum, donec is qvi viribus eſſet ſuperior pomum deglutiret, & ita in reliqvis; Haberes adeò bellum totius humani generis in protoplaſtis.

§. 90.

Unde qvamvis Aliqvi eruditè aſſeruerint, *occupationem*, qvæ dominii cauſa eſt, vim hanc accepiſſe ex *pacto* primorum hominum *tacito*, limitationem tamen haud dubiè hæc eorum ſententia recipiet in rebus fungibilibus, ad *præſentem conſumtionem* apprehenſis, partim qvod in his ſine jure appropriandi per apprehenſionem fruſtra ſit omnis communio, utpote communem uſum hominum involvens, hic verò communis uſus ipſe ſit fruſtraneus, ſi aliis mihi iterum eripere liceat, qvod ad neceſſariam conſumtionem applicare volo,



Digitized by Google

§. 89.

Deniqve hæc demum licentia non poſſet *non ſummam confuſionem & bellum* procurare. Nam cum iſtâ admiſsâ, æqvalibus liceant æqvalia, ſeqveretur ſuâ ſponte, Adamum ſi Eva licentiâ dictâ uſa ipſi pomum abſtuliſſet, eodem jure potuiſſe idem pomum auferre Evæ, & ſic reciprocè in infinitum, donec is qvi viribus eſſet ſuperior pomum deglutiret, & ita in reliqvis; Haberes adeò bellum totius humani generis in protoplaſtis.

§. 90.

Unde qvamvis Aliqvi eruditè aſſeruerint, *occupationem*, qvæ dominii cauſa eſt, vim hanc accepiſſe ex *pacto* primorum hominum *tacito*, limitationem tamen haud dubiè hæc eorum ſententia recipiet in rebus fungibilibus, ad *præſentem conſumtionem* apprehenſis, partim qvod in his ſine jure appropriandi per apprehenſionem fruſtra ſit omnis communio, utpote communem uſum hominum involvens, hic verè communis uſus ipſe ſit fruſtraneus, ſi aliis mihi iterum eripere liceat, qvod ad neceſſariam conſumtionem applicare volo: partim

qvod ipſi jus Hobbeſianum eruditiſſimè refutaverunt.

§ 91.

Nam qvod alii objiciunt, poſitâ primævâ facultate hominum in res, non poſſe intelligi, qvomodo nudus *actus corporalis* unius, qvalis eſt *occupatio*, cæterorum facultati præjudicare poſſit, niſi ipſorum conſenſus accedat; id eſt niſi pactum interveniat; facilè removeri poteſt.

§ 92.

Initiò enim occupatio, qvæ eſt actus phyſicus, proprietatem non introducit; ſed *lex* ſocialitatis de cuſtodiendâ æqvalitate; *mediante hoc actu* phyſico alios ab uſu rei fungibilis ab altero jam apprehenſæ excludit.

§. 93.

Deinde qvi hâc objectione utuntur, haud dubiè pactum pro fonte omnis obligationis agnoſcunt. At nos ſuprà legem ſuppoſuimus, qvæ ſæpe ſine pacto, ſine hâc nunqvam pactum obligationem infert.

§. 94.

Qvod ſi tamen *pacti taciti* voce tàm latè



uti velis, ut ſub ſe comprehendat pactum *præſumtum*, lis magis circa verba erit, qvàm rem ipſam. Qvippe ſuprà demonſtravimus, pactum hoc præſumtum eſſe conventionem impropriè dictam.

§. 95.

Illud vero non ommittendum erit, non ſine ratione *conſumtionis præſentis* nos feciſſe mentionem, ut indicemus, nos haud qvaqvam in eâ eſſe ſententia, acſi occupatio rerum fungibilium, cum intentione eas *ſeponendi ad futuros uſus*, etiam citrà pactum, dominium producat. Nam qvemadmodum ejusmodi appropriationem neqve communionis finis, neqve ſocialitatis & æqvalitatis cuſtodiendæ præceptum infert neceſſario; ita non concipere ejus exiſtentiam poterimus in ſtatu iſto perfectiſſimo. Ubi enim abundantia rerum ſumma fuiſſet futura, ubi perpetua ſummæ amicitiæ æqvalitas, ibi nulla ratio erat ſeponendi res fungibiles ad uſus proprios; ibi hæc ſepoſitio turbaſſet haud dubiè præceptum de cuſtodienda æqvalitate.



Digitized by Google

latè uti velis, ut ſub ſe comprehendat pactum *præſumtum*, lis magis circa verba erit, qvàm rem ipſam. Qvippe ſuprà demonſtravimus, pactum hoc præſumtum eſſe conventionem impropriè dictam.

§. 95.

Illud vero non ommittendum erit, non ſine ratione *conſumtionis præſentis* nos feciſſe mentionem, ut indicemus, nos haud qvaqvam in eâ eſſe ſententia, acſi occupatio rerum fungibilium, cum intentione eas *ſeponendi ad futuros uſus*, etiam citrà pactum, dominium producat. Nam qvemadmodum ejusmodi appropriationem neqve communionis finis, neqve ſocialitatis & æqvalitatis cuſtódiendæ præceptum infert neceſſario; ita non concipere ejus exiſtentiam poterimus in ſtatu iſto perfectiſſimo. Ubi enim abundantia rerum ſumma fuiſſet futura, ubi perpetua ſummæ amicitiæ æqvalitas, ibi nulla ratio erat ſeponendi res fungibiles ad uſus proprios; ibi hæc ſepoſitio turbaſſet haud dubiè præceptum de cuſtodienda æqvalitate.



Digitized by Google

§. 96.

Pergamus ad *ſtatum lapſus*. Mutata hic rerum facies. Ager tribulos proferebat loco frugum. Labor moleſtiam afferebat corpori humano, ſine hoc vero rari fructus erant ſperandi; corpus hominis adverſus injuriam aëris opus habebat tuguriolis, veſtimentis &c. qvæ ſine labore aliqvo & induſtria non poterant confici, & extrui; beſtiæ ſine moleſtia non poterant occupari & apprehendi; Harum ſuſtentatio reqvirebat peculiarem induſtriam. Multum remiſerat amor hominum mutuus communionis firmiſſimum ſuſtinaculum.

§. 97.

Neqve tamen propterea hæc mutatio *actualem diſtinctionem dominiorum* intulit; neqve DEUS poſt lapſum dominia rerum inter Adamum & ejus liberos de novo diviſit; ſed manſit conceſſio divina primæva, ſaltem in effectibus limitata & reſtricta.

§. 98.

Id vero inde ſecutum eſt: Non poſſe *ſalvâ pace* generis humani *communionem iſtam* beatiſſimi ſtatus amplius *obſervari*. Etſi



Etſi enim nullæ aliæ hic adfuiſſent rationes ulteriorem dominiorum diſtinctionem ſvadentes, ſuffeciſſet tamen vel hæc maximè; qvod, ſi homines qvidem in commune laboraſſent, & in commune contuliſſent fructus, ac de communi acervo fuiſſent ſuſtentati; non potuiſſent non qverelæ exiſtere ob inæqvalitatem laboris & fruitionis. Et inhumanum planè fuiſſet, ſi licuerit aliis tuguriorum uſum ſimul prætendere vel veſtium, qvi nihil ad eorum confectionem contulerant.

§. 99.

Non tamen propterea putandum eſt, *ſimul & ſemel homines à communione receſſiſſe*; ſed probabiliſſimè initio, qvod res fungibiles concernit, conventum fuiſſe videtur, ut, qvæ qvisqve ex fructibus communibus ſpontè provenientibus comportaſſet, & ad futuros uſus ſepoſuiſſet, jure proprietatis poſſideret; tum qvæ ex non fungibilibus, ſeu mobilibus ſeu immobilibus occupaſſet, habitandi, colendi & fructus ex iis percipiendi gratia, ut & ipſa cenſerentur propria, & una cum iis fructus exinde provenientes, tanqvam acceſſoria.



Digitized by Google

Etſi enim nullæ aliæ hic adſuiſſent rationes ulteriorem dominiorum diſtinctionem ſvadentes, ſuffeciſſet tamen vel hæc maximè; qvod, ſi homines qvidem in commune laboraſſent, & in commune contuliſſent fructus, ac de communi acervo fuiſſent ſuſtentati; non potuiſſent non qverelæ exiſtere ob inæqvalitatem laboris & fruitionis. Et inhumanum planè fuiſſet, ſi licuerit aliis tuguriorum uſum ſimul prætendere vel veſtium, qvi nihil ad eorum confectionem contulerant.

§. 99.

Non tamen propterea putandum eſt, *ſimul & ſemel homines à communione* receſſiſſe; ſed probabiliſſimè initio, qvod res fungibiles concernit, conventum fuiſſe videtur, ut, qvæ qvisqve ex fructibus communibus ſpontè provenientibus comportaſſet, & ad futuros uſus ſepoſuiſſet, jure proprietatis poſſideret; tum qvæ ex non fungibilibus, ſeu mobilibus ſeu immobilibus occupaſſet, habitandi, colendi & fructus ex iis percipiendi gratia, ut & ipſa cenſerentur propria, & una cum iis fructus exinde provenientes, tanqvam acceſſoria.



Digitized by Google

## §. 100.

Igitur, cum ab initio pauci fuerint homines, vaſtus vero terrarum ſit orbis, conſtat, *pauca etiam initio fuiſſe occupata* & dominio ſubjecta, plura vero in communione manſiſſe, tamdiu, donec multiplicato genere humano, & ex ipſis plurima, non tamen omnia, per occupationem aliorum proprietati accommodata fuerint.

## §. 101.

Qvæ *occupatio* in *ſtatu poſt lapſum pactum* omne excludere non videtur. Etſi enim & hic naturalis ratio ſvadeat, dominia rerum diſtingvi, etſi ſvadeat occupationem eſſe modum litibus terminandis maximè convenientem; tamen non præcipit præcisè, ut per apprehenſionem dominium adipiſcamur. Eſt enim inter apprehenſionem rei fungibilis in inſtanti conſumendæ, & apprehenſiones reliqvas ingens differentia.

## §. 102.

Qvin & non improbabile eſt, multiplicatis hominibus ad evitandas rixas & introducendo bono ordini qvasdam res ab ipſis mutuo conſenſu fuiſſe *diviſas*, & cuilibet



ſuam portionem propriam aſſignatam, hác addita conventione, ut qvæ in primâ rerum diviſione in medio forent relicta, deinceps ejus poſſent fieri, qvi primus eaſdem ſibi per apprehenſionem aſſeruiſſet.

## §. 103.

*Prior apprehenſio* intendebat uſum, à qvo uſu etiam per regulas communionis me non debebant arcere alii. At hic uſus ex natura rei non intelligi poterat, ſi non potuiſſem alios excludere. In reliqvarum vero *rerum apprehenſione* uſus meus, etſi non ita cōmodus, eſſe poteſt, etiamſi alios à communicatione rerum harum non arceam.

## §. 104.

Igitur veriſſimum eſt, dominiorum in his rebus diſtinctionem in ſtatu poſt lapſum ortam eſſe maximam partem, *ut lites præſcinderentur*, etſi propter depravationem hominum bella ſæpiſſimè de meo & tuo oriantur.

## §. 105.

Convenit cum his qvæ diximus exactè, certè minimè iis repugnat *hiſtoria ſacra*, ſive filios *Adami*, ſive in repara-

tione

Google

libet ſuam portionem propriam aſſignatam, hâc addita conventione, ut qvæ in primâ rerum diviſione in medio forent relicta, deinceps ejus poſſent fieri, qvi primus eaſdem ſibi per apprehenſionem aſſeruiſſet.

§. 103.

*Prior apprehenſio* intendebat uſum, à qvo uſu etiam per regulas communionis me non debebant arcere alii. At hic uſus ex natura rei non intelligi poterat, ſi non potuiſſem alios excludere. In reliqvarum vero *rerum apprehenſione* uſus meus, etſi non ita cōmodus, eſſe poteſt, etiamſi alios à communicatione rerum harum non arceam.

§. 104.

Igitur veriſſimum eſt, dominiorum in his rebus diſtinctionem in ſtatu poſt lapſum ortam eſſe maximam partem, *ut lites præſcinderentur*, etſi propter depravationem hominum bella ſæpiſſimè de meo & tuo oriantur.

§. 105.

Convenit cum his qvæ diximus exactè, certè minimè iis repugnat *hiſtoria ſacra*, ſive filios *Adami*, ſive in reparatione

tione generis humani poſt diluvium *Noachi* progeniem reſpicias.

§. 106.

De prioribus nil memorat eadem, qvã *qvod Abel paſtor ovium, Cain autem agricola factus fuerit.* Qvæ verba uti occupationem præcedentem non excludunt, imò præſupponunt, ita multæ ſunt rationes, ne ſtatuamus, Adamo præceptum fuiſſe à DEO ut in ſtatu integro diſtribueret dominia rerum in liberos, hoc vero propter brevitatem temporis eum ibi facere non potuiſſe, feciſſe ergo poſt lapſum, ac diſtribuiſſe partem bonorum inter Cainum & Abelem, ut ille immobilia, agros; hic mobilia, pecora campi poſſideret &c.

§. 107.

Nam præterqvam qvod iſtud præceptum divinum de dividendis partibus terrarum orbis in ſcripturâ non extat, ſed ad figmenta cordis humani referendum eſt; ſupra jam oſtendimus diviſionem bonorum pugnaſſe cum perfectione ſtatus beatiſſimi.

§. 108.

Neqve Codex Sacer qvicqvam de diviſione Adami in Cainum & Abelem, aut qvod



qvod his non licuerit præter res à patre ipſis aſſignatas, alias poſſeſſione vacuas apprehendere.

§. 109.

Etſi enim Adamo patriam poteſtatem non negemus, tamen hæc abſtrahendo à legibus civilibus neqvicqvam poteſtatem in res liberorum infert, & in adultis qvales erant Cain & Abel per infrà dicenda, expirat ſpontè.

§. 110.

Iſtud vero inter jucundas ſpeculationes referendum, *Abeli* in iſta diviſione contigiſſe *mobilia, Caino immobilia*: Qvaſi Cain non opus ſimul habuiſſet bove aratore; qvaſi nihil præter frumentũ comediſſet; qvaſi Abel non indiguiſſet paſcui unde oves ſuſtentaret, aut pane non uſus fuiſſet in cibum. Niſi dicere velis, ſimul Adamum introduxiſſe commercia inter fratres, permutationes, conductiones &c. aut plura ad defendendas ejusmodi meditationes ſcripturâ tacente, & propemodum reluctante.

§. 111.

*Noachi* ævum, qvod attinet, eandem benedictionis formulam hic adhibuit DEUS

DEUS

qvod his non licuerit præter res à patre ipſis aſſignatas, alias poſſeſſione vacuas apprehendere.

§. 109.

Etſi enim Adamo patriam poteſtatem non negemus, tamen hæc abſtrahendo à legibus civilibus neqvicqvam poteſtatem in res liberorum infert, & in adultis qvales erant Caïn & Abel per infrà dicenda, expirat ſponte.

§. 110.

Iſtud vero inter jucundas ſpeculationes referendum, *Abeli* in iſta diviſione contigiſſe *mobilia*, *Caino immobilia*: Qvaſi Cain non opus ſimul habuiſſet bove aratore; qvaſi nihil præter frumentũ comediſſet; qvaſi Abel non indiguiſſet paſcui unde oves ſuſtentaret, aut pane non uſus fuiſſet in cibum. Niſi dicere velis, ſimul Adamum introduxiſſe commercia inter fratres, permutationes, conductiones &c. aut plura ad defendendas ejusmodi meditationes ſcripturâ tacente, & propemodum reluctante.

§. 111.

*Noachi* ævum, qvod attinet, eandem benedictionis formulam hic adhibuit.



Digitized by Google

DEUS qva utebatur erga Protoplaſtos, ergo & eadem hujus expoſitio facienda, qvæ illius, in qvantum nempe conditio humani generis per lapſum mutata admittit. Certè nulla ſculpenda erit dominii privati introductio.

§. 112.

Qvod ut eò minus haberet dubii, notanter ſcriptura dicit, DEUM, in benedictione illâ & conceſſione poteſtatis ſubjiciendi ſibi reliqvas creaturas, non ad ſolum Noachum verba direxiſſe, ſed ſimul ad ejus liberos, indicio, hos exinde jus æqvale cum patre fuiſſe nactos.

§. 113.

Igitur probabiliſſimum eſt inter *Noachi poſteros* etiam *mediante occupatione* paulatim rerum dominia fuiſſe diſtincta, cum Hiſtoria Sacra diviſionem inter eos à patre factam eſſe ſileat.

§. 114.

Cujus verba nimium qvantum torqveri oporteret, ſi qvis ex iis exſculpere velit, ac ſi *Noa inter filios ſuos diſtribuerit gentes & inſulas, ut ſuam qvisqve portionem tranqvillè poſſideret.*





§. 115.

Etſi enim Philaſtrius diſtributionem iſtam tam certam eſſe cenſeat, ut negationem ejus inter hæreſes numeret, non magis tamen hunc hæretificem timemus, atqve JCti Baldum vel qvisqvis ex antiqvis gloſſatoribus fuit, ſtatuentem hæreſin eſſe, ſi qvis neget, Imperatorem eſſe mundi dominum.

§. 116.

Uti enim iſtud terriculamentum non terruit Bochartum, qvin ab illâ ſententiâ recederet, ita jam obſervarunt alii, pertinere iſtam traditionem de diviſione Noachiacâ ad fabulas Pſeudo-Beroſi.

§. 117.

Et qvomodo Noachus gentes potuit diſtribuere inter filios? Nullæ fuere gentes niſi ex ipſis Noachi liberis. An ergo jam tũ tempore diviſionis fuerunt integræ gentes? An Noachus ademit liberos unius filii & tranſtulit in poteſtatem alterius? An vero gentes qvædam remanſerunt diluvio non ſubmerſæ, qvas Noachus liberis ſuis aſſignaverit?

§. 118.

Igitur maximè hic cavendum, ne, dum in-



Digitized by Google

§. 115.

Etſi enim Philaſtrius diſtributionem iſtam tam certam eſſe cenſeat, ut negationem ejus inter hæreſes numeret, non magis tamen hunc hæretificem timemus, atqve JCti Baldum vel qvisqvis ex antiquis gloſſatoribus fuit, ſtatuentem hæreſin eſſe, ſi qvis neget, Imperatorem eſſe mundi dominum.

§. 116.

Uti enim iſtud terriculamentum non terruit Bochartum, qvin ab illâ ſententiâ recederet, ita jam obſervarunt alii, pertinere iſtam traditionem de diviſione Noachiacâ ad fabulas Pſeudo-Beroſi.

§. 117.

Et qvomodo Noachus gentes potuit diſtribuere inter filios? Nullæ fuere gentes niſi ex ipſis Noachi liberis. An ergo jam tũ tempore diviſionis fuerunt integræ gentes? An Noachus ademit liberos unius filii & tranſtulit in poteſtatem alterius? An vero gentes qvædam remanſerunt diluvio non ſubmerſæ, qvas Noachus liberis ſuis aſſignaverit?

§. 118.

Igitur maximè hic cavendum, ne, dum in-

intereſſe privatum reſpicimus, fingendo aliqvid ad confirmandam novam & hactenus inauditam hypotheſin, intereſſe commune Chriſtianiſmi prodamus, adverſus Præadamitas, omnem moventes lapidem, ut oſtendant diluvium Noæ non fuiſſe univerſale, ſed pertinuiſſe saltem ad terram Judæorum.

§. 119.

Conſtat igitur ex dictis, qviſnam ſit ſenſus præcepti de non turbando alterũ in uſu creaturarum, duplex nempe; vel communionem vel dominium reſpiciens. Priori modo obligatur qvis: *ut qvamdiu per occupationem vel alium dominii acqvirendi modum proprietatem non qvæſierit, alios æqvo ſecum jure in uſu ejus rei frui patiatur.*

§. 120.

Poſteriori vero reſpectu qvis eſt obſtrictus; *Ut re alterius dominio ſubjectâ, citra Domini voluntatem, uti*, regulariter & excepto ſummæ neceſſitatis caſu, *non prætendat.*

§. 121.

Porrò ex cauſis introducendi dominii & hujus definitione fluit adhuc aliud ſpeciale præceptum ad communionem referendum: *Ut homo res inexhauſtæ utilitatis & à quarum uſu alios arcere vires humanas excedat, intrà primævam communionem manere ſinat.*



§. 122.

Qvoniam enim omnis proprietatis finis eſt iſte, ut qvis rem communibus uſibus non ſufficientem, vel occaſionem ad lites præbentem, ſi maneat in communione, ſibi ſoli per apprehenſionem acqvirat, ita ut in poſterum alios ab eorum uſu arcere poſſit; inde patet, tria reqviri ex parte rei dominio ſubjiciendæ.

§. 123.

I. Ut res *uſum* aliqvem hominibus mediate aut immediate poſſit præbere per ſe aut per cohærentiam cum aliâ re. Nam planè inutilia ſibi vindicare velle ſupervacuum & ineptum eſſet. Qvamvis fortè difficile ſit ejusmodi rei planè inutilis exemplum proferre.

§. 124.

II. Ut res non præbeat naturâ ſuâ *uſum omnibus hominibus* ſufficientem citrà periculum diſſidii. Qvod ſi enim ſecus ſit; peccaret qvis contrà præceptum de æqva-



Digitized by Google

ſpeciale præceptum ad communionem referendum: *Ut homo res inexhauſtæ utilitatis & à quarum uſu alios arcere vires humanas excedat, intrà primævam communionem manere ſinat.*

§. 122.

Qvoniam enim omnis proprietatis finis eſt iſte, ut qvis rem communibus uſibus non ſufficientem, vel occaſionem ad lites præbentem, ſi maneat in communione, ſibi ſoli per apprehenſionem acqvirat, ita ut in poſterum alios ab eorum uſu arcere poſſit; inde patet, tria reqviri ex parte rei dominio ſubjiciendæ.

§. 123.

I. Ut res *uſum* aliqvem hominibus mediate aut immediate poſſit præbere, per ſe aut per cohærentiam cum aliâ re. Nam planè inutilia ſibi vindicare velle ſupervacuum & ineptum eſſet. Qvamvis fortè difficile ſit ejusmodi rei planè inutilis exemplum proferre.

§. 124.

II. Ut res non præbeat naturâ ſuâ *uſum omnibus hominibus* ſufficientem citrà periculum diſſidii. Qvod ſi enim ſecus ſit; peccaret qvis contrà præceptum de æ-

qvalitate cuſtodiendâ & in ſpecie de vitanda ſuperbiâ, ſi ab ejusmodi rerum uſu alios vellet excludere.

§. 125.

Scilicet res qvædam *uſum* hominibus præbent *arctis* velut finibus circumſcriptum, nec cum pluribus communicari aptum, qvales in proprietatem ire pacis qvàm maximè intereſt.

§. 126.

Aliæ vero res, cum *diverſos* ſui uſus præbeant, ſecundum qvosdam uſus *exhauriri* poſſunt, ſecundum qvosdam omnibus abunde *ſufficiunt*. Reſpectu itaq; priori expedit, eas fieri proprias, reſpectu poſteriori poſtulat lex de officiis humanitatis, ut iſti uſus aliis communicentur.

§. 127.

Huc referimus lumen caloremq; Solis, aerem, flumina & ſimilia. Igitur non malignum & inhumanum eſt, ſi qvis has res proprietati ſubjiciat, ſed uſum innoxium earum aliis denegare velle, id inhumanum foret.

§. 128.

Qvodſi vero res *qvoad omnes uſus* ſufficiat



ſufficiat omnibus hominibus, tunc demum à ratione abhorret eam velle dividere.

§. 129.

Notanter tamen addidi, ſi ejusmodi uſus proferat res aliqva à *naturâ* ſua *qvorum exercitium non det occaſionem diſſidii*.

§. 130.

Unde patet, qvamvis *totius terræ* tanta ſit magnitudo, ut ad qvemvis uſum omnibus populis ſufficiat, non tamen vel ideò in communione manere potuit, qvoniam poſt lapſum maximè ad percipiendam ex ea utilitatem reqviritur *induſtria humana*, & præterea etiam in illis uſibus qvos ſine induſtriâ hominibus præbet *occaſio daretur litibus*, ſi non per partes occupare eam licuiſſet.

§. 131.

Sed exemplum deſideras fortè ejusmodi rei, qvæ naturâ ſuâ uſum omnibus præbeat hominibus citra occaſionem diſſidendi. Dabo: Conſidera *vaſtum Oceanum* magnis continentibus Europæ, Africæ, Aſiæ, Americæ, terræ Auſtrali & incognitæ interjectum. Ex hoc qvoscunq; percipit uſus homo, toti humano generi ſufficiunt, neque induſtriam &



cul-

Digitized by Google

ſiciat omnibus hominibus, tunc demum à ratione abhorret eam velle dividere.

§. 129.

Notanter tamen addidi, ſi ejusmodi uſus proferat res aliqva à *naturâ* ſua *qvorum exercitium non det occaſionem diſſidii*.

§. 130.

Unde patet, qvamvis *totius terræ* tanta ſit magnitudo, ut ad qvemvis uſum omnibus populis ſufficiat, non tamen vel ideò in communione manere potuit, qvoniam poſt lapſum maximè ad percipiendam ex ea utilitatem reqviritur *induſtria humana*, & præterea etiam in illis uſibus qvos ſine induſtriâ hominibus præbet *occaſio daretur litibus*, ſi non per partes occupare eam licuiſſet.

§. 131.

Sed exemplum deſideras fortè ejusmodi rei, qvæ naturâ ſuâ uſum omnibus præbeat hominibus citra occaſionem diſſidendi. Dabo: Conſidera *vaſtum Oceanum* magnis continentibus Europæ, Africæ, Aſiæ, Americæ, terræ Auſtrali & incognitæ interjectum. Ex hoc qvoscunq; percipit uſus homo, toti humano generi ſufficiunt, neque induſtriam &

culturam deſiderant. Qvin & occaſionem diſſidiis non præbent, cum non ſint qvotidiani, ut timendum ſit, freqventer homines in uſu Oceani concurſuros eſſe.

§. 132.

III. Ex parte rei ad dominium habilis reqviritur, ut res ipſa *apprehenſioni & cuſtodiæ* hominum aliqvatenus ſit obnoxia. Qvia enim proprietas includit jus alios homines ab eâ re arcendi, inutile hoc foret, niſi adverſus alios in actum poſſet deduci, & fruſtrà adeò proprium ſibi qvis aſſereret illud, ubi nulla ratione prohibere poſſet, qvo minus cœteri ipſo invito de iſtâ participent. Qvo pacto peccaretur in officium hominis erga ſeipſum, qvod jubet; ſuprâ vires non eſſe nitendum.

§. 133.

Qvo arctius igitur res aliqva velut claudi & circumſcribi poteſt; eò facilius effectus proprietatis adverſus alios obtinentur, adeoqve, qvò aptior eſt aliqva res, ut injuſtæ aliorum manus ab illa excludantur, eò ſecuriorem ejusdem proprietatem ſibi ſpondere licet.





§. 134.

Uti tamen aliqva res non ſtatim à proprietate eſt exemta, abs qvâ non itâ commodè aliorum manus poſſunt arceri, ita ſi qvid ita ſit diffuſum, ut vel impoſſibile moraliter ſit cuſtodiâ qvalic.
eam amplecti; aut ipſa cuſtodia longè plurium ſit impenſarum, non ſolum non præſumendum eſt, qvempiam rem tam onerosæ tutelæ ſibi voluiſſe propriam reddere, ſed & ſi vel maximè id qvis voluerit, jure tamen voluiſſe non potuit.

§. 135.

Exemplum iterum cape *de vaſto Oceano.*

§. 136.

Vides igitur, qvid de controverſiâ illuſtri de *maris dominio*, ſit pronunciandum; Nempe ut paucis me expediam, partes maris qvæ ad *vaſtum Oceanum* referri neqveunt, per occupationem dominio ſubjici potuerunt, *Oceanus* jure non poteſt. Rem alii expoſuerunt prolixius & erudite.

§. 137.

Cœterum ſemel introducto dominio non ſufficiebat amplius *occupatio ſola* ad pro-

§. 134.

Uti tamen aliqva res non ſtatim à proprietate eſt exemta, abs qvâ non itâ commodè aliorum manus poſſunt arceri, ita ſi qvid ita ſit diffuſum, ut vel impoſſibile moraliter ſit cuſtodiâ qvalic. eam amplecti; aut ipſa cuſtodia longè plurium ſit impenſarum, non ſolum non præſumendum eſt, qvempiam rem tam onerosæ tutelæ ſibi voluiſſe propriam reddere, ſed & ſi vel maximè id qvis voluerit, jure tamen voluiſſe non potuit.

§. 135.

Exemplum iterum cape *de vaſto Oceano.*

§. 136.

Vides igitur, qvid de controverſiâ illuſtri de *maris dominio*, ſit pronunciandum; Nempe ut paucis me expediam, partes maris qvæ ad *vaſtum Oceanum* referri neqveunt, per occupationem dominio ſubjici potuerunt, *Oceanus* jure non poteſt. Rem alii expoſuerunt prolixius & eruditè.

§. 137.

Cœterum ſemel introducto dominio non ſufficiebat amplius *occupatio ſola* ad

proprietatem rerum acqvirendam, cum ea tamdiu ſaltem valeret, donec res nullius dominio jam eſſet acqviſita. Neceſſitas igitur humani generis atqve ejus utilitas exegit, ut præter occupationem & *alii modi* uſurparentur.

§. 138.

Qvos ex dictamine rationis, & qvatenus communiter inter gentes abſtrahendo à legibus civilibus, ſunt recepti; doctrinæ gratia ita commodiſſimè *dividere* poſſes, ut alii ſint *principales*, qvi peculiaribus conſtant regulis, alii *acceſſorii*, qvi reliqvorum omnium regulas pro diverſitate circumſtantiarum participant, ipſi verò novis regulis non gaudent.

§. 139.

*Principalis* modus eſt vel *originarius* vel *derivativus*. Per *illum* ab initio in rem aliqvam proprietas introducitur; per *hunc* dominium conſtitutum ab uno in alterū tranſit.

§. 140.

*Originarius* modus hodiè eſt unicus, *occupatio*; hæc vero eſt *apprehenſio rei nullius cum animo ſibi eam appropriandi*. Unde regula vulgaris; *Quicquid nullius eſt, id occupanti cedit*. 141.



§. 141.

Prout autem res ipſæ variant; ita variat etiam rerum apprehenſio. Hinc *mobilia* manibus, *immobilia* ingreſſione adeoqve pedibus apprehenduntur.

§. 142.

Eſt & alia inter hæc duo differentia; ad occupationem *immobilium* ſufficit ſolus corporis contactus, at in *mobilibus* reqviritur etiam ut ex eo loco, ubi poſitæ fuerunt, dimoveantur & in locum aut cuſtodiam noſtram transferantur. Qvamqvam forte dicendum ſit, & in mobilibus ſufficere apprehenſionem absqve motione, ſi modo illa demonſtrari poſſit.

§. 143.

Item res *mobiles* & præprimis *ſe moventes* occupantur inſtrumentis, v. gr. jaculis, laqveo &c. at *immobiles* jaculis v. gr. apprehendere nunqvam inter gentes receptum fuit.

§. 144.

Porrò cum *mobiles* regulariter terminos certos ac fines habeant, nullum eſt dubium qvin ſi unum rei terminum apprehendam, totius rei dominium acqviſiverim.



145.

§. 141.

Prout autem res ipſæ variant; ita variat etiam rerum apprehenſio. Hinc *mobilia* manibus, *immobilia* ingreſſione adeoqve pedibus apprehenduntur.

§. 142.

Eſt & alia inter hæc duo differentia; ad occupationem *immobilium* ſufficit ſolus corporis contactus, at in *mobilibus* reqviritur etiam ut ex eo loco, ubi poſitæ fuerunt, dimoveantur & in locum aut cuſtodiam noſtram transferantur. Qvanqvàm fortè dicendum ſit, & in mobilibus ſufficere apprehenſionem absqve motione, ſi modo illa demonſtrari poſſit.

§. 143.

Item res *mobiles* & præprimis *ſe moventes* occupantur inſtrumentis, v. gr. jaculis, laqveo &c. at *immobiles* jaculis v. gr. apprehendere nunqvam inter gentes receptum fuit.

§. 144.

Porrò cum *mobiles* regulariter terminos certos ac fines habeant, nullum eſt dubium qvin ſi unum rei terminum apprehendam, totius rei dominium acqviſiverim.



Digitized by Google

§. 145.

At in *immobilibus* qvoniam hæ ferè naturaliter ſibi cohærent, diſtingvendum erit. Vel enim eæ fines certos acceperunt ab hominum induſtriâ vel minus. In illis (qvales ſunt ædes) etiam præſumetur tota res acqviſita ſi pars apprehenſa corpore ſit, v. gr. ſi qvis ædes ſit ingreſſus. In his vero neceſſe eſt, ut aliis ſignis corporeis declarem animum meum, qvouſqve eas occupare voluerim.

§. 146.

Qvalia ſigna ſunt, ſi limites ponam, ſi culturam iis adhibeam &c.

§. 147.

Deniqve cum *mobilia* accedant immobilibus non hæ iſtis, igitur abſtrahendo à ſpecialibus ſtatutis occupatione mobilium nunqvam acqvirentur immobiles. At *immobilium apprehenſione* ſimul res mobiles his accedentes acqviſitæ regulariter erunt.

§. 148.

Pro *acceſſoriis* autem habebuntur omnes *res nullius*, qvæ in rebus im̃obilibus continentur aut qvarum ſine immobilibus non eſt uſus, ſive ſint mobiles in ſpe-

cie,



cie, ut res inanimatæ, ſive ſe moventes ut beſtiæ, ſive ſuprâ terram, ut aër, ſive intrà eandem, ut v. gr. theſaurus.

§. 149.

Sive ita ſint comparatæ, ut iſtis ſtatim poſſim uti pro lubitu, ſive ſpeciali & laborioſâ apprehenſione ad utendum iis ſit opus.

§. 150.

Sive ſciam ubi eas deprehendere poſſim ſive neſciam.

§. 151.

In eo tamen inter res ſe *moventes* & *motas ab alio* eſt differentia, qvod dominium rerum ſe moventium (qvorſum etiam refero aërem) ſine ſpeciali apprehenſione ſit ſaltem momentaneum & qvamdiu eædem ſeipſas non movent extrà rem iſtam immobilem; qvod ſi verò extrà factum humanum aliunde ſe conferant, deſinat dominium noſtrum, qvoniam tùm ſunt acceſſoriæ aliarum.

§. 152.

Alia eſt ratio *rerum mobilium* in ſpecie; qvoniam enim hæ regulariter non niſi ab hominibus moventur, per ejuſmodi motionem dominium meum non poteſt in-



ter-

Digitized by Google

cie, ut res inanimatæ, ſive ſe moventes ut beſtiæ, ſive ſuprâ terram, ut aër, ſive intrà eandem, ut v. gr. theſaurus.

§. 149.

Sive ita ſint comparatæ, ut iſtis ſtatim poſſim uti pro lubitu, ſive ſpeciali & laborioſâ apprehenſione ad utendum iis ſit opus.

§. 150.

Sive ſciam ubi eas deprehendere poſſim ſive neſciam.

§. 151.

In eo tamen inter res ſe *moventes* & *motas ab alio* eſt differentia, qvod dominium rerum ſe moventium (qvorſum etiam refero aërem) ſine ſpeciali apprehenſione ſit, ſaltem momentaneum & qvamdiu eædem ſeipſas non movent extrà rem iſtam immobilem; qvod ſi verò citrà factum humanum aliunde ſe conferant, deſinat dominium noſtrum, qvoniam tùm ſunt acceſſoriæ aliarum.

§. 152.

Alia eſt ratio *rerum mobilium* in ſpecie; qvoniam enim hæ regulariter nonniſi ab hominibus moventur, per ejusmodi motionem dominium meum non poteſt in-

terverti, neqve moventes earum dominium per apprehenſionem acqvirere, qvoniam ante apprehenſionem non erant nullius.

§. 153.

Qvod ſi igitur is qvi rerum immobilium dominus per occupationem eſt factus, *res ſe moventes* ſeparatim apprehendat, & eæ manebunt in illius dominio, etiamſi poſteà ſeipſas in alium transferant locum.

§. 154.

Cœterum uti res ſemel acqviſitæ per *derelictionem* deſinunt eſſe in noſtro dominio & primævam conditionem recipiunt, ita nullum debet eſſe dubium, earum dominium iterum qværendum eſſe per *occupationem*.

§. 155.

Ex dictis jam facilè reſponderi poterit ad qvæſtiones ſpinoſas JCtorum de ac*qviſitione ferarum* beſtiarum, ac *amiſſione* earundem, de acqviſitione *gemmarum in litore maris* inventarum, de *jure principis hodierno* in easdem, utrum pro *dominio* ſit habendum, & an ſubditi contra prohibitionem principis venantes *furtum* committant? de acqviſitione item *theſauri*, utrum ad occupationem ſpectet? Et an eo referri debeat acqviſitio *miſſilium* &c.



§. 156.

Cum autem utilitas rei & in eo conſiſtat, ut invitus rem retinere non cogi poſſim, ſed eam pro lubitu in alium transferre qveam, inde ſeqvitur jam ut videamus modos acqvirendi *derivativos*. Atqve hi omnes abſtrahendo à legibus nituntur *voluntate domini prioris* & ejus in qvem dominium eſt transferendum; nihil enim tam naturale eſt, qvam ut voluntas dominorum rem ſuam in alium transferre volentium effectu gaudeat.

§. 157.

Et de ejus qvidem in qvem dominium transferendum eſt voluntate raro oriuntur controverſiæ: At qvod *voluntatem domini prioris* attinet, declaratur illa vel *expreſſè* vel *tacitè*.

§. 158.

*Expreſſè* per *ſola verba*, v.gr. ſi qvis conteſtetur qvod in favorem alterius id acceptantis renunciet dominio ſuo.

§. 159.

Vel per *verba quibus translatio* poſſeſſionis

Digitized by Google

mittant? de acqviſitione item *theſauri*, utrum ad occupationem ſpectet? Et an eò referri debeat acqviſitio *miſſilium* &c.

§. 156.

Cum autem utilitas rei & in eo conſiſtat, ut invitus rem retinere non cogi poſſim, ſed eam pro lubitu in alium transferre qveam, inde ſeqvitur jam ut videamus modos acqvirendi *derivativos*. Atqve hi omnes abſtrahendo à legibus nituntur *voluntate domini prioris* & ejus in qvem dominium eſt transferendum; nihil enim tam naturale eſt, qvam ut voluntas dominorum rem ſuam in alium transferre volentium effectu gaudeat.

§. 157.

Et de ejus qvidem in qvem dominium transferendum eſt voluntate raro oriuntur controverſiæ: At qvod *voluntatem* domini prioris attinet, declaratur illa vel *expreſſè* vel *tacitè*.

§. 158.

*Expreſſè* per *ſola verba*, v. gr. ſi qvis conteſtetur qvod in favorem alterius id acceptantis renunciet dominio ſuo.

§. 159.

Vel per *verba qvibus traditio* poſſeſ-

ſionis

ſionis juncta eſt, qvi modus una voce appellari ſolet *traditio*.

§. 160.

Qvoniam vero vox audita perit, ſcripta etiam & teſtibus præſentibus ore prolata qvoad interpretationem varias admittit diſceptationes; à poſſeſſione vero uſus rerum ferè dependet, ac ipſa poſſeſſionis translatio litigiis non ita eſt obnoxia, inde patet *evidentiorem* longè eſſe dominii translationem, qvæ fit *mediante traditione*.

§. 161.

Unde rurſus ſine magno labore reſponderi poteſt ad qvæſtionem: Utrum *traditio* præciſè reqviratur ad translationem dominii; an vero ſit ſolius Juris Romani inventum? Item qvibus ex rationibus Romani in qvibusdam negotiis & potiſſimum in ultimis voluntatibus *ad translationem dominii, ſine poſſeſſione* admiſerint? Deniqve cur legibus Romanis plures modi *fictæ* vel *Symbolicæ traditionis* fuerint inventi? &c.

§. 162.

Porro qvæ per *verba ſola* fit dominii translatio, vel mediantibus *actibus inter vivos*



*vivos* & contractibus fit, vel mediante *ultima voluntate*, ſeu *teſtamento*.

§. 163.

*Teſtamentum* igitur hoc loco nihil eſt aliud, qvàm diſpoſitio verbis declarata de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri velit de bonis ſuis.

§. 164.

Nam & illud in qvalecunque mortalitatis ſolatium ſi non apud omnes Gentes, certè apud pleraſqve fuit receptum, ut qvis vivus ſua bona transferre poſſet in eventum mortis in eum qvem maximè amaret.

§. 165.

Cæterum cum antiqviſſimis temporibus uſitatum fuiſſe videatur, ut imminente jam fato palam ſuos heredes nuncuparent & patrimonium de manu in manum ipſis traderent, poſteà graves ob rationes multis populis aliud teſtamenti genus magis arriſit; ut nempe qvocunqꝫ tempore placeret, ultimam ſuam voluntatem ſignificare vel literis tacitè conſignare poſſent; qvam mutare pro lubitu liceret, & ex qvâ heredibus nuncupatis aut ſcriptis tùm demum jus naſceretur, qvando teſtator expiraret.



Digitized by Google

*vivos* & contractibus fit, vel mediante *ultima voluntate*, ſeu *teſtamento*.

§. 163.

*Teſtamentum* igitur hoc loco nihil eſt aliud, qvàm diſpoſitio verbis declarata de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri velit de bonis ſuis.

§. 164.

Nam & illud in qvalecunque mortalitatis ſolatium ſi non apud omnes Gentes, certè apud pleraſqve fuit receptum, ut qvis vivus ſua bona transferre poſſet in eventum mortis in eum qvem maximè amaret.

§. 165.

Cæterum cum antiqviſſimis temporibus uſitatum fuiſſe videatur, ut imminente jam fato palam ſuos heredes nuncuparent & patrimonium de manu in manum ipſis traderent, poſteà graves ob rationes multis populis aliud teſtamenti genus magis arriſit; ut nempe qvocunq; tempore placeret, ultimam ſuam voluntatem ſignificare vel literis tacitè conſignare poſſent; qvam mutare pro lubitu liceret, & ex qvâ heredibus nuncupatis aut ſcriptis tûm demum jus naſceretur, qvando teſtator expiraret.

166.

§. 166.

Atqve tales ultimæ voluntates lice[illegible] merito magnum habeant favorem, ita tamen temperandæ erunt, prout neceſ[illegible]ſitudinum ratio & utilitas civitatum re[illegible]qvirit. Qvæ & inde legibus ſveverunt cavere, qvomodo cuiqve teſtamenta ſint ordinanda. A qvarum diſpoſitione qvi diſceſſerit, qveri non poteſt, ſuæ voluntatis non fuiſſe habitam rationem.

§. 167.

Qvoniam autem ſæpius non expedit, ut totam rem meam in alterum transferam, ſed utilitatem ſaltem ac commoditatem aliqvam, qvâ opus habebat alius, proprietate mihi retentâ, inde & has commoditates vel per ſola verba, vel per conjunctam traditionem, vel per ultimam voluntatem gentes communiter transferre conſveverunt.

§. 168.

Fit vero hæc translatio ita, ut [illegible] tendatur *obligatio perſonalis*, ac nullum onus ipſi rei commoditatem illam præbenti imponatur qvod fit v. gr. in *commodato*, *locatione* &c. vel ut alter intuitu iſtius utilitatis *jus aliqvod in re* noſtrâ ſalvâ



tamen nobis manente proprietate naneſcatur.

§. 169.

Et hoc qvidem caſu vel *proprietatis* noſtræ qvædam *particula*, dependens tamen atqve in reſpectu ad noſtram ignobilior unà cum poteſtate utendi fruendi alteri transſcribitur, unde oritur diſtinctio inter *dominium directum* & *utile*, cujus ſpecies ſunt, jus emphyteuticum, ſuperficiarium, & Vaſalli in Feudum, vel *proprietas tota* apud nos remanet.

§. 170.

Qvo pacto vel intenditur in ſpecie *ſecuritas* ejus qvi utilitatem nobis aliqvam attulit, ut indemnis ſervetur, & vocatur Jus *hypothecæ* vel *Pignoris*; vel alia qvædam qvæcunqve *utilitas*, & dicitur *ſervitus*.

§. 171.

Qvod ſi illa utilitas principaliter *perſonam* alterius reſpiciat, nominatur ſervitus *perſonalis*, qvales ſunt, uſusfructus, uſus, habitatio, operæ ſervorum &c.

§. 172.

Qvod ſi vero reſpiciat primario *utilitatem prædii alieni*; dicitur ſervitus *realis*.



Digitized by Google

tamen nobis manente proprietate nanciſcatur.

§. 169.

Et hoc qvidem caſu vel *proprietatis noſtræ* qvædam *particula*, dependens tamen atqve in reſpectu ad noſtram ignobilior unà cum poteſtate utendi fruendi alteri transſcribitur, unde oritur diſtinctio inter *dominium directum* & *utile*, cujus ſpecies ſunt, jus emphytenticum, ſuperficiarium, & Vaſalli in Feudum; vel *proprietas tota* apud nos remanet.

§. 170.

Qvo pacto vel intenditur in ſpecie *ſecuritas* ejus qvi utilitatem nobis aliqvam attulit, ut indemnis ſervetur, & vocatur Jus *hypothecæ* vel *Pignoris*; vel alia qvædam qvæcunqve *utilitas*, & dicitur *ſervitus*.

§. 171.

Qvod ſi iſta utilitas principaliter *perſonam* alterius reſpiciat, nominatur ſervitus *perſonalis*, qvales ſunt, uſusfructus, uſus, habitatio, operæ ſervorum &c.

§. 172.

Qvodſi vero reſpiciat primario *utilitatem prædii alieni*, dicitur ſervitus *realis*.

§. 173.

Et qvidem ſi prædium illud ſpectet *ad uſum urbanum* ædificiorum, appellatur *ſervitus urbana*, ſi ad *ruſticum*, qvi conſiſtit in agri culturâ & pecuariâ; nominatur *ſervitus ruſtica*.

§. 174.

*Servitutis urbanæ* ſpecies ſunt, ſervitus oneris ferendi, tigni immittendi, protegendi & projiciendi, ſtillicidii vel fluminis recipiendi vel non recipiendi, fumi, cloacæ, luminum, ne luminibus officiatur, altius tollendi vel non tollendi, proſpectus, ne proſpectui officiatur &c.

§. 175.

*Servitutum ruſticarum* exempla ſunt ſervitus itineris, actus, viæ, aqvæ ductus, aqvæ hauſtus, pecoris ad aqvam appulſus, paſcendi, calcis coqvendæ, arenæ fodiendæ, cretæ lapidisqve eximendi, ligna ſecandi, uvas premendi &c.

§. 176.

Sed de his qvidem juribus explicandis maximam partem ſollicita eſt *Jurisprudentia Romana*, qvoniam ejusmodi juriũ translationes freqventiſſimè inter privatos oriri ſolent. Qvam adeò ob ſingularem



rem æqvitatem, & qvia JCti Romani ſæpiſſimè ex dictamine rectæ rationis controverſias diremerunt, gentes Europææ maximam partem & in conventionibus publicis obſervare ſolent. Qvatenus autem & ipſa qvandoq; ex rationibus merè civilibus quæſtiones definivit, id commodius alibi demonſtratur.

§. 177.

Ergò in viam redeamus, non neglecturi videlicet translationem dominii, qvam ſuprà *tacitè* fieri diximus. Locum illa habet potiſſimum, tum in *ſucceſſionibus ab inteſtato*, tum in *uſucapione*.

§. 178.

*Succeſſio ab inteſtato* tum habet locum, ſi qvis nullum teſtamentum reliqverit, vel heres teſtamento ſcriptus noluit aut non potuit heres eſſe.

§. 179.

Tunc igitur moribus communibus gentium receptum eſt, ut res relictæ non habeantur pro derelictis & qvæ occupantibus debeant cedere; partim qvoniam præſumebatur potius qvis mortalitate præventus eſſe, aut in ſpe ſua qvam de amico qvodam ſibi fecerat deceptus.



§. 180.

rem æqvitatem, & qvia JCti Romani ſæpiſſimè ex dictamine rectæ rationis controverſias diremerunt, gentes Europææ maximam partem & in conventionibus publicis obſervare ſolent. Qvatenus autem & ipſa qvandoq; ex rationibus merè civilibus quæſtiones definivit, id commodius alibi demonſtratur.

§. 177.

Ergò in viam redeamus, non negle-cturi videlicet translationem dominii, qvam ſuprà *tacitè* fieri diximus. Locum illa habet potiſſimum, tum in *ſucceſſionibus ab inteſtato*, tum in *uſucapione*.

§. 178.

*Succeſſio ab inteſtato* tum habet locum, ſi qvis nullum teſtamentum reliqverit, vel heres teſtamento ſcriptus noluit aut non potuit heres eſſe.

§. 179.

Tunc igitur moribus communibus gentium receptum eſt, ut res relictæ non habeantur pro derelictis & qvæ occupantibus debeant cedere; partim qvoniam præſumebatur potius qvis mortalitate præventus eſſe, aut in ſpe ſua qvam de amico qvodam ſibi fecerat deceptus.

 §. 180.

§. 180.

Qvapropter ex tacitâ defuncti voluntate communiter conſtitutum fuit, ut is bona ſibi vindicaret, qvi tempore mortis *firmiſſimâ amicitiâ* à defuncto dilectus erat.

§. 181.

Qvis vero hoc *amici* nomine inſigniendus eſſet, *conjecturis* erat opus, difficilioribus omnino, cum homines in amicitiis ſuis varient maximè.

§. 182.

Et qvidem cum *amicitia* nitatur vel cauſis *naturalibus*, communitate nempe ſangvinis, vel rationibus *ſpontaneis* ac peculiaribus; *poſterior* hæc ad præſens negotium non ita commoda viſa fuit propter ſummam definitionis difficultatem ac propè impoſſibilitatem. Cui accedebat, qvod cum hæc difficultas non incognita fuerit defuncto, & verò eidem facilè per conditionem teſtamenti obvenire potuiſſet, hoc neglecto, ipſe videretur declarare voluiſſe, non attendendos eſſe amicos ejusmodi.

§. 183.

Remanebat itaqve *prior amicitia*, ad qvam



qvam cum majoribus ſtimulis actus fuiſſe præſumeretur defunctus, qvò proximior fuiſſet ſangvinis communio, inde ferè communiter gentes in aſſignandâ hereditate iſtam tuere ſecuti regulam, quod *proximior ſangvine debeat eandem acqvirere*.

§. 184.

Porro qvemadmodum regularum, qvæ ex conjecturis formantur, nulla eſt ſine *exceptione*, ita & gentes, alias prioribus addentes conjecturas, exceptiones qvaſdam ab illa regula fecere; qvas doctrinæ causâ in *communes*, à circumſtantiâ videlicet omnibus hominibus communi deſumtas, & *proprias*, qvæ circumſtantias uni genti vel pluribus peculiares reſpiciunt, dividere poſſes.

§. 185.

Nituntur utræqve exceptiones diſtinctione conſangvineorum vulgatâ, in tres ordines, *deſcendentium*, *adſcendentium* & *collateralium*.

§. 186.

*Deſcendentes* ſeu liberos qvod concernit, hi qvidem à præfatâ regulâ *univerſalem* exceptionem fecerunt, ut videlicet, qvod



Digitized by Google

qvam cum majoribus ſtimulis actus fuiſſe præſumeretur defunctus, qvò proximior fuiſſet ſangvinis communio, inde ferè communiter gentes in aſſignandâ hereditate illam fuere ſecuti regulam, quod *proximior ſangvine debeat eandem acqvirere.*

§. 184.

Porro qvemadmodum regularum, qvæ ex conjecturis formantur, nulla eſt ſine *exceptione*, ita & gentes, alias prioribus addentes conjecturas, exceptiones qvaſdam ab illa regulà fecere; qvas doctrinæ causâ in *communes*, à circumſtantiâ videlicet omnibus hominibus communi deſumtas, & *proprias*, qvæ circumſtantias uni genti vel pluribus peculiares reſpiciunt, dividere poſſes.

§. 185.

Nituntur utræqve exceptiones diſtinctione conſangvineorum vulgatâ, in tres ordines, *deſcendentium*, *adſcendentium* & *collateralium*.

§. 186.

*Deſcendentes* ſeu liberos qvod concernit, hi qvidem à præfatâ regulâ *univerſalem* exceptionem fecerunt, ut videlicet,

qvoc. gradu ſint, adſcendentibus & collateralibus omnibus præferantur, ob ςοργὴν universalem parentum, magis ſemper deſcendentem qvam aſcendentem.

§. 187.

Cui cum accederet in multis caſibus (& nempe, qvoties liberi nondum eſſent adulti, ut ipſi ſibi de divitiis commodè proſpicere poſſent) debitum naturale, qvo parẽtes obſtringuntur liberis proſpicere de alimentis, eò magis creditum fuit, parentes ſine teſtamento defunctos liberis qvam lautiſſimè voluiſſe proſpicere ac qvæ ſibi ſuper fuerant ipſis potiſſimum voluiſſe relinqvere.

§. 188.

Sed qvod *adſcendentium* & *collateralium* ordines attinet, tam aperta ratio non fuit, uter ex his ordinibus alteri præferendus eſſet, cum in omnem partem non deficerent conjecturæ probabiles: ſive aſſeras fratres præferendos eſſe parentibus ſecundum Jus Romanum antiqvius, ſive fratres parentibus poſtponas cum Jure Saxonico; ſive & parentes & fratres, cũ Jure Juſtinianeo, ſimul admittas.

189.



§. 189.

Ne ergo litibus difficilioribus anſa daretur, neceſſe fuit, ut vel per leges vel per pacta diſputationes hæ in anteceſſum tollerentur. Qvapropter nulla Reſpublica eſt, nulla provincia, qvæ non leges vel ſcriptas vel non ſcriptas in materiâ ſucceſſionis ab inteſtato ſeqvatur.

§. 190.

Qvæ ſimul de prærogativâ *legitimitatis ſexus, ætatis, agnationis, jure repræſentationis*, etiam in ordine deſcendentium, ſubinde diſponunt.

§. 191.

Seqvitur *uſucapio*, qvæ dicitur, cum qvis rei alicujus poſſeſſionem nactus, eam diu qvietam & non interruptam obtinuit. Tum enim pro perfecto ejus rei domino habetur, ita ut antiqvum dominum, ſi poſteà rem eam vindicare velit, repellere qveat.

§. 192.

Obtinet autem tùm inter *diverſas gentes*, tum inter homines *privatos*.

§. 193.

Utrobiqve finis *communis* & *ultimus* eſt tranqvillitas humani generis, cujus intereſt,



Digitized by Google

§ 189.

Ne ergo litibus difficilioribus anſa daretur, neceſſe fuit, ut vel per leges vel per pacta diſputationes hæ in anteceſſum tollerentur. Qvapropter nulla Reſpublica eſt, nulla provincia, qvæ non leges vel ſcriptas vel non ſcriptas in materiâ ſucceſſionis ab inteſtato ſeqvatur.

§. 190.

Qvæ ſimul de prærogativâ *legitimitatis ſexus, ætatis, agnationis, jure repræſentationis*, etiam in ordine deſcendentium, ſubinde diſponunt.

§. 191.

Seqvitur *uſucapio*, qvæ dicitur, cum qvis rei alicujus poſſeſſionem nactus, eam diu qvietam & non interruptam obtinuit. Tum enim pro perfecto ejus rei domino habetur, ita ut antiqvum dominum, ſi poſteà rem eam vindicare velit, repellere qveat.

§. 192.

Obtinet autem tùm inter *diverſas gentes*, tum inter homines *privatos*.

§. 193.

Utrobiqve finis *communis* & *ultimus* eſt tranqvillitas humani generis, cujus in-



Digitized by Google

tereſt, ut dominia aliqvando ſint in certo, & ne feneſtra aperiatur bellis, ſi liceret rem qvæ olim ad nos vel noſtros pertinuit vindicare.

§. 194.

Sed rationes *ſpeciales* utriusqve uſucapionis qvàm maximè variant. In uſucapione *Gentium* unica eſt, *tacita derelictio antiqvi poſſeſſoris*, qvi, ratiocinatione à communi hominum conſvetudine petitâ, rem pro derelicto habere præſumitur, qvam per longiſſimum temporis ſpatium neqve vindicavit, neqve ejus vindicandi deſiderium publicè declaravit.

§. 195.

Unde hujus uſucapionis ferè unicum *reqviſitum* eſt *poſſeſſio alterius qvieta per longiſſimum tempus*, qvod adeò determinari ob circumſtantiarum varietatem neqvit, in genere autem tantum ejus ſpatium reqviritur, ut demonſtrari poſſit, per id priorem dominum ſciviſſe rem ſuam ab altero poſſideri, neqve defuiſſe occaſionem contradicendi.

§. 196.

Tale vero haud dubiè eſt tempus *centum* annorum.

197.



§. 197.

Qvodſi igitur qvoc. modo qvis intra id tempus poſſeſſori ſeriò *contradixerit*, non curret inter gentes præſcriptio.

§. 198.

Hinc receptum eſt, ut vel ſola *tituli uſurpatio* præſcriptionem alterius interrumpat.

§. 199.

At inter homines *privatos*, ut uſucapione mediante qvid acqviratur, *leges civiles* non primariò reſpiciunt ad tacitam alterius derelictionem, ſed hæ principaliter intendunt *coërcitionem negligentiæ* in ſubditis.

§. 200.

Unde *certum* ac *brevius* tempus, idqve pro diverſitate rerum uſucapiendarum varians, anni, biennii, triennii, decennii, vicennii, tricennii &c. determinarunt, intra qvod uſucapio perfici poſſit etiamſi antiqvus poſſeſſor per illud *neſciverit*, ubi res ſua ſit, aut extrà judicium *proteſtatus* ſit ſæpius.

§. 201.

Ne tamen hoc modo iniqvis poſſeſſoribus nimium gratificaretur, ulterius re-



qvi-

§. 197.

Qvodſi igitur qvoc. modo qvis intra id tempus poſſeſſori ſeriò *contradixerit*, non curret inter gentes præſcriptio.

§. 198.

Hinc receptum eſt, ut vel ſola *tituli uſurpatio* præſcriptionem alterius interrumpat.

§. 199.

At inter homines *privatos*, ut uſucapione mediante qvid acqviratur, *leges civiles* non primariò reſpiciunt ad tacitam alterius derelictionem, ſed hæ principaliter intendunt *coërcitionem negligentiæ* in ſubditis.

§. 200.

Unde *certum* ac *brevius* tempus, idqve pro diverſitate rerum uſucapiendarum varians, anni, biennii, triennii, decennii, vicennii, tricennii &c. determinarunt, intra qvod uſucapio perfici poſſit etiamſi antiqvus poſſeſſor per illud *neſciverit*, ubi res ſua ſit, aut extrà judicium *proteſtatus* ſit ſæpius.

§. 201.

Ne tamen hoc modo iniqvis poſſeſſoribus nimium gratificaretur, ulterius re-



Digitized by Google

qviſiverunt in eo, qvi uſucapere vult, *bonam fidem* & *juſtum titulum*, tùm & intuitu rei, ut ſit in *commercio* privatorum neqve *furtiva* aut *vi poſſeſſa*.

§. 202.

Qvoniam igitur hoc pacto non poſſunt non multæ concluſiones qvoad uſucapionem privatorum oriri, qvas ignorat præſcriptio Juris Gentium, inde & JCti uſucapionem inter privatos retulerunt ad *modos acqvirendi Juris Civilis*.

§. 203.

Ad qvos etiam pertinet, qvando lex *invito priore domino* aliàs per modum pœnæ rerum dominia transfert, dum ob delicta damnatis interdum omnia bona, interdum certa earum portio eripiuntur & vel publico vel læſo applicantur.

§. 204.

Nam inter gentes nullus modus obtinet, per qvem invito domino res ſua auferatur.

§. 205.

Etſi enim in *bello* invitis res per hoſtem viribus ſuperiorem eripiuntur, raptoriq; acqviruntur, ad eas tamen recuperandas pari violentiâ prior dominus jus non amit-



mittit, qvouſqve per ſubſeqventes pacis tractatus omni prætenſioni ad easdem renunciaverit.

§. 206.

Reſtat ut de modo acqvirendi *acceſſorio* qvædam dicamus, qvi & propterea *Acceſſio* dicitur. Abſolvitur is unâ regulâ: *Acceſſorium ſeqvitur dominium rei principalis.* Unde nihil novi hic expectandum erit; ſive enim res principalis per *occupationem*, ſive per modum acqvirendi *derivativum* fuit acqviſita eodem jure ſimul acqviſita eſt res acceſſoria.

§. 207.

De *occupatione* ſuprà jam dedimus exemplum. Ita in *traditione*, cui ædes ſunt venditæ ac traditæ, ſimul acqviſita cenſentur ædium acceſſoria.

§. 208.

In *applicatione* tamen regulæ ſubinde oriuntur controverſiæ, qvænam res pro *principali* qvænam pro *acceſſoriâ* haberi debeat.

§. 209.

Ubi qvidem id extra controverſiam eſſe videtur ut *fructus* rerum pro acceſſionibus earum habeantur, ſunt enim pars rei,



210.

mittit, qvouſqve per ſubſeqventes pacis tractatus omni prætenſioni ad easdem renunciaverit.

§. 206.

Reſtat ut de modo acqvirendi *acceſſorio* qvædam dicamus, qvi & propterea *Acceſſio* dicitur. Abſolvitur is una regulâ: *Acceſſorium ſeqvitur dominium rei principalis.* Unde nihil novi hic expectandum erit; ſive enim res principalis per *occupationem*, ſive per modum acqvirendi *derivativum* fuit acqviſita eodem jure ſimul acqviſita eſt res acceſſoria.

§. 207.

De *occupatione* ſuprà jam dedimus exemplum. Ita in *traditione*, cui ædes ſunt venditæ ac traditæ, ſimul acqviſita cenſentur ædium acceſſoria.

§. 208.

In *applicatione* tamen regulæ ſubinde oriuntur controverſiæ, qvænam res pro *principali* qvænam pro *acceſſoriâ* haberi debeat.

§. 209.

Ubi qvidem id extra controverſiam eſſe videtur ut *fructus* rerum pro acceſſionibus earum habeantur, ſunt enim pars rei.



Digitized by Google

§. 210.

Ex qvo ſeqvitur, qvod & *Fœtus pecudum* ex naturali ratione pertineat ad dominum fœmellæ. Hujus enim pars fuit.

§. 211.

Qvi vero arbitrantur *domino maris* partem aliqvam deberi de fœtu, præterqvã qvod iis jam alii ſatisfecerint, videntur dubiâ uti hypotheſi, vel acſi fœtus ſit acceſſorium maris, cum tamen non ſit ejus pars, vel acſi generatio ſit modus acqvirendi dominii, qvod ratione deſtituitur.

§. 212.

De aliis verò acceſſionibus major eſt controverſia, v. gr. utrum *pictura* tabulæ, *ſcriptura* chartæ, *ſpecies* materiæ cedere debeant? Mihi ſic videtur.

§. 213.

Qvando duæ res (ſub rebus vero includo & operas) concurrunt, aut alio modo uniuntur; vel *ambæ ſunt meæ* & tũ nullum eſt dubium qvin & eædem conjunctæ ſint meæ v. gr. qvando ex meis medicamentis facio emplaſtrum, ex meo argento poculum.

214.



§. 214.

Vel *una harum nullius* eſt, altera mea, tunc poſtqvam illius per occupationem dominus factus fui, manet etiam mea poſt unionem, ut, ſi ex carne ferinâ cibũ parem.

§. 215.

Vel *una harum eſt alterius*, tùm ſi tantum ſcientiam dominii alieni confuſam habeam, hoc eſt, *ſi prior dominus* dominium ſuum *probare neqveat*, ratio naturalis ſvadet ut ſit ejus cujus rei adjungitur, v. gr. in alluvione, in theſauro.

§. 216.

Qvod ſi vero dominium iſtius rei *poſſit demonſtrari*, veriſimilius eſt, abſtrahendo à legibus civilibus nihil hic novi acqviri, ſed utrumqve noſtrum eſſe rei iſtius dominum, adeoqve *rem utriqve pro ratâ fieri communem.*

§. 217.

Sive conjunctio rerum facta fuerit caſu, ſive voluntate utriusqve, ſive voluntate unius, ſive ex facto tertii.

§. 218.

Sed qvod ſi uterqve noſtrum in communione manere nolit, alia jam eſt

qvæ-

Digitized by Google

§. 214.

Vel *una harum nullius* eſt, altera mea, tunc poſtqvam illius per occupationem dominus factus fui, manet etiam mea poſt unionem, ut, ſi ex carne ferinâ cibũ parem.

§. 215.

Vel *una harum eſt alterius*, tùm ſi tantum ſcientiam dominii alieni confuſam habeam, hoc eſt, *ſi prior dominus* dominium ſuum *probare neqveat*, ratio naturalis ſvadet ut ſit ejus cujus rei adjungitur, v. gr. in alluvione, in theſauro.

§. 216.

Qvod ſi vero dominium iſtius rei *poſſit demonſtrari*, veriſimilius eſt, abſtrahendo à legibus civilibus nihil hic novi acqviri, ſed utrumqve noſtrum eſſe rei iſtius dominum, adeoqve *rem utriqve pro ratâ fieri communem.*

§. 217.

Sive conjunctio rerum facta fuerit caſu, ſive voluntate utriusqve, ſive voluntate unius, ſive ex facto tertii.

§. 218.

Sed qvodſi uterqve noſtrum in communione manere nolit, alia jam eſt

qvæ-

Digitized by Google

qvæſtio; ad qvem in *communi dividundo judicio* res pertinere debeat; qvæ non tam ad modos acqvirendi dominii qvàm ad *officium judicis aut arbitri* pertinet.

§. 219.

Et huc reſpexerunt potiſſimum *JCti Romani* & Juſtinianus, cum v. gr. de ſpecificatione picturâ, ſcripturâ, adplumbaturâ, ferruminatione &c. controverſias dirimunt.

§. 220.

Qvorum ſententiam prolixius examinare uti noſtri inſtituti non eſt; ita fortè non incommodè ſic dici poterit.

§. 221.

Vel res conjunctæ *facilem admittunt ſeparationem*, tum ſeparentur & unicuiq; reſtituatur ſuum.

§. 222.

Vel *non admittunt*, tum conjungens ſi res conjuncta ſit *fungibilis*, alteri reſtituat æqvivalentem, qvi adeò, qvod conqveratur, cauſam non habet, cum affectio non cadat in res fungibiles.

§. 223.

Qvodſi res alterius ſit *non fungibilis*, per generalia axiomata judicis officium ex-



exponi neqvit, cum circumſtantiæ hic nimium qvantum variare poſſint.

§. 224.

Etſi enim loco fundamenti hic ponere velis regulam, *qvod id debeat pro principali haberi, ſine qvo alterum eſſe non poteſt*, vix tamen eadem pro normâ univerſali adjudicandi haberi poterit.

§. 225.

Non ſolum qvod multi occurrant caſus ubi illa regula ad utriusqve res accommodari poterit, ut in ſpecificatione; neqve enim forma ſine materia neqve materia ſine formâ eſſe poterit.

§. 226.

Sed & qvod ſæpius attendendum ſit ad pretium rerum, ita ut pretioſioris dominus prævalere debeat, qvod Juſtinianus in pictura, mores noſtri in ſcriptura ſeqvuntur.

§. 227.

Neqve omittenda eſt *indigentia prioris domini*, qvæ & ipſa favorem ei addet. v. gr. ſi qvis juſto errore alterius agrum conſeverit, & annonæ caritas oriatur, inique cum foret frumentum eidem abjudicare &c.

228. Igi-

Digitized by Google

exponi neqvit, cum circumſtantiæ hic nimium qvantum variare poſſint.

§. 224.

Etſi enim loco fundamenti hic ponere velis regulam, *qvod id debeat pro principali haberi, ſine qvo alterum eſſe non poteſt*, vix tamen eadem pro normâ univerſali adjudicandi haberi poterit.

§. 225.

Non ſolum qvod multi occurrant caſus ubi illa regula ad utriusqve res accommodari poterit, ut in ſpecificatione; neqve enim forma ſine materia neqve materia ſine formâ eſſe poterit.

§. 226.

Sed & qvod ſæpius attendendum ſit ad pretium rerum, ita ut pretioſioris dominus prævalere debeat, qvod Juſtinianus in pictura, mores noſtri in ſcriptura ſeqvuntur.

§. 227.

Neqve omittenda eſt *indigentia prioris domini*, qvæ & ipſa favorem ei addet. v. gr. ſi qvis juſto errore alterius agrum conſeverit, & annonæ caritas oriatur, iniqvum foret frumentum eidem abjudicare &c.

228. Igi-

Digitized by Google

§. 228.

Igitur in ejusmodi caſibus res committenda erit prudentiæ arbitri. Ne tamen in civitate judicum cerebrinæ æqvitati deciſio negotiorum committatur, reipubl. intereſt.

§. 229.

Qvo pacto melius eſt ſi Princeps axiomata qvædam præſcribat judicibus, ab eo, qvod plerumqve procedit, de ſumta; & ſi eadem fallant in caſibus non nullis, uti Juſtinianus fecit in ſpecificatione.

§. 230.

Ex iis qvæ hactenus fuſius de dominio & præcepto id comitante diſſeruimus, patet *ſummam* officii aliorum hominum intuitu domini his punctis includi commodè poſſe. Vel *res apud dominum adhuc extat* vel pervenit ad tertium. Illo caſu tenetur qvilibet *pati*, eum rebus ſuis qvietè frui, neqve vi aut per fraudem illas corrumpere, intervertere aut ad ſe trahere. Fluit hoc ex præcepto de non lædendis aliis.

§. 231.

Qvod ſi res *ad tertium pervenit*, tum iſte eſt vel malæ fidei poſſeſſor vel bonæ

fidei.



fidei. *Malæ fidei poſſeſſor* tenetur rem ſeu ejus pretium, cum omnibus fructibus omniqve intereſſe reſtituere. Deducitur hæc propoſitio ex capite de damno dato reſarciendo.

§. 232.

*Bonæ fidei poſſeſſor* vel rem *ex contractu* cum ipſo domino celebrato detinet v. gr. ex commodato, locato, depoſito, & tum ſecundum legem contractus rem domino reſtituere tenetur, qvæ concluſio ex præcepto de fide data ſervanda derivatur.

§. 233.

Vel *aliàs* bona fide rem *cum animo ſibi* habendi detinuit, ignorans videlicet, alium iſtius rei eſſe dominum. Et tum aut *res ipſa adhuc extat*, aut *fuit conſumta*.

§. 234.

*Priori* caſu tenetur bonæ fidei poſſeſſor efficere qvantum in ſe eſt, ut illa in poteſtatem legitimi ſeu domini redeat.

§. 235.

*Poſteriori* caſu, ſi res aliena bonâ fide parta ſit conſumta, tantum debet reſtituere domino, qvantum factus eſt locupletior.

236. Qvæ

Digitized by Google

fidei. *Malæ fidei poſſeſſor* tenetur rem ſeu ejus pretium, cum omnibus fructibus omniqve intereſſe reſtituere. Deducitur hæc propoſitio ex capite de damno dato reſarciendo.

§. 232.

*Bonæ fidei poſſeſſor* vel rem *ex contractu* cum ipſo domino celebrato detinet v. gr. ex commodato, locato, depoſito, & tum ſecundum legem contractus rem domino reſtituere tenetur, qvæ concluſio ex præcepto de fide data ſervanda derivatur.

§. 233.

Vel *aliàs* bona fide rem *cum animo ſibi* habendi detinuit, ignorans videlicet, alium iſtius rei eſſe dominum. Et tum aut *res ipſa adhuc extat*, aut *fuit conſumta.*

§. 234.

*Priori* caſu tenetur bonæ fidei poſſeſſor efficere qvantum in ſe eſt, ut illa in poteſtatem legitimi ſeu domini redeat.

§. 235.

*Poſteriori* caſu, ſi res aliena bonâ fide parta ſit conſumta, tantum debet reſtituere domino, qvantum factus eſt locupletior.

236. Qvæ

Digitized by Google

§. 236.

Qvæ duæ aſſertiones partim videntur fluere ex præcepto de præſtandis officiis humanitatis, partim, & potiſſimum qvatenus bonæ fidei poſſeſſor poſt ſcientiam bonam fidem amittit, ex præcepto de non lædendis aliis.

§. 237.

Qvodſi dictis rationibus addere velis univerſale pactum humani generis primævi, & ex eo etiam bonæ fidei poſſeſſoris obligationes deducere, non refragabimur.

§. 238.

In *particularibus autem conclusionibus*, qvas Doctores de officio bonæ fidei poſſeſſoris formant, nos non detinebimus, partim qvod jam alii eas optimè explicaverint, partim qvod eædem prolixius ſoleant diſputari in Jure Juſtinianeo, partim deniqve, qvod illarum non paucæ rarò inter gentes videantur occurrere.

CAP.



## CAP. X.

# De Officio circa Rerum Pretia.

§. 1.

POſt introducta rerum dominia cœperunt commercia inter homines, qvæ nihil aliud ſunt, qvam commutationes rerum (ſub qvo nomine intelligo & operas) mutuæ. Cum enim non omnis ferret omnia tellus, neqve qvilibet qvibus opus haberet vel delectaretur poſſideret, neceſſe erat, ut qvæ ſibi deeſſent peteret qvis ab altero, & cum non omnia gratis poſtulare poterat, ut pro illis rebus alteri aliam qvandam rem ipſi uſu futuram offerret.

§. 2.

Cœterum cum hoc pacto is qvi rem vel operam ſuam alteri donare nollet, regulariter intenderet, ut æqvivalens pro re ſua acciperet, & vero ſæpiſſimè commutarentur res diverſæ eſſentiæ, inde ſimul ſponte ſuâ ſecutum fuit, ut conventione aliqvâ ab hominibus rebus imponeretur affectio qvædam, ſecundũ qvam



res

Digitized by Google

## CAP. X.

# De Officio circa Rerum Pretia.

§. 1.

POſt introducta rerum dominia cœperunt commercia inter homines, qvæ nihil aliud ſunt, qvam commutationes rerum (ſub qvo nomine intelligo & operas) mutuæ. Cum enim non omnis ferret omnia tellus, neqve qvilibet qvibus opus haberet vel delectaretur poſſideret, neceſſe erat, ut qvæ ſibi deeſſent peteret qvis ab altero, & cum non omnia gratis poſtulare poterat, ut pro illis rebus alteri aliam qvandam rem ipſi uſu futuram offerret.

§. 2.

Cœterum cum hoc pacto is qvi rem vel operam ſuam alteri donare nollet, regulariter intenderet, ut æqvivalens pro re ſua acciperet, & vero ſœpiſſimè commutarentur res diverſæ eſſentiæ, inde ſimul ſponte ſuâ ſecutum fuit, ut conventione aliqvâ ab hominibus rebus imponeretur affectio qvædam, ſecundũ qvam

res diſparis naturæ invicem comparari ac exæqvari poſſent.

§. 3.

Eſt vero *exæqvatio* comparatio rerum plurium ſecundum qvantitatem earum, eaqve vel ſecundum qvantitatem *mathematicam*, ſcilicet ſecundum tres dimenſiones, vel ſecundum qvantitatem *moralem*, ſeu valorem, qvarum poſterior eſt hujus loci, & vocatur *pretium*.

§. 4.

Eſt igitur *pretium* valor rerum & actionum in commercium venientium, qvatenus uſum aliqvem & delectationem hominibus afferunt.

§. 5.

Poſtulavit itaqve, ut vides *tranqvillitas* humani generis UT PRETIUM CONSTITUERETUR, ſimul in ſpecie *cuſtodia æqvalitatis* & præceptum de officiis humanitatis exhibendis, qvia qvilibet cum qvibuslibet poſſunt comercia qvædam habere & per horum exercitium etiam ex parte aliorum commoda promoventur.

§. 6.

Cæterum pretium eſt vel *vulgare*, cū mu-



mutuo inter ſe res qvæcunqve & operæ conferuntur, vel *eminens*, ad qvod nempe cœterarum rerum pretia vulgaria exigerentur & in qvo eadem continerentur virtualiter, qvod appellatur nummus vel pecunia.

§. 7.

Ita v. gr. in *permutatione* locum ſibi vendicat utrobiqve pretium vulgare; at e. gr. in *emtione* adhibetur pretium eminens.

§. 8.

*Vulgare* pretium *antiqvius* eſt eminenti, & tamdiu videtur uſum habuiſſe, qvamdiu homines in ſimplicitate primævâ conſtiterunt. Qvo ſimplicior enim fuit populus, hoc eſt, qvo magis fuit contentus rebus ad ſuſtentationem vitæ neceſſariis, eò diutius permutatione mutuâ rerum & operarum fuit contentus.

§. 9.

*Eminenti* pretio partim luxuria, partim ſtudium augendæ civitatis primitus cauſam dediſſe videntur.

§. 10.

Poſtqvam enim varia homines ad commoditatem aut voluptatem deſide-



Digitized by Google

mutuo inter ſe res qvæcunqve & operæ conferuntur, vel *eminens*, ad qvod nempe cœterarum rerum pretia vulgaria exigerentur & in qvo eadem continerentur virtualiter, qvod appellatur nummus vel pecunia.

§. 7.

Ita v. gr. in *permutatione* locum ſibi vendicat utrobiqve pretium vulgare; at e. gr. in *emtione* adhibetur pretium eminens.

§. 8.

*Vulgare* pretium *antiqvius* eſt eminenti, & tamdiu videtur uſum habuiſſe, qvamdiu homines in ſimplicitate primævâ conſtiterunt. Qvo ſimplicior enim fuit populus, hoc eſt, qvo magis fuit contentus rebus ad ſuſtentationem vitæ neceſſariis, eò diutius permutatione mutuâ rerum & operarum fuit contentus.

§. 9.

*Eminenti* pretio partim luxuria, partim ſtudium augendæ civitatis primitus cauſam dediſſe videntur.

§. 10.

Poſtqvam enim varia homines ad commoditatem aut voluptatem deſiderare

rare cœperunt, non ſane in proclivi fuerat cuivis ejusmodi res poſſidere, qvas alter ſuis mutare vellet, aut qvæ alterius rebus æqvivalerent.

§. 11.

Porrò in Civitatibus qvæ cultæ ac moratiores præ aliis (qvas barbarorum ideò nomine inſigniverunt) videri volebant, neceſſe erat, ut cives ſecundum plures eoſqve variantes ſtatus dividerentur, qvorum complura genera vitam planè non tueri aut ægrè qveant, ſi à luxuriâ & eminente pretio abſtrahas.

§. 12.

Cœterum uti ex præcepto cuſtodia æqvalitatis homines ad rerum pretia inveniendà obligatos fuiſſe diximus, ita & determinatio pretii, abſtrahendo à pactis gentium & legibus civilibus, ex illo præcepto per modum concluſionis eſt elicienda. ITA COMPARA REM TUAM AD REM ALTERIUS, UT NEQVE IPSUM SINE JUSTA CAUSA INÆQVALEM TE JUDICES, NEQVE DOLO DECIPIAS, NEQVE OFFICIA HUMANITATIS PLANE NEGLIGAS. Primum fluit ex præcepto de vitanda



tanda ſuperbia, alterum ex præcepto de non lædendis aliis, tertium ex lege de exhibendis officiis humanitatis.

§. 13.

Ita v. gr. contrà *primum* peccaret, qvi rem ſuam fungibilem, v. gr. ſuum frumentum, ſuum vinum, ſuam pecuniam magis æſtimaret alterius frumento, vino, pecuniâ ejusdem bonitatis.

§. 14.

Ita contrà *ſecundum* peccat, qvi Virtutem rei qvæ non adeſt, commendat ſciens, item qvi vitium rei tacet.

§. 15.

Ita contra tertium peccaret, qvi pauperi v. gr. carius rem ſuam vendere vellet, qvam diviti &c.

§. 16.

Qvemadmodum verò, uti ſimul ſuprà diximus, præcepta de vitanda ſuperbiâ & exhibendis humanitatis officiis non ſemper jus perfectum producunt, & officiorum humanitatis exhibitio ulterius multas reqvirit circumſtantias non adeò in ſenſus incurrentes, ſic inter eos potiſſimum qvi vivunt in *ſtatu naturali* regulæ ulteriores *ſpeciales* de *determinatione*



Digitized by Google

tanda ſuperbia, alterum ex præcepto de non lædendis aliis, tertium ex lege de exhibendis officiis humanitatis.

§. 13.

Ita v. gr. contrà *primum* peccaret, qvi rem ſuam fungibilem, v. gr. ſuum frumentum, ſuum vinum, ſuam pecuniam magis æſtimaret alterius frumento, vino, pecuniâ ejusdem bonitatis.

§. 14.

Ita contrà *ſecundum* peccat, qvi Virtutem rei qvæ non adeſt, commendat ſciens, item qvi vitium rei tacet.

§. 15.

Ita contra tertium peccaret, qvi pauperi v. gr. carius rem ſuam vendere vellet, qvam diviti &c.

§. 16.

Qvemadmodum verò, uti ſimul ſuprà diximus, præcepta de vitanda ſuperbiâ & exhibendis humanitatis officiis non ſemper jus perfectum producunt, & officiorum humanitatis exhibitio ulterius multas reqvirit circumſtantias non adeò in ſenſus incurrentes, ſic inter eos potiſſimum qvi vivunt in *ſtatu naturali* regulæ ulteriores *ſpeciales* de *determinatione*

pretii dari neqveunt, ſed ulterior diſqviſitio relinqvenda erit cujuslibet conſcientiæ.

§. 17.

Unde qvoniam in hoc ſtatu contrahentes manent æqvales, ſeqvitur qvod hîc utrobiqve locum habeat potiſſimû, *pretium affectionis*, hoc eſt, qvod, ſi licentiam exteriorem ſpectes, in permutatione liceat utriqve venditori pro re ſuâ magnam pecuniæ ſummam poſtulare, emtori verò longe minorem eidem offerre.

§. 18.

Qvorſum reſpexiſſe videntur Romani, dum dicunt: *naturaliter in emtione licere contrahentibus ſe invicem circumvenire.* Facit eò exemplum hiſtrionis nî fallor Græci, qvi poſtqvam promiſerat populo, qvod vellet cupidines cujusvis manifeſtare, verè elocutus eſt, *omnes cupere vilius emere & carius vendere.*

§. 19.

Igitur inter eos, qvi in hoc ſtatu vivunt, non locum habebit *reſciſſio contractus propter læſionem ultrà dimidium.*

20. Sive



§. 20.

Sive enim dolus unius contrahentium hic adfuit; tum reſciſſio locum habebit ex capite doli, etiam ſi læſio ſit longè intra dimidium.

§. 21.

Sive nullius dolus intervenit, tum, ſi ſciens uterque contraxit, nulla cauſa reſcindendi adeſt, ne qvidem ex jure civili.

§. 22.

Sin uterque errans & ignorans, non ad dimidium hic reſpici poterit, quoniam inter hos qui pro lubitu æſtimant, nihil eſt, ad quod dimidium compares, ſed neceſſe eſt, ut ad ea recurramus, quæ ſupra de errore in contractibus monuimus.

§. 23.

Æſtimabit tamen hoc caſu qvilibet in quantum imperfectè licet, ipſum obſtringit lex de officiis humanitatis.

§. 24.

Sed cum per hunc æſtimandi modum non multum promoveantur rerum cōmercia, & inter eos qui æqvales ſunt æqualitatis cuſtodia non melius obſervatur, quam ſi ſinguli ſe accommodent judicio

§. 20.

Sive enim dolus unius contrahentium hic adfuit; tum reſciſſio locum habebit ex capite doli, etiam ſi læſio ſit longè intra dimidium.

§. 21.

Sive nullius dolus intervenit, tum, ſi ſciens uterque contraxit, nulla cauſa reſcindendi adeſt, ne qvidem ex jure civili.

§. 22.

Sin uterque errans & ignorans, non ad dimidium hic reſpici poterit, quoniam inter hos qui pro lubitu æſtimant, nihil eſt, ad quod dimidium compares, ſed neceſſe eſt, ut ad ea recurramus, quæ ſuprà de errore in contractibus monuimus.

§. 23.

Æſtimabit tamen hoc caſu qvilibet in quantum imperfectè licet, ipſum obſtringit lex de officiis humanitatis.

§. 24.

Sed cum per hunc æſtimandi modum non multum promoveantur rerum commercia, & inter eos qui æqvales ſunt æqualitatis cuſtodia non melius obſervatur, quam ſi ſinguli ſe accommodent ju-

dicio plurium, inde non ſine ratione receptum eſt inter gentes, ut uterque contrahentium reſpicere ſoleant ad judicia & æſtimationem ſui ſimilium in ſimilibus negotiis, eamque conventionem pro æqua habeant, ubi iſta æſtimatio fuit adhibita, pro iniquâ contrà, ubi fuit omiſſa.

§. 25.

Ergo intuitu hujus conſvetudinis poſſes pretiũ affectionis diſtingvere in *commune*, & *pretium affectionis ſtrictè* ſic dictum.

§. 26.

*Commune* voco, cum quis in permutandâ re ſua utitur æſtimatione conſvetâ aliorum.

§. 27.

Affectionis ſtrictè ſic dictum, cum quis rem ſuam peculiariter æſtimat, magis quam alii ſoleant.

§. 28.

Quod & ipſum tamen ſi adhibeatur, aliquando non habetur pro iniquo, ſi videlicet adſint peculiares circumſtantiæ, non ita frequentes equidem, ſed ob quas tamen & alii res ſuas carius æſtimare conſveverunt.

29. Igi-



§. 29.

Igitur paucis exponendum erit *fundamentum* utriusque hujus pretii inter gentes recepti.

§. 30.

*Commune* quod attinet, falluntur certè qui id quærunt in *nobilitate ſubſtantiæ* & *præſtantiâ*, quam una res habet præ alterâ.

§. 31.

Quod ſi enim hoc eſſet, ſequeretur, majus eſſe pretium debere nequiſſimi, damæ præ equo generoſiſſimo, pulicis præ plantâ ſaluberrimâ, petroſelini præ gemmis aut unionibus pretioſiſſimis, quod eſt abſurdum.

§. 32.

Et quomodo æſtimarentur operæ hominum inter ſe, quoniam hæ quidem ſubſtantiam non habent?

§. 33.

Neq; fundamentum hujus pretii quærerem in *aptitudine rei vel operæ, quâ aliquid mediatè aut immediatè conferre poteſt ad vitæ humanæ neceſſitates*, aut ad eandem commodiorem vel jucundiorem reddendam.



34 E-

Digitized by Google

§. 29.

Igitur paucis exponendum erit *funda-mentum* utriusque hujus pretii inter gentes recepti.

§. 30.

*Commune* quod attinet, falluntur certè qui id quærunt in *nobilitate ſubſtantiæ* & *præſtantiâ*, quam una res habet præ alterâ.

§. 31.

Quod ſi enim hoc eſſet, ſequeretur, majus eſſe pretium debere nequiſſimi, damæ præ equo generoſiſſimo, pulicis præ plantâ ſaluberrimâ, petroſelini præ gemmis aut unionibus pretioſiſſimis, quod eſt abſurdum.

§. 32.

Et quomodo æſtimarentur operæ hominum inter ſe, quoniam hæ quidem ſubſtantiam non habent?

§. 33.

Neq; fundamentum hujus pretii quærerem in *aptitudine rei vel operæ, quâ aliquid mediatè aut immediatè conferre poteſt ad vitæ humanæ neceſſitates*, aut ad eandem commodiorem vel jucundiorem reddendam.

§. 34.

Equidem verum eſt neceſſitatem, commoditatem aut jucunditatem rei movere contrahentes ad acqviſitionem earum, non tamen movent ad determinationem pretii.

§. 35.

Unde rectè quidem dico: Res, quæ nullum planè uſum præbet, eſſe *nullius pretii*; & rectè plerumque dico; quod res utilitatem homini afferentes ſint *alicujus pretii*. Non tamen dicere poſſum, quod res inter ſe comparatæ pro diverſitate utilitatum ſint *majoris* aut *minoris æqualis* item pretii.

§. 36.

quod ſi enim hoc foret, neceſſe eſſet, rem homini neceſſariam ſemper magis æſtimandam eſſe in commerciis, quam rem commodam, & hanc magis quam jucundam. At quoties annona vilius emitur gemmâ vel unione?

§. 37.

Accedit, qvod multæ ſint res vitæ humanæ *utiliſſimæ*, quibus *nullum pretium impoſitum* eſt, vel qvia debent eſſe domino vacuæ, ut ſunt ſuperiores partes aëris, æther



æther ac cœleſtia corpora, vaſtusq; oceanus, vel qvia ad permutationem ſunt ineptæ, & inde à commerciis ſepoſitæ, ut liber homo, vel qvia in commerciis nunqvam aliter qvàm acceſſorium alterius rei conſiderantur, ut lumen ſolis, purus aër, amœna facies terræ, ventus, umbra &c. (qvamvis & hæc augeant vel minuant pretium fundorum ac prædiorum) vel qvod leges divinæ vel humanæ eas vetuerunt venire in commerciũ, qvales ſunt actiones ſacræ, adminiſtratio juſtitiæ &c.

§. 38.

Qvid ergo dicemus? Potiſſimum momentum in pretiis rerum afferre ſolet *raritas*, ſive res homini neceſſarias reſpicias, ſive utiles ſaltem aut jucundas. Unde vulgare: *Omne rarum carum*.

§. 39.

Ita *annona* vilis eſt, ubi magna ejus eſt copia, carior ubi minor, cariſſima & ſœpe nullo pretio æſtimabilis tempore famis.

§. 40.

Ita rebus non neceſſariis, & qvibus vita humana commodiſſimè carere poterat, luxuria hominum enormia pretia poſuit pro-

Digitized by Google

æther ac cœleſtia corpora, vaſtusq; oceanus, vel qvia ad permutationem ſunt ineptæ, & inde à commerciis ſepoſitæ, ut liber homo, vel qvia in commerciis nunqvam aliter qvàm acceſſorium alterius rei conſiderantur, ut lumen ſolis, purus aër, amœna facies terræ, ventus, umbra &c. (qvamvis & hæc augeant vel minuant pretium fundorum ac prædiorum) vel qvod leges divinæ vel humanæ eas vetuerunt venire in commerciũ, qvales ſunt actiones ſacræ, adminiſtratio juſtitiæ &c.

§. 38.

Qvid ergo dicemus? Potiſſimum momentum in pretiis rerum afferre ſolet *raritas*, ſive res homini neceſſarias reſpicias, ſive utiles ſaltem aut jucundas. Unde vulgare: *Omne rarum carum.*

§. 39.

Ita *annona* vilis eſt, ubi magna ejus eſt copia, carior ubi minor, cariſſima & ſœpe nullo pretio æſtimabilis tempore famis.

§. 40.

Ita rebus non neceſſariis, & qvibus vita humana commodiſſimè carere poterat, luxuria hominum enormia pretia poſuit pro-

propter earum raritatẽ, & qvod ex locis remotis eædem afferuntur, v. gr. *gemmis, unionibus, tulipis*, cum rariores eſſent &c.

§. 41.

In *rebus artificialibus* ſubtilitas & elegantia artis, fama artificis, operis difficultas, artificum paucitas & ſimilia, omnia raritatem involvunt.

§. 42.

Eadem eſt ratio *operarum & actionum*, qvarum pretia intendit earum difficultas, dexteritas, utilitas, neceſſitas, agentium raritas, dignitas, & denique ipſa artis opinio, nobilis an ignobilis illa habeatur.

§. 43.

Simul *ratio* apparet præcipua, cur gentes pro pretio eminenti communiter receperint *metalla non admodum freqventia*. Præterqvam enim qvod illæ ſubſtantiæ ſunt valde compactæ, ut non facilè deleri qveant & diviſionem in plures minutas particulas admittant; raritas potiſſimum earum facit, ut multis aliis rebus æqvivalere poſſint & ſic easdem per eminentiam qvaſi metiri.

44. *Fun-*



§. 44.

*Fundamentum pretii affectionis*, eſt affectus non freqventiſſimus eqvidem, ſed non paucis tamen hominibus probatus; v. gr. qvod ille, à qvo res in nos profecta eſt, maximi à nobis fiat, exprimendoque ipſius affectui data ſit; aut qvod eidem adſveverimus, aut qvod inſignis caſus ſit monumentum, aut ejusdem ope magnum malum declinaverimus, aut qvia à nobiſmet ipſis confecta ſit &c.

§. 45.

Atque hæc potiſſimum obtinent in ſtatu naturali. At in *civitatibus* horum utilitas reqvirebat, ut tanta laxitas determinandi non relinqveretur ſubditis. Unde hic rariſſima ſunt exempla *pretii affectionis*, utpote cujus uſus ibi non niſi ubi de reſtitutione damni dati agitur, neque hic tamen in univerſum, eſſe ſolet.

§. 46.

*Communiter* adhuc eqvidem freqventatur, ut nempe reſpiciatur ad *uſum fori*, in qvo, præter raritatem rerum etiam ſolet adhiberi ratio laborum & impenſarũ, qvas mercatores communiter faciunt in mercibus adportandis, & tractandis, nec

non

Digitized by Google

§. 44.

*Fundamentum pretii affectionis*, eſt affectus non freqventiſſimus eqvidem, ſed non paucis tamen hominibus probatus; v. gr. qvod ille, à qvo res in nos profecta eſt, maximi à nobis fiat, exprimendoque ipſius affectui data ſit; aut qvod eidem adſveverimus, aut qvod inſignis caſus ſit monumentum, aut ejusdem ope magnum malum declinaverimus, aut qvia à nobiſmet ipſis confecta ſit &c.

§. 45.

Atque hæc potiſſimum obtinent in ſtatu naturali. At in *civitatibus* horum utilitas reqvirebat, ut tanta laxitas determinandi non relinqveretur ſubditis. Unde hic rariſſima ſunt exempla *pretii affectionis*, utpote cujus uſus ibi non niſi ubi de reſtitutione damni dati agitur, neque hîc tamen in univerſum, eſſe ſolet.

§. 46.

*Communis* adhuc eqvidem freqventatur, ut nempe reſpiciatur ad *uſum fori*, in qvo præter raritatem rerum etiam ſolet adhiberi ratio laborum & impenſarũ, qvas mercatores communiter faciunt in mercibus adportandis, & tractandis, nec

non

non an in magnâ copiâ ematur aut vendatur an minutatim. Subito qvoque mutatur commune pretium ex copia aut paucitate ementium pecuniæ aut mercium. Item momentum hic affert utrũ merx qværat emtorem, utrum venditor, aliàs non venditurus, ultrò fuerit rogatus: Denique an paratam qvis pecuniam offerat, an in diem differat ſolutionem.

§. 47.

In iſtis igitur rebus in qvibus præfatæ circumſtantiæ attendendæ ſunt, principes propter miram earum variationem non poterit leges certas de pretio ſtatuere, ſed neceſſe eſt, ut determinatio relinqvatur arbitrio communi contrahentium.

§. 48.

Qvod & ipſum arbitrium, qvoniam ſæpiſſimè variat, ideò non poterit ejuſmodi rerum pretium ad punctum redigi, ſed aliqvatenus *laxitatem habet*, ut v. gr. ſi alius in eâdem Republica pro duobus ſolidis rem aliqvam comparavit, alius rem ſimilem pro duobus cum dimidio, alius pro duobus dempto dimidio; omnes



omnes tres rem juſto pretio acqviſiviſſe putandi ſint.

§. 49.

Ne verò hæc laxitas in infinitum qvaſi extendatur & ita lædentibus alios conniveatur, communis pretii *tres* communiter faciunt gradus, *infimum* ſeu pium, *mediocre* ſeu moderatum, & *ſummum* ſeu rigoroſum. Intra qvam latitudinem ſi ſubſiſtatur, carius aut vilius res aliqva emi vel vendi poſſit.

§. 50.

Et eò fortè reſpexit Jus Romanum, reſciſſionem contractuum tum demum, (ſi qvis adverſarii dolum probare non poſſet) concedens, ſi qvis *ultrà dimidium* læſus eſſet, h. e. ut ego intelligo, ſi qvis ultrà alterum tantum pretii infimi dediſſet, vel ne qvidem dimidium pretii ſummi accepiſſet, qvoniam videlicet has metas rariſſimè excedere ſolent homines mercium periti, etſi in æſtimatione variantes.

§. 51.

Qvæ conſtitutio etſi non omnibus arrideat, videlicet qvod is terminus ſæpius iniqvitatem ſecum ferat, in rebus majoris

omnes tres rem juſto pretio acqviſiviſſe putandi ſint.

§. 49.

Ne verò hæc laxitas in infinitum qvaſi extendatur & ita lædentibus alios conniveatur, communis pretii *tres* communiter faciunt gradus, *infimum* ſeu pium, *mediocre* ſeu moderatum, & *ſummum* ſeu rigoroſum. Intra qvam latitudinem ſi ſubſiſtatur, carius aut vilius res aliqva emi vel vendi poſſit.

§. 50.

Et eò fortè reſpexit Jus Romanum, reſciſſionem contractuum tum demum, (ſi qvis adverſarii dolum probare non poſſet) concedens, ſi qvis *ultrà dimidium* læſus eſſet, h. e. ut ego intelligo, ſi qvis ultrà alterum tantum pretii infimi dediſſet, vel ne qvidem dimidium pretii ſummi accepiſſet, qvoniam videlicet has metas rariſſimè excedere ſolent homines mercium periti, etſi in æſtimatione variantes.

§. 51.

Qvæ conſtitutio etſi non omnibus arrideat, videlicet qvod is terminus ſæpius iniqvitatem ſecum ferat, in rebus majoris

ris momenti v. gr. ſi qvis ædes emerit pro 5000. thaleris, qvæ communiter & qvoad pretium infimum pro 3000. à nemine ultrà 4000. thaleros æſtimantur; tamen pro juſtitia legum Romanarum videtur dici poſſe, eos ſuccurrere voluiſſe iis qvi res minoris momenti emerent, in qvibus videlicet non expedit, diutius ſciſcitari de pretio; at illū qvi in rebus majoris momenti ita negligens eſſet ut talem læſionem ſatis enormem incurreret, beneficio legum indignum fuiſſe viſum.

§. 52.

Accedit, qvod in caſibus ejusmodi majoris momenti facilius alterius dolus probari poſſet, qvi reſtitutionem etiam in læſione intrà dimidium operabatur.

§. 53.

Qvodſi tamen princeps videat, qvod ipſe rerum pretia determinare poſſit, qvod potiſſimum in rebus fungibilibus & domeſticis, in operis item vulgaribus procedit, ad lites præſcindendas optimū eſt, ſi hoc faciat.

54. Ori-



§. 54.

Oritur inde nova pretii ſpecies eis, qvi in ſtatu naturali vivunt, incognita, qvæ *pretium legitimum* appellari conſvevit.

§. 55.

Qvod adeo latitudinem non habet, ſed ferè in puncto conſiſtit, ut qvantulocunqve exceſſu injuſtitia committatur.

§. 56.

In tantum, ut non ſolum *plus accipere* ſed & ſæpius non liceat *plus dare*, præprimis eo caſu ubi determinatio pretii non tam propter utilitatem ſingulorum qvam ob utilitatem publicam & per modum legis ſumtuariæ facta ſit.

§. 57.

Qvin nec licebit ſemper *minus accipere*, præprimis ſi determinatio pretii ad prohibitionem monopoliorum reſpexerit, aut in favorem communem mercatorum lata ſit.

§. 58.

Poſtqvam de dominio & rerum pretio diximus, poſtulabat ordo, ut & de *contractibus*, qvi ferè dominiorum diſtinctionem & inventa pretia præſupponunt,

Ss

corum-

Digitized by Google

§. 54.

Oritur inde nova pretii ſpecies eis, qvi in ſtatu naturali vivunt, incognita, qvæ *Pretium legitimum* appellari conſvevit.

§. 55.

Qvod adeo latitudinem non habet, ſed ferè in puncto conſiſtit, ut qvantulocunqve exceſſu injuſtitia committatur.

§. 56.

In tantum, ut non ſolum *plus accipere* ſed & ſœpius non liceat *plus dare*, præprimis eo caſu ubi determinatio pretii non tam propter utilitatem ſingulorum qvam ob utilitatem publicam & per modum legis ſumtuariæ facta ſit.

§. 57.

Qvin nec licebit ſemper *minus accipere*, præprimis ſi determinatio pretii ad prohibitionem monopoliorum reſpexerit, aut in favorem communem mercatorum lata ſit.

§. 58.

Poſtqvam de dominio & rerum pretio diximus, poſtulabat ordo, ut & de *contractibus*, qvi ferè dominiorum diſtinctionem & inventa pretia præſupponunt,



Digitized by Google

eorumqve à *pactis* diviſione qvædam nunc diſſereremus.

§. 59.

Sed ſi verum fateri volumus, ignorat Jurisprudentia divina iſtam pactorum & contractuum diviſionem, cum ea tota, qvāta qvanta ſit, originē debeat Romanis.

§. 60.

Scilicet volebant Romani antiqvitus proſpicere, ne ſubditi per nimiam promittendi promtitudinem ſeu gratuitam ſeu mutuam læderentur, qvapropter ſtatuerunt, ut ex meris promiſſionibus citrà dationem nulla oriretur efficax obligatio, niſi qvis per ſolennem *ſtipulationem* alteri qvid promiſiſſet.

§. 61.

Unde antiqviſſimis temporibus ſola *ſtipulatio contractus* fuiſſe, reliqvæ promiſſiones omnes *nudorum pactorum* nomine veniſſe videntur.

§. 62.

Donec ab hac regulâ qvod pactum nudum actionem producere non deberet, qvædam negotia pedetentim vel propter præſtationem ſubſecutam, vel propter eorum freqventiam & neceſſitatem ad



ad promovenda commercia & qvotidianam utilitatem civium, vel propter adhærentiam contractuum, vel propter ſingularem æqvitatem primævæ intentioni omnino contrariam eximerent.

§. 63.

Hinc diſtinctiones inter *pacta nuda & non nuda*, horum in *legitima & adjecta*, adjectorum in neſcio qvas *ſubſpecies* obſcuriſſimas, qvarum ſingulæ infinitis litigiis inter JCtos dederunt occaſionem, ortæ ſunt.

§. 64.

Eidem fonti originem debent diviſiones *contractuum in nominatos & innominatos*; horum in *reales, verbales, literales & conſenſuales*, etſi non ita litigiis obnoxiæ, niſi qvod diviſio alia contractuum in *ſtricti juris & bonæ fidei*, à diviſo olim prætoris & judicis pedanei officio orta, tum & ſubtilitates nimiæ de *formulis actionum* earumqve nominibus doctrinam pactorum & contractuum intricatiorem reddiderit &c.

§. 65.

Uti vero hæ Juris Romani difficultates nimium qvantum per inconcinnam Triboniani rapſodiam auctæ ſunt, ita tamen



Digitized by Google

ad promovenda commercia & qvotidianam utilitatem civium, vel propter adhærentiam contractuum, vel propter ſingularem æqvitatem primævæ intentioni omnino contrariam eximerent.

§. 63.

Hinc diſtinctiones inter *pacta nuda* & *non nuda*, horum in *legitima* & *adjecta*, adjectorum in neſcio qvas *ſubſpecies* obſcuriſſimas, qvarum ſingulæ infinitis litigiis inter JCtos dederunt occaſionem, ortæ ſunt.

§. 64.

Eidem fonti originem debent diviſiones *contractuum* in *nominatos* & *innominatos*, horum in *reales, verbales, literales* & *conſenſuales*, etſi non ita litigiis obnoxiæ, niſi qvod diviſio alia contractuum in *ſtricti juris* & *bonæ fidei*, à diviſo olim prætoris & judicis pedanei officio orta, tum & ſubtilitates nimiæ de *formulis actionum* earumqve nominibus doctrinam pactorum & contractuum intricatiorem reddiderit &c.

§. 65.

Uti vero hæ Juris Romani difficultates nimium qvantum per inconcinnam Triboniani rapſodiam auctæ ſunt, ita tamen



Digitized by Google

men invaſerunt ferè *totum orbem Chriſtianum*, partim qvod *Pontifices* multa de contractibus, paucis qvibusdam rejectis, in Decretalibus ſuis retinuerint, partim qvod ante pauca ſecula, qvibus ſtudium Juris in Italia & Germania rurſus ſurgere incipiebat, *Jus Juſtinianeum* ſimul in Academias & forum fuit translatum, interpretantibus id hominibus ſummâ diligentiâ præditis, ſed omni literarum & hiſtoriæ ſtudio deſtitutis.

§. 66.

Unde factum fuit, ut *Jurisprudentia Romano-Germanica privata* hodiè ſit informe Chaos, qvæ in formam artis per regulas, qvibus qvis tutò confidere qveat, redigi omninò non poſſit.

§. 67.

Simul tamen doctrina de Contractibus & pactis in *Juris prudentia naturali*, ſed ferè ſecundum principia Romanorum hactenus tractata fuit, partim qvod *Reges Chriſtiani* ferè unanimiter Jus Romanum ob multas regulas æqvitatis inibi contentas ſaltem ex parte receperint, easqve in Contractibus inter ſe invicem paſſim obſervaverint.

68. Par-



§. 68.

Partim qvod *Scholaſtici & Theologi Pontificii*, qvi primitus & ante Grotium doctrinam Juris naturalis ut derelictam à JCtis ſibi vindicârunt, vitio iſti hominum generi freqventiſſimo, falcem miſerint in alienam meſſem, & ſub prætextu qvod de Juſtitia & jure ſcriberent, exſpatiati nimis fuerint in campum Juris Romani, ejusqve minutias etiam ſecundum regulas cerebrinæ ſuæ æqvitatis examinaverint.

§. 69.

Modeſtior hac parte *Grotius*, qvi primus JCtis rem ab aliis hactenus vel vi vel clam vel precariò poſſeſſam cum ſucceſſu vindicavit, & qvi hunc ſecuti ſunt, alii viri ſapientes. Qvi adeò cum jam eruditè oſtenderint, in qvantum doctrina juris Romani de contractibus conveniat cum æqvitate naturali, non opus arbitramur ut jam actum agamus, ſed qvæ hâc parte dicenda forent, reſervamus diſcurſibus privatis ad Jus Romano Germanicum privatum.

§. 70.

Simul omittimus de *modis tollendi obli-*



*gatio-*

§. 68.

Partim qvod *Scholaſtici & Theologi Pontificii*, qvi primitus & ante Grotium doctrinam Juris naturalis ut derelictam à JCtis ſibi vindicârunt, vitio iſti hominum generi freqventiſſimo, falcem miſerint in alienam meſſem, & ſub prætextu qvod de Juſtitia & jure ſcriberent, exſpatiati nimis fuerint in campum Juris Romani, ejusqve minutias etiam ſecundum regulas cerebrinæ ſuæ æqvitatis examinaverint.

§. 69.

Modeſtior hac parte *Grotius*, qvi primus JCtis rem ab aliis hactenus vel vi vel clam vel precariò poſſeſſam cum ſucceſſu vindicavit, & qvi hunc ſecuti ſunt, alii viri ſapientes. Qvi adeò cum jam eruditè oſtenderint, in qvantum doctrina juris Romani de contractibus conveniat cum æqvitate naturali, non opus arbitramur ut jam actum agamus, ſed qvæ hâc parte dicenda forent, reſervamus diſcurſibus privatis ad Jus Romano Germanicum privatum.

§. 70.

Simul omittimus de *modis tollendi obli-*

 *gatio-*

*gationes*, puta ſolutione, novatione, compenſatione, acceptilatione differre, cum & hæ fuſius tractari ſoleant à Commentatoribus Juris Juſtinianei, & hâc parte qvidem illud Jus regulas æqvitatis pleniſſimas nec ita obſcuras proponat.

## CAPUT XI.

# De Interpretatione voluntatis Divinæ & Humanæ per verba declaratæ.

§. 1.

POſſemus adeò finem imponere libro ſecundo & ſtatim ad officia hominum ſpecialia in diverſis ſocietatibus tranſire, niſi recordaremur, ſuperius diſcurſum *de interpretatione* certis ex cauſis interruptum, ejuſqve ſupplementum poſt doctrinam de pactis dilatum fuiſſe.

§. 2.

Scilicet dixi ſuprà: Aliam eſſe *Interpretationem Legum naturalium*, aliam *legum poſitivarum*. Utramqve qvidem præſupponere certas regulas atqve axiomata



mata à primis principiis dependentia, ſed naturales tamen niti perpetuis demonſtrationibus etiam in concluſionibus remotis, in poſitivis verò concluſiones ex generali axiomate per conjecturas & argumenta probabilia deducẽdas eſſe, atq; hac parte uſurpandas eſſe easdem regulas, qvibus artifices in interpretandis legibus humanis & pactis utuntur.

§. 3.

Ubi tamen ante omnia repetendum erit, qvod loqvamur de *legibus poſitivis ſalutem hominum univerſorum temporalem* concernentibus; Utrum enim & interpretatio myſteriorum fidei nitatur regulis communibus bonæ interpretationis, an vero ad eam ſpecialis concurſus & illuminatio divina reqviratur, noſtrum non eſt ut definiamus, qvi Theologica Theologis relinqvenda eſſe opinamur.

§. 4.

In *foro igitur humano* cum qviſlibet ad ea obligetur, qvæ legislator voluit, aut ad qvæ ipſe ſe per voluntatem propriam obligari voluit, voluntas vero legislatoris (excepto Jure naturæ) & promittentis, non niſi ex ſignis qvibus voluntatem



ſuam

mata à primis principiis dependentia, ſed naturales tamen niti perpetuis demonſtrationibus etiam in concluſionibus remotis, in poſitivis verò concluſiones ex generali axiomate per conjecturas & argumenta probabilia deducẽdas eſſe, atq; hac parte uſurpandas eſſe easdem regulas, qvibus artifices in interpretandis legibus humanis & pactis utuntur.

§. 3.

Ubi tamen ante omnia repetendum erit, qvod loqvamur de *legibus poſitivis ſalutem hominum univerſorum temporalem* concernentibus; Utrum enim & interpretatio myſteriorum fidei nitatur regulis communibus bonæ interpretationis, an vero ad eam ſpecialis concurſus & illuminatio divina reqviratur, noſtrum non eſt ut definiamus, qvi Theologica Theologis relinqvenda eſſe opinamur.

§. 4.

In *foro igitur humano* cum qviſlibet ad ea obligetur; qvæ legislator voluit, aut ad qvæ ipſe ſe per voluntatem propriam obligari voluit, voluntas vero legislatoris (excepto Jure naturæ) & promittentis, non niſi ex ſignis qvibus voluntatem

ſuam declararunt colligi ab aliis hominibus poſſit, inde conſtat interpretationis, qvam jam tractamus, *normam* & menſuram genuinam eſſe *collectionem mentis ex ſignis maximè probabilibus*.

§. 5.

Cum autem inter *ſigna*, qvibus mens declaratur, potiora ſint qvæ per *ſermonem* fiunt, igitur hîc potiſſimum de interpretatione *voluntatis per verba declaratæ* erimus ſoliciti, præprimis cum regulæ qvas hîc tradituri ſumus ferè applicari poſſint ad voluntatem factis declaratam, unde conſenſus tacitus oritur.

§. 6.

Porrò cum verba ſint ſigna mentis, inde in univerſum conſtat, *verba menti*, non mentem verbis eſſe *ſubordinandam*.

§. 7.

Unde in omni qvidem lege vel pacto ante omnia ad *verba* eſt reſpiciendum, ſimul vero videndum, annon legiſlator vel contrahens aliud qviddam innuere voluerit qvam locutus eſt.

§. 8.

Scilicet aliqvando præciſè verba applicamus ad mentem noſtram, *ut loqvamur, qvæ*



*qvæ ſentimus*; aliqvando verba mentem noſtram ex parte ſaltem referunt, ut *minus loqvamur qvam ſentimus*; aliqvando verba latiora ſunt qvàm mens, ut *plus loqvamur qvam ſentiamus*.

§. 9.

Oritur ex his diverſis loqvendi modis triplex qvoqve interpretationis ſpecies; *Declarativa* qve mentem aliorum exponit prout verba jacent: *Extenſiva* qvæ verba anguſtiora extendit ad alium caſum ſub mente comprehenſum: & *Reſtrictiva*, qvæ docet non omnia qvæ ſub verbis comprehenduntur pertinere ad mentem loqventis.

§. 10.

Qvæ tres ſpecies & in eo differunt, qvod Declarativa reſpiciat principaliter *propoſitionem verbis declaratam*; Extenſiva vero & reſtrictiva *aliud qviddam*, qvod verbis declaratum non eſt, rationem nempe qvæ aliqvem ad loqvendum impulit.

§. 11.

*Verba* igitur, circa qvæ Declarativa Interpretatio occupata eſt, vel conſiderantur

*qvàm ſentimus*; aliqvando verba mentem noſtram ex parte ſaltem referunt, ut *minus loqvamur qvam ſentimus*; aliqvando verba latiora ſunt qvàm mens, ut *plus loqvamur qvam ſentiamus*.

§. 9.

Oritur ex his diverſis loqvendi modis triplex qvoqve interpretationis ſpecies; *Declarativa* qve mentem aliorum exponit prout verba jacent: *Extenſiva* qvæ verba anguſtiora extendit ad alium caſum ſub mente comprehenſum: & *Reſtrictiva*, qvæ docet non omnia qvæ ſub verbis comprehenduntur pertinere ad mentem loqventis.

§. 10.

Qvæ tres ſpecies & in eo differunt, qvod Declarativa reſpiciat principaliter *propoſitionem verbis declaratam*; Extenſiva vero & reſtrictiva *aliud qviddam*, qvod verbis declaratum non eſt, rationem nempe qvæ aliqvem ad loqvendum impulit.

§. 11.

*Verba* igitur, circa qvæ Declarativa Interpretatio occupata eſt, vel conſideran-

tur ut *termini ſimplices*, vel ut *propoſitiones* aut integri diſcurſus.

§. 12.

Uti autem omnis Interpres bonus à notione terminorum ſimplicium incipit, ita nullum eſt dubium qvin debeat idem neceſſario gnarus eſſe, qvid ſignificent ea in ſenſu compoſito, cum leges & pacta minimum propoſitiones ſint.

§. 13.

Facit enim compoſitio ſœpius, ut verba alio planè modo ſignificent, qvam ſi ponuntur ut termini ſimplices. Et hoc ſolet appellari *Idiotiſmus linguæ*.

§. 14.

Utraqve verba (& termini & propoſitiones) ſunt vel *vulgaria* ſeu popularia, vel *technica* ſeu termini artis.

§. 15.

Horum utraqve rurſus ſunt vel *perſpicua* vel *obſcura*. *Perſpicua* voco qvæ lingvæ alicujus vel artis peritis ſatis dilucide & diſtinctè mentem loqventis exponunt. *Obſcura*, qvæ imperitis vel difficulter vel planè non intelliguntur.

§. 16.

*Perſpicua* qvod concernit, uti & ipſa illis



lis qvi artis vel lingvæ haud ſunt gnari, etiam obſcura ſunt, (unde Philoſophi obſcuritatem in *ſubjectivam* & *objectivam* diſtinxerunt) ita hæc obſcuritas facilè tolli poteſt, partim ſi qvis iis, qvi lingvas docent, ſe fideliter informandum tradat, partim ſi ab artificibus diſcat principia & regulas artis, nec utrobiqve negligat lexica & dictionaria huic uſui inſervientia.

§. 17.

Porrò ſicut in alterutro horum parum proficiet, qvi *αὐτοδίδακτος* hic eſſe velit, ita qvi lingvam vel artem non didicit *ab interpretatione abſtinere* debet, partim ne ſeipſum aliis deridendum proſtituat, partim ne, qvod ad alios pertinet, furtivè aut violenter contrectet.

§. 18.

Ita expoſitiones terminorum, qvibus Theologi in exponendis myſteriis fidei utuntur, ipſis à Jure conſultis & Medicis relinqvendæ ſunt; Ita v. gr. *Lex Aqvilia, SCtum Vellejanum & Macedonianum, dominium bonitarium & Qviritarium, ſuperioritas territorialis, Vaſallagium*, &c. nihil attinent Theologos & Medicos. Ita *Alcali & Acidum* & infinita morborum ac ſympto-

iis qvi artis vel lingvæ haud ſunt gnari, etiam obſcura ſunt, (unde Philoſophi obſcuritatem in *ſubjectivam* & *objectivam* diſtinxerunt) ita hæc obſcuritas facilè tolli poteſt, partim ſi qvis iis, qvi lingvas docent, ſe fideliter informandum tradat, partim ſi ab artificibus diſcat principia & regulas artis, nec utrobiqve negligat lexica & dictionaria huic uſui inſervientia.

§. 17.

Porrò ſicut in alterutro horum parum proficiet, qvi αὐτοδίδακτος hic eſſe velit, ita qvi lingvam vel artem non didicit *ab interpretatione abſtinere* debet, partim ne ſeipſum aliis deridendum proſtituat, partim ne, qvod ad alios pertinet, furtivè aut violenter contrectet.

§. 18.

Ita expoſitiones terminorum, qvibus *Theologi* in exponendis myſteriis fidei utuntur, ipſis à Jure conſultis & Medicis relinqvendæ ſunt; Ita v. gr. *Lex Aqvilia, SCtum Vellejanum & Macedonianum, dominium bonitarium & Qviritarium, ſuperioritas territorialis, Vaſallagium,* &c. nihil attinent Theologos & Medicos. Ita *Alcali* & *Acidum*, & infinita morborum ac

ſymptomatum termini ad Theologos & JCtos non pertinent. Omnium horum explicatio non ſpectat ad Philoſophos &c.

§. 19.

*Obſcura* verba vel laborant obſcuritate qvæ tolli poteſt, vel ita ſunt obſcura, ut nemo poſſit intelligere qvid loqvens voluerit. Prior eſt hujus loci, ut fuſius probabimus infra.

§. 20.

Provenit vero obſcuritas iſta partim à *figura externâ* literarum, partim ab *interno verborum ſenſu.*

§. 21.

*Figura externa* verborum formatur vel *lingvâ* vel *ſcripturâ.*

§. 22.

Qvæ *lingva* formatur, ſonus dicitur, cui niſi plane ſit *ἀναρθρος* & inarticulatus, non debet ei interpretatio denegari. Nam & is, qvi difficulter loqvitur, pro loqvente haberi debet, qvod maximoperè uſum habet, ſi qvi in ultimo mortis articulo non ſatis intelligibilibus verbis ſupremum & nunqvam rediturum arbitrium profundunt, v. gr. ſi qvis dixerit: ſer-



vus meus *Cratinus* liber eſto, & habeat ſolum ſervum *Cratiſtum.*

§. 23.

Ejuſmodi obſcuritas, qvatenus per interpretationem tollenda eſt, iiſdem ferè regulis ſubjacet, qvas circa internam obſcuritatem removendam tradermus.

§. 24.

Obſcuritas ex *figurâ ſcribendi* aut iis qvæ ſcriptioni *extrinſecus* adveniunt orta, provenit vel qvod qvis obſcuris & *inartificialibus ductibus* literas formaverit, qvod vitium multis eruditis commune eſt, ut in proverbium abierit, *nos docti malè ſcribimus.* Ita notum exemplum Medici, qvi dum *opium* præſcribere volebat, literas ſic duxerat, ut pharmacopœus pro opio legeret *opium.*

§. 25.

Vel qvod ſcribens *ſiglarum* ſive notarum obſcuritate & compendioſa ænigmata, qvæ *abbreviaturas* dicimus, adhibuerit, qvas propterea non ſine ratione ſeverè prohibuit in deſcribendis legibus adhibere Juſtinianus. Ita aliqvando imperitus clericus legebat: *Otto DEI gratia,* &c.

§. 26. Vel

ſervus meus *Cratinus* liber eſto, & habeat ſolum ſervum *Cratiſtum*.

§. 23.

Ejuſmodi obſcuritas, qvatenus per interpretationem tollenda eſt, iiſdem ferè regulis ſubjacet, qvas circa internam obſcuritatem removendam trademus.

§. 24.

Obſcuritas ex *figurâ ſcribendi* aut iis qvæ ſcriptioni *extrinſecus* adveniunt orta, provenit vel qvod qvis obſcuris & *inartificialibus ductibus* literas formaverit, qvod vitium multis eruditis commune eſt, ut in proverbium abierit, *nos docti malè ſcribimus*. Ita notum exemplum Medici, qvi dum *opium* præſcribere volebat, literas ſic duxerat, ut pharmacopœus pro opio legeret *opium*.

§. 25.

Vel qvod ſcribens *figuram* ſive *literarum* obſcuritate & compendioſa ænigmata, qvæ *abbreviaturas* dicimus, adhibuerit, qvas propterea non ſine ratione ſeverè prohibuit in deſcribendis legibus adhibere Juſtinianus. Ita aliqvando imperitus clericus legebat: *Otto DEI gram*, &c.

§. 26. Vel

§. 26.

Vel ſi librarius in *transſcribendis* verbis erraverit.

§. 27.

Vel ſi ſcriptura *lituris*, *inductionibus*, ſu-*perinductionibus* vel qvolibet alio modo ita cancellata fuerit, ut oculis perſpici non bene poſſit.

§. 28.

Vel ſi ſcriptura initio incuriâ ſcriben-tis, vel poſtmodum temporis *vitio muti-lata* ſit.

§. 29.

Vel ſi lectio, qvantumvis ſana & recta, qvod ad voces attinet ſolâ *interpunctione* laboret, aut interpunctio *omiſſa ambigui-tatem* pariat, ut in vulgato: *Porta patens eſto nulli claudaris honeſto*. &c.

§. 30.

In his & ſimilibus obſcuritatibus, etſi non parum adjuvent regulæ mox tra-dendæ, tamen non diffitendum eſt, po-tiſſimum adjumentum ex *naturali pru-dentia* & ſingulari dijudicandi facultate, quâ unus præ altero excellit, petendum eſſe, unde & qui in ejusmodi interpreta-tio-



tionibus felices ſunt, *Criticorum* titulo ab eruditis inſigniri ſolent.

§. 31.

Igitur pergo ad obſcuritatem, quæ *ex interno verborum ſenſu* legibus aut pactis accidit. Provenit illa inde qvod loqvens adhibuerit vocabula 1. *obſoleta*, ſive ea adhibita fuerint eo tempore, qvo clara & uſitata erant, qvalia occurrunt in *LL. XII Tabularum*, item in Legibus Longobar-dorum & aliorum populorum antiqvo-rum Germaniæ; ſive eo tempore qvo uſurpantur ſint *antiqvata*, ut in iſtâ vini declinreſponſione; *Rebare te ſuri ſtis* &c.

§. 32.

II. Et vocabula *noviter conficta* ſæpius obſcuritatem pariunt, cum non ex opi-nionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina exaudiri ſoleant, ſive qvis ſignificatum vocum in *novum ſenſum* pri-vato uſu detorqveat, ut ſiqvis eſcarium argentum, aut penulas, aut togas ſub *ſupellectilis* voce comprehendere ſolitus fuerit; ſive qvis ad exprimendos fortè idiotiſmos alterius lingvæ vel aliâ de cau-sâ in ſuâ lingvâ novos per compoſitio-nem aut alio modo *formet terminos*, qvor-ſum

tionibus felices ſunt, *Criticorum* titulo ab eruditis inſigniri ſolent.

§. 31.

Igitur pergo ad obſcuritatem, quæ *ex interno verborum ſenſu* legibus aut pactis accidit. Provenit illa inde qvod loqvens adhibuerit vocabula 1. *obſoleta*, ſive ea adhibita fuerint eo tempore, qvo clara & uſitata erant, qvalia occurrunt in *LL. XII Tabularum*, item in Legibus Longobardorum & aliorum populorum antiqvorum Germaniæ; ſive eo tempore qvo uſurpantur ſint *antiqvata*, ut in iſtâ viri docti reſponſione; *Rebare te furi ſtio &c.*

§. 32.

II. Et vocabula *noviter conficta* ſæpius obſcuritatem pariunt, cum non ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina exaudiri ſoleant, ſive qvis ſignificatum vocum in *novum ſenſum* privatoque uſu detorqveat; ut ſiqvis eſcarium argentum, aut penulas, aut togas ſub *ſupellectilis* voce comprehendere ſolitus fuerit; ſive qvis ad exprimendos fortè idiotiſmos alterius lingvæ vel aliâ de cauſâ in ſuâ lingvâ novos per compoſitionem aut alio modo *formet terminos*, qvorſum

ſum fortè referre poſſis, qvando qvis mi-
li tes vocat:

Bombarda gladio fune haſta flamma
loqventes.

Et Scholaſticorum *perfectibilitatem.*

§. 33.

III. Obſcuritas facilè contingere po-
teſt, ſi qvis adhibeat in ſermone vocabu-
la *peregrina.* Qvemadmodum igitur, ut
ea evitetur, optimum eſt, ut congrua
eorum Periphraſis ſimul addatur, qvod
obſervarunt diligenter leges Romanæ,
dum *Scopeliſmum* & *chomata* memorant;
ita obſcuritas augetur, ſi ab imperitis ab-
uſivè uſurpentur, & in ſenſum alienum
detrudantur, qvod noſtris Gallo-Ger-
manis perqvam familiare eſt.

§. 34.

IV. Potiſſimum tamen obſcuritatem
pariunt vocabula *ambigua*, qvæ ita vide-
licet comparata ſunt, ut duas vel plures
res ſignificent. Uti enim non inſanien-
dum eſt cum Scepticis, omnia qvæ
exiſtunt, & multo magis qvæ verbis pro-
feruntur, ad ambiguitatem & incertitu-
dines referentibus, ita exploſa eſt jamdu-
dum Diodori ſententia contra Chryſip-
pum



pum defendentis: Nullum verbum am-
biguum eſſe, cum plures omninò ſint
res qvàm vocabula & ingens copia re-
rum ſine nomine, qvas non propriis ap-
pellationibus notamus, ſed alienis com-
modatisqve.

§. 35.

Dum verò vocabulum plures res ſigni-
ficat, authorũ ſinificatuum unus eſt *pro-
prius*, alter *improprius*; aut *uterqve proprius*.
Ita *Bibliotheca* propriè ſignificat locum, in
qvo libri collocati ſunt, impropriè & per
tropũ libros ibi locatos. Ita *arma* propriè
inſtrumenta qvibus in bello utimur, im-
propriè viros armatos: ita *ferrum* pro-
priè certi generis metallum, tropicè ar-
ma ferrea denotat.

§. 36.

Si uterqve ſignificatus eſt *proprius*, tum
aut unus ſub altero *continetur*, aut *neuter
continet* alterum.

§. 37.

Illud accidit, vel qvòd nomen *generis*
peculiari ſpecie applicetur, v. gr. qvando
*mulieres* ſæpius opponuntur virginibus,
item *adoptio* & *cognatio* diverſimodè u-
ſurpantur; vel qvod nomen *ſpeciei* ſup-
ponatur

Tt

Digitized by Google

pum defendentis: Nullum verbum ambiguum eſſe, cum plures omninò ſint res qvàm vocabula & ingens copia rerum ſine nomine, qvas non propriis appellationibus notamus, ſed alienis commodatisqve.

§. 35.

Dum verò vocabulum plures res ſignificat, authorũ ſinificatuum unus eſt *proprius*, alter *improprius*; aut *uterqve proprius*. Ita *Bibliotheca* propriè ſignificat locum, in qvo libri collocati ſunt, impropriè & per tropũ libros ibi locatos. Ita *arma* propriè inſtrumenta qvibus in bello utimur, impropriè viros armatos: ita *ferrum* propriè certi generis metallum, tropicè arma ferrea denotat.

§. 36.

Si uterqve ſignificatus eſt *proprius*, tum aut unus ſub altero *continetur*, aut *neuter continet* alterum.

§. 37.

Illud accidit, vel qvòd nomen *generis* peculiari ſpecie applicetur, v. gr. qvando *mulieres* ſæpius opponuntur virginibus, item *adoptio* & *cognatio* diverſimodè uſurpantur; vel qvod nomen *ſpeciei* ſup-

ponatur pro individuo, v. gr. qvando *homo, eqvus*, &c. promittuntur; vel qvod unum *nomen proprium* pluribus individuis commune ſit, ut ſi qvis plures Stichos habens *Stichum* legaverit; vel qvod vox *maſculina* ſæpiùs ſub ſe comprehendat ſexum fœmininum, e. g. *homo, eqvus:* vel qvod *uſus artis* latius pateat, qvàm uſus populi, exemplo *mortis* &c.

§. 38.

Illarum verò ſignificationum variantium, qvarum *neutra continet alteram* infinitæ ſunt, v. g. cum *Gallus* civem & hominem, *jus* offam aut certum locum &c. notant. Ita *meum* & *tuum* utrobiqvè ſignificant in iſto Poetæ: Carmina Paulus emit, recitat *ſua* carmina Paulus: Jurat capillos eſſe, qvos emit, *ſuos* Fabulla, &c.

§. 39.

Eſt porrò nonnunqvam & in verbis *conjunctis* ſeu in contextu ſermonis ambiguitas, qvæ plerumqve contingit ex nimiâ *brevitate*, ſi omiſſa ſint, qvæ ad ſolvendum ſenſum omninò pertinebant; ut: Hæres meus uxori meæ vaſorum argenteorum pondo centum, *qvæ volet*, dato



dato. *Cum commodum erit*, habebis centum.

§. 40.

Poterit tamen etiam abundantibus & *ſuperfluis* verbis gravatus ac involutus ſermo verborum intellectum ambiguum reddere, aut obſcurum; ut ſi qvis fundum ita ut inſtructus eſt legaverit, & adjecerit: *cum ſupellectili & mancipiis*; aut ſi legatâ ſupellectili *ſpecies qvasdam* ex abundantiâ per imperitiam nominaverit; aut ſi qvis ſtipulanti reſponderit: *Arma virumqve cano*, ſpondeo.

§. 41.

V. Obſcuritatem parit ſermo *perplexus*. Dum ſcilicet qvicqvid ex duobus verum conſtituerimus per interpretationem falſum apparet. Oritur verò perplexitas illa vel ex *ſolâ verborum inſpectione*, v. g. ſi qvis heredes ſibi faciat: *Si Titius heres erit, Sejus heres eſto; Si Sejus heres erit, Titius heres eſto.*

§. 42.

Vel ex *ſupervenientis cujusdam caſus circumſtantiis*, v. g. Lex eſt: *Rapta raptoris mortem eligat aut nuptias.* Eſt qvi duas rapuit, qvarum altera mortem, altera nupti-

dato. *Cum commodum erit*, habebis centum.

§. 40.

Poterit tamen etiam abundantibus & *ſuperfluis* verbis gravatus ac involutus ſermo verborum intellectum ambiguum reddere, aut obſcurum; ut ſi qvis fundum ita ut inſtructus eſt legaverit, & adjecerit: *cum ſupellectili & mancipiis*; aut ſi legatâ ſupellectili *ſpecies qvasdam* ex abundantiâ per imperitiam nominaverit; aut ſi qvis ſtipulanti reſponderit: *Arma virumqve cano*, ſpondeo.

§. 41.

V. Obſcuritatem parit ſemo *perplexus*. Dum ſcilicet qvicqvid ex duobus verum conſtituerimus per interpretationem falſum apparet. Oritur verò perplexitas illa vel ex *ſolâ verborum inſpectione*, v. g. ſi qvis heredes ſibi faciat: *Si Titius heres erit, Sejus heres eſto; Si Sejus heres erit, Titius heres eſto.*

§. 42.

Vel ex *ſupervenientis cujusdam caſus circumſtantiis*, v. g. Lex eſt: *Rapta raptoris mortem eligat aut nuptias.* Eſt qvi duas rapuit, qvarum altera mortem, altera

 nupti-

Digitized by Google

nuptias elegit. Lex eſt; *vir fortis qvod volet poſcito.* At ſunt jam duo viri fortes, qui eandem poſtulant virginem. Lex eſt: *qvi ſeditionem incepit, pœnas luat, qvi finivit, poſcat præmium:* Idem ſeditionem & incepit & finivit, ac præmium petit. Teſtator dixerat: *Titio do lege fundum meum, ſi legi Falcidiæ in teſtamento meo locus non erit.* Erat fundus iſte dignus centum aureis, præter hunc verò jam trecenta legaverat, & cum moreretur ultra qvadringenta non habebat. Alius: *Titia textores meos omnes, præterqvam qvos teſtamento alii legavi, lego: Plotiæ vernas meos omnes, præter qvos alii legavi, lego.* Aderant ſervi vernæ iidem & textores.

§. 43.

VI. *Duarum etiam orationum* contrarietas & *pugna* obſcuritatis cauſa eſt. Deprehenditur verò iſta contrarietas initiò in applicatione legum diverſarum *verbis non contradicentium* ad caſum talibus circumſtantiis præditum, ut utraqve lex ſimul locum invenire neqveat, v. g. Lex una eſt: *Tyrannicidæ ſtatua ponatur in gymnaſio*: Altera: *ne mulieri in gymnaſio ſtatua collocetur.* At fœmina eſt qvæ ty-

ran-



rannum occidit. Lex eſt: *Qvi tyrannum occiderit, qvamcunqve ſibi rem à magiſtratu depoſcito, & magiſtratus ei conceditto.* Et altera lex: *Tyranno occiſo, qvinqve ejus proximos cognatione magiſtratus necato.* Tyrannum uxor ſua interemit, præmiiq; loco filium ſuum, qvem ex Tyranno habebat, ſibi depoſcit. Lex eſt: *Ne qvis die feriato cum armis in publico verſetur*: Altera: *ne qvis ſigno audito tumultus indice domi ſe contineat, ſed cum armis magiſtratui in foro preſtò ſit.* Jam tumultus die feriato oritur, &c.

§. 44.

Uti verò ex exemplis apparet, hanc contrarietatis ſpeciem maximè affinem eſſe modò præcedenti ultimo perplexitatis generi; ita ſi paulò intenſius utriusqve naturam ſpeculemur, fortè non adeò commodè utramqvè ſpeciem ad *verborum obſcuritatem* & *interpretationem declarativam*, cujus gratia eam doctrinam præmittimus, retulimus; ſed vel ad *obſcuritatē ſubjectivam* eædē erunt referendæ, vel ad aliud interpretationis genus, & omnium maximè ad *reſtrictivam* interpretationem.

§. 45.

Præprimis cum ejuſmodi obſcuritas accidere poſſit & ſœpius accidat, in colli-



ſio

Digitized by Google

rannum occidit. Lex eſt: *Qvi tyrannum occiderit, qvamcunqve ſibi rem à magiſtratu depoſcito, & magiſtratus ei concedito.* Et altera lex: *Tyranno occiſo, qvinqve ejus proximos cognatione magiſtratus necato.* Tyrannum uxor ſua interemit, præmiiq; loco filium ſuum, qvem ex Tyranno habebat, ſibi depoſcit. Lex eſt: *Ne qvis die feriato cum armis in publico verſetur:* Altera: *ne qvis ſigno audito tumultus indice domi ſe contineat, ſed cum armis magiſtratui in foro praſtò ſit.* Jam tumultus die feriato oritur, &c.

§. 44.

Uti verò ex exemplis apparet, hanc contrarietatis ſpeciem maximè affinem eſſe modò præcedenti ultimo perplexitatis generi; ita ſi paulò intenſius utriusqve naturam ſpeculemur, fortè non adeò commodè utramqvè ſpeciem ad *verborum obſcuritatem* & *interpretationem declarativam*, cujus gratia eam doctrinam præmittimus, retulimus; ſed vel ad *obſcuritatē ſubjectivam* eædē erunt referendæ, vel ad aliud interpretationis genus, & omnium maximè ad *reſtrictivam* interpretationem.

§. 45.

Præprimis cum ejuſmodi obſcuritas accidere poſſit & ſœpius accidat, in colliſione

ſione *duorum præceptorum Juris naturalis*, qvatenus vel à Deo publicatione repetita ſunt, vel à Juris Naturalis ſcriptoribus communiter efferri ſolent, aut etiam ob externarum circumſtantiarum advenientiam, unius legis ſenſum perplexum reddentem. Lex eſt: *Dandas eſſe Eleemoſynas:* Altera: *Non faciendum eſſe furtum.* Furtum commiſit qvis, ut daret eleemoſynas. *Beneficio beneficium redbibendum.* Concurrunt pater & qvi te ingentibus beneficiis affecerat, patronus; Ita verò res tuæ ſunt comparatæ, ut unum alteri poſtponere habeas neceſſe &c.

§. 46.

Magis igitur ad præſens negotium videtur qvadrare iſta contrarietas, dum duæ propoſitiones *ad ſe relatæ* citra reſpectum ad caſum ſpecialem ita contradicere videntur, ut qvod una affirmat, neget altera: (qvamvis & hæc ſpecies videatur declarativæ interpretationi cum reſtrictiva communis eſſe) ſive contrarietas hæc occurrat *in uno contextu*; (v. g. ſi teſtator in uno teſtamento aliqvem modò purè, modo ſub conditione heredem ſcribat, aut legatum det & adimat, aut cum Ulpianus alicubi dicit: patrem *prius ſibi debere heredem ſcribere*, deinde filio ſubſtituere, nec convertere ordinem ſcripturæ: & mox ſubjicit; tamen valere ſubſtitutionem, *ſi qvis prius filio ſubſtituerit*, deinde ſibi heredem ſcripſerit: licet converſa ſcriptura filii teſtamentum fecerit) ſive in *diverſis locis*, cujuſmodi contradictionum exempla infinita occurrunt in Legibus Romanis.



§. 47.

His præmiſſis videndum jam erit de *fontibus conjecturarum*, qvibus utendum ad obſcuritatem verborum obvenientem tollendam. Aut igitur talis eſt obſcuritas, qvæ regulis bonæ interpretationis *tolli poteſt*, aut eadem nullum admittit *remedium*.

§. 48.

*Priori* caſu reſpiciendum eſt 1, ad negotium & ejus naturam, de qvo legislator vel paciſcentes egerunt: Unde regula: *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubſtratam materiam.* Cui affine eſt effatum Logicorum: *Talia ſunt prædicata, qvalia permittuntur à ſuis ſubjectis.* Qvamvis noſtra ſit latior, ubi non ſolum prædicatum



eſt-

pianus alicubi dicit: patrem *prius ſibi debere heredem ſcribere*, deinde filio ſubſtituere, nec convertere ordinem ſcripturæ: & mox ſubjicit; tamen valere ſubſtitutionem, *ſi qvis prius filio ſubſtituerit*, deinde ſibi heredem ſcripſerit: licet converſa ſcriptura filii teſtamentum fecerit) ſive in *diverſis locis*, cujuſmodi contradictionum exempla infinita occurrunt in Legibus Romanis.

§. 47.

His præmiſſis videndum jam erit de *fontibus conjecturarum*, qvibus utendum ad obſcuritatem verborum obvenientem tollendam. Aut igitur talis eſt obſcuritas, qvæ regulis bonæ interpretationis *tolli poteſt*, aut eadem nullum admittit *remedium*.

§. 48.

*Priori* caſu reſpiciendum eſt 1, ad negotium & ejus naturam, de qvo legislator vel paciſcentes egerunt: Unde regula: *verba ſunt intelligenda ſecundum ſubſtratam materiam*. Cui affine eſt effatum Logicorum: *Talia ſunt prædicata, qvalia permittuntur à ſuis ſubjectis*. Qvamvis noſtra ſit latior, ubi non ſolum prædicatum



Digitized by Google

æſtimamus à naturâ ſubjecti, ſed & nonnunqvam ſubjectum determinatum à prædicato, v. gr. dum dicitur: *Canis ardet, Gallus volat*, &c.

§. 49.

Extendit verò ſe hujus regulæ uſus in omnis obſcuritatis generibus. Nam ſæpius in verbis *obſcuro ſono* & dubiis *literarum figuris* propoſitis, non infeliciter hariolamur ſenſum vocis ex ſubſtratâ materiâ. Ita ſi dubitem, an qvi mecum loqvitur vel qvi ſcripſerit, *merx* dicere voluerit, an *merces*, ſi de emptione ſermo fuerit, prius, ſi de locatione, poſterius vocabulum erit intelligendum. Ita ſi neſciam, utrum *evictum* ſcrîbere voluerit, an *edictum*, ſi materia ſermonis fuerit emptio, pro illo erit præſumtio, niſi fortè de vitiis rei venditæ diſſeruerit, uti facilè contingere potuit, ut de *edicto* voluerit loqvi.

§. 50.

Deinde in verbis *obſoletis*, *novis*, aut *peregrinis* nonnunquam ſubſtrata materia lucem affert. Ita plerumque qui ex adultioribus linguas diſcunt, cum magiſter non eſt ad manus, & lexicorum evolutio tædioſa eſt, ex verborum circumpoſitorum



rum notitia incognitæ vocis ſignificationem cum ſucceſſu conjectantur. Ita v. g. dum Scriptor aliquis in idiomate Germanico voces Gallicas immiſcere adſvetus ſcripſerat: Einer der eine alte aber doch reiche Weibes Perſohn umb Geldes willen heyrathe/ beluſtiget ſich hernach gemeiniglich zu Hauſe mit *Caton*: Subſtrata materia oſtendit eum id voluiſſe ſignificare, quod ejuſmodi homo ſe delectet cum juvencula quadam domeſtica; non ut alius ineptè publicâ periphraſi ſenſum exprimere voluit, er beluſtigte ſich zu Hauſe mit Caton, das iſt/ mit einem Catonianiſchen ernſtlichen ſauer ſehen. &c.

§. 51.

Porrò & *ambiguitatem* ſæpius tollit materia ſubſtrata. Ita ſi *bibliotheca* v. g. *legata* fuerit, præſumendum erit pro libris, ſi *bibliotheca extrui* juſſa, intelligendus erit locus. Ita *ferrum deponere* juſſi, ſatisfecerunt, ſi arma ferrea depoſuerunt. Ita ſi quis tertio *arma inferre* fœdere prohibitus ſit, intelligentur milites, ſin hoſtes *arma tradere* juſſi, intelligentur inſtrumenta bellica.

rum notitia incognitæ vocis ſignificationem cum ſucceſſu conjectantur. Ita v.g. dum Scriptor aliquis in idiomate Germanico voces Gallicas immiſcere adſvetus ſcripſerat: Einer der eine alte aber doch reiche Weibes Perſohn umb Geldes willen heyrathe/ beluſtiget ſich hernach gemeiniglich zu Hauſe mit *Caton*: Subſtrata materia oſtendit eum id voluiſſe ſignificare, quod ejuſmodi homo ſe delectet cum juvencula quadam domeſtica; non ut alius ineptè publicâ periphraſi ſenſum exprimere voluit, er beluſtigte ſich zu Hauſe mit Caton, das iſt/mit einem Catonianiſchen ernſtlichen ſauer ſehen. &c.

§. 51.

Porrò & *ambiguitatem* ſæpius tollit materia ſubſtrata. Ita ſi *bibliotheca* v. g. *legata* fuerit, præſumendum erit pro libris, ſi *bibliotheca extrui* juſſa, intelligendus erit locus. Ita *ferrum deponere* juſſi, ſatisfecerunt, ſi arma ferrea depoſuerunt. Ita ſi quis tertio *arma inferre* fœdere prohibitus ſit, intelligentur milites, ſin hoſtes *arma tradere* juſſi, intelligentur inſtrumenta bellica.

§. 52.

Ita ex eodem materiæ ſubſtratæ loco aliqvando dijudicandum erit, utrum quis ſignificatum vocis *laxiorem* an *ſtrictiorem* intenderit. Sic v. gr. in materiâ feudali vocabulum *heredis* denotabit maſculos, non qvoſcunqve heredes allodiales, &c.

§. 53.

Ita cum dicitur, *Gallum ſubegiſſe provinciam*, apertum eſt, de homine qvem loqvi, non de ave. Ita ſi dixero: *hic liber meus eſt*, ſine dubio intelligetur ejus dominum à me eſſe acqviſitum. At ſi qvis de *ſuis capillis* loqvatur, communiter denotabitur, non eſſe eos aliunde qvæſitos. &c.

§. 54.

Ita in exemplo ſuprà adducto: Heres meus uxori meæ vaſorum argenteorum pondo centum, *qvæ volet*, dato, ubi nimia verborum brevitas (qvam uno verbo teſtator evitare potuiſſet, ſi dixiſſet: qvæ volet *ipſe* vel *ipſa*) obſcuritatem pariebat, ſubſtrata materia & cauſa nempe *legati* inter alia oſtendit, pro uxore non pro herede eſſe pronunciandum.

§. 55. Ita



§. 55.

Ita ſi voces *abundantes* ambiguitatem pariant, momentum afferet materia ſubſtrata. Unde putarem, v. g. ſi qvis promiſerit *ſupellectilem* & ſimul ſpecies qvaſdam recenſuerit, non tamen omnes, abſtrahendo à reliqvis circumſtantiis in promiſſione gratuita deberi ſaltem ſpecies expreſſas, in oneroſâ etiam reliqvas.

§. 56.

Cogitandum nunc erit ulterius de exemplis, in qvibus ſermo *perplexus* aut *punus* ex hâc regulâ interpretationem conſeqvi poſſit, hæc enim qvæ hactenus attulimus, ſpeciminis loco poterunt ſufficere.

§. 57.

Affinis huic primæ regulæ eſt, atqve ſub eadem contineri videtur & alia, qvam communiter Doctores ſeparatim tradunt, & ex conjunctis loco petitam aſſerunt: *In omni ſermone interpretando accuratè ad antecedentia & conſeqventia eſſe attendendum, qvibus interjecta attemperari & reſpondere præſumuntur.* Qvorſum pertinet, qvod Celſus inculcat: *Incivile eſſe niſi totâ lege perſpectâ, unâ aliqva ejus particula propoſita, judicare vel reſpondere.*

§. 58. N-

§. 55.

Ita ſi voces *abundantes* ambiguitatem pariant, momentum afferet materia ſubſtrata. Unde putarem, v. g. ſi qvis promiſerit *ſupellectilem* & ſimul ſpecies qvaſdam recenſuerit, non tamen omnes, abſtrahendo à reliqvis circumſtantiis in promiſſione gratuita deberi ſaltem ſpecies expreſſas, in oneroſâ etiam reliqvas.

§. 56.

Cogitandum nunc erit ulterius de exemplis, in qvibus ſermo *perplexus* aut *pugnans* ex hâc regulâ interpretationem conſeqvi poſſit, hæc enim qvæ hactenus attulimus, ſpeciminis loco poterunt ſufficere.

§. 57.

Affinis huic primæ regulæ eſt, atqve ſub eadem contineri videtur & alia, qvam communiter Doctores ſeparatim tradunt, & ex conjunctis loco petitam aſſerunt: *In omni ſermone interpretando accuratè ad antecedentia & conſeqventia eſſe attendendum, qvibus interjecta attemperari & reſpondere præſumuntur.* Qvorſum pertinet, qvod Celſus inculcat: *Incivile eſſe niſi totâ lege perſpectâ, unâ aliqva ejus particula propoſita, judicare vel reſpondere.*

§. 58. Nam

Digitized by Google

§. 58.

Nam ideò potiſſimum contextus eſt conſiderandus, ut conſtet de materiâ ſubſtratâ.

§. 59.

Qvodſi tamen accuratiùs eandem penſitemus, apparebit *affinitatem* ſaltem aliqvam inter conjecturam â ſubſtratâ materia, & conjecturam à conjunctis loco deſumptam eſſe, non *identitatem*, cum regula de *ſubſtrata materia* locum habere poſſit, ubi nulla ſunt antecedentia vel conſeqventia, & regula *de contextu* uſum ſuum exerere poſſit, etiam citra reſpectum ad ſubſtratam materiam, puta cum ſenſus uterqve vocis ambiguæ ad ſubſtratam materiam qvadrat; vel de omni ſenſu dubitatur.

§. 60.

Prioris exemplum eſto, ſi dicam: *Gallus coqvitur.* Poſterioris ſi inſtrumentum v. g. ſuper ſtipulatione confectum referat; ſtipulatum eſſe Primum *frumentum* à Secundo, Secundum ſpopondiſſe: in præfatione verò faciat mentionem, de *decem modiis* inter contrahentes actum fuiſſe.

61. Qva-



§. 61.

Qvapropter 2. in genere ex loco de *conjunctis* iſta ſit regula: *Obſcuræ locutiones explicandæ ſunt ex ſermone ejusdem autoris alibi planè & perſpicuè expreſſo, ſive in eodem loco,* in antecedentibus puta & conſeqventibus (qvæ propriè *conjuncta loco* vocãtur) *ſive in diverſis & alio tempore prolatis;* qvæ appellantur *conjuncta origine.* v. g. ſi in Teſtamento alicui *partem tertiam* ædium legaſſem, & in codicillis ſcriberem: Titio præter *partem* ædium do lego centum.

§. 62.

Et hujus regulæ uſum ſe diffundere arbitror in qvodcunqve obſcuritatis genus, ut etiam verba *obſoleta*, *nova*, *peregrina*, *perplexa*, *pugnantia* qvandoqve ex illâ exponi poſſint. Similiter judico de regulis ſeqventibus, qvod adeò ſemel monuiſſe ſufficiat.

§. 63.

3. Ab *effectu* porrò regula deſumitur: *Verba ita explicanda erunt ne nullus inde oriatur effectus & negocium pereat, aut ne effectus cum abſurditate qvadam ſit conjunctus, qvodſit ſi expoſitio pugnet cum jure divino vel humano.*

64. Ite

Digitized by Google

§. 61.

QVapropter 2. in genere ex loco de *conjunctis* iſta ſit regula: *Obſcuræ locutiones explicandæ ſunt ex ſermone ejusdem autoris alibi planè & perſpicuè expreſſo, ſive in eodem loco*, in antecedentibus puta & conſeqventibus (qvæ propriè *conjuncta loco* vocãtur) *ſive in diverſis & alio tempore prolatis;* qvæ appellantur *conjuncta origine*. v. g. ſi in Teſtamento alicui *partem tertiam* ædium legaſſem, & in codicillis ſcriberem: Titio præter *partem* ædium do lego centum.

§. 62.

Et hujus regulæ uſum ſe diffundere arbitror in qvodcunqve obſcuritatis genus, ut etiam verba *obſoleta, nova, peregrina, perplexa, pugnantia* qvandoqve ex illâ exponi poſſint. Similiter judico de regulis ſeqventibus, qvod adeò ſemel monuiſſe ſufficiat.

§. 63.

3. Ab *effectu* porrò regula deſumitur, *Verba ita explicanda erunt ne nullus inde oriatur effectus & negocium pereat, aut ne effectus cum abſurditate qvadam ſit conjunctus, qvod ſit ſi expoſitio pugnet cum jure divino vel humano.*

64. Ita

Digitized by Google

§. 64.

Ita per cavillationem Athenienſes in fœdere promittentes, qvod *agro Boetorum* vellent cedere; negarunt poſtea agrum eſſe Boetorum, qvem ipſi cum exercitu inſiderent. Ita cum lex ſub gravi pœna prohiberet alteri *in platea ſangvinem elicere*, abſurdum fuiſſet ſi ſecundum ejus verba barbitonſor, qvi in platea alteri venam ſecuerat, fuiſſet punitus. Ex eadem regulâ etiam erat definienda controverſia inter *Protagoram* & *Evathlum* pro Protagorâ. Huc qvoqve pertinet caſus de eo qvi *Cratinum* liberum eſſe volebat, cum ſolum haberet Cratiſtum.

§. 65.

4. Magnum momentum etiam in interpretatione affert *perſonæ affectio*. Unde regula: *Verba obſcura ex affectione cujusqve capiunt interpretationem*. Ita ſi qvis *Titium* hæredem inſtituerit, inter plures Titios is hæres erit, qvem conſtat à defuncto maximè dilectum fuiſſe.

§. 66.

5. Affinis præcedenti eſt conjectura, qvæ ex *qvalitate perſonarum* deſumitur: Nam *ſæpius verba dubia exponenda erunt ſecundum conditionem aut dignitatem perſonæ qvæ loqvitur aut ad qvam ſermo dirigitur*.



§. 67.

Ita ſi *ſtudioſus* alicui univerſas *chartas* reliqverit libri debebantur, qvamvis aliàs ſub chartarum nomine propriè libri non contineantur. Ita ſi qvis *dotem* promiſerit, aut *alimenta* reliqverit alteri, determinanda erunt utrobiqve ſecundum conditionem & dignitatem perſonæ, cui relinqvuntur aut promittuntur.

§. 68.

6. Sed potiſſimum conſiderari meretur *ratio* legis aut pacti. Hinc: *Illa interpretatio legis eſt ſeqvenda, qvæ rationi legis congruit, & contrà rejicienda, qvæ ab eadem diſcrepat*.

§. 69.

Cæterum ratio legis duplex potiſſimum eſt, una qvæ legislatorem impulit ad legem condendam, altera, qvam per legem intendit.

§. 70.

Qvemadmodum verò *intentio* legislatoris *occaſioni*, qvæ eum ad legem condendam impulit, plerumqve ſi non ſemper, ex adverſo oppoſita eſt; ita facile conſtat, ad *utramqve* in præfata regulâ reſpici debere.

§. 71. Ita

*ſecundum conditionem aut dignitatem perſonæ qvæ loqvitur aut ad qvam ſermo dirigitur.*

§. 67.

Ita ſi *ſtudioſus* alicui univerſas *chartas* reliqverit libri debebantur, qvamvis aliàs ſub chartarum nomine propriè libri non contineantur. Ita ſi qvis *dotem* promiſerit, aut *alimenta* reliqverit alteri, determinanda erunt utrobiqve ſecundum conditionem & dignitatem perſonæ, cui relinqvuntur aut promittuntur.

§. 68.

6. Sed potiſſimum conſiderari meretur *ratio* legis aut pacti. Hinc: *Illa interpretatio legis eſt ſeqvenda, qvæ rationi legis congruit, & contrà rejicienda, qvæ ab eadem diſcrepat.*

§. 69.

Cæterum ratio legis duplex potiſſimum eſt, una qvæ legislatorem impulit ad legem condendam, altera, qvam per legem intendit.

§. 70.

Qvemadmodum verò *intentio* legislatoris *occaſioni*, qvæ eum ad legem condendam impulit, plerumqve ſi non ſemper, ex adverſo oppoſita eſt; ita facile conſtat, ad *utramqve* in præfata regulâ reſpici debere.

§. 71. Ita

§. 71.

Ita cum agricolæ per exercitium judiciorũ impedirentur in percipiendis agri fructibus, occaſionem id dedit Romanis ad *ferias meſſium* concedendas, eâ intentione ut impedimenta hæc ceſſent.

§. 72.

Ita caritas annonæ & ejus timor principem qvandoqve impellit, ut *frumenti exportationem* prohibeat, qvo illa annonæ caritas evitetur.

§. 73.

Neqve obſtat dictis qvod ſæpius lex applicari ſoleat ad iſtum caſum, ad qvem cauſa impulſiva non qvadrat. Ita feriæ meſſium etiam proſunt illis, qvi nullos fructus agrorum percipiunt aut colligunt.

§. 74.

Meminiſſe enim debebis & in hâc & in reliqvis regulis, nos tradere conjecturas voluntatis tacitæ, qvæ ceſſant, qvoties legis verba expreſſa aliud docent, ut in dictâ materia feriarum.

§. 75.

Qvin etſi aliæ circumſtantiæ concurrant qvæ ſvadeant præter intentionem

aut

aut occaſionem legislatoris eſſe interpretationem faciendam, forte ut evitetur multiplicatio litium, vel qvæ poſſunt eſſe ſimiles, nec illæ ſunt omittendæ. Conjectura enim cum conjectura conferenda eſt.

§. 76.

Ita qvaſi uſusfructus inventus erat ne legata corruerent, poſteàqvam tamen inventus erat, non malè ſentiunt, qvi arbitrantur, eundem etiam per pacta inter vivos poſſe conſtitui.

§. 77.

Simul tamen illud patet, qvod dum in legibus Romanis ut regula inculcetur, falſam cauſam legatis adjectam non vitiare legatum, & tamen non deſunt qvidam caſus, in qvibus eædem leges vitiari legatum per falſam cauſam admiſerunt, non eruditè ad tollendam hanc apparentem repugnantiam, vel potiùs ad oſtendendã inter iſta duo differentiam a communi Dd. ſcholâ proferatur diſtinctio inter falſam cauſam impulſivam et finalem, qvaſi non illa ſed hæc legatis noceat; ſed longè alias explicationis rationes hic eſſe afferendas.

§. 78.

Ita v. g. ſi dixerit Teſtator: Titio, *qvi negotia mea curavit*, do lego centum. Finge falſam cauſam fuiſſe. Sed qvidope diſtinctionis iſtius definies? Utrum valebit legatum an minus? Nam ſi vera fuiſſet cauſa; geſtio negotii erat cauſa impulſiva, remuneratio iſtius cauſa finalis. Et ita in ſimilibus caſibus duplex hoc cauſarum genus concurret.

§. 79.

Non confundendæ tamen ſunt, cum rationibus iſtis duabus legum vel pactorum, *rationes*, qvibus utuntur JCti in demonſtratione concluſionum ſpecialium ex legibus generalioribus, e.g. dum affertur ratio, cur partus ancillæ non ſit in fructu, qvia fructus omnes hominum gratia conditi ſint, vel, ut alibi rectius et magis prudenter, qvia ancillæ non ideò comparantur ut pariant. &c.

§. 80.

Nam 1. jam agimus de ratione legis aut pacti *interpretandi*, non de ratione *interpretationis* jam factæ. 2. qværimus de interpretatione, qvæ nititur argumentis

tis *topicis* & probabilibus, non de interpretatione qvaſi *demonſtrativa*, ex axiomate generali, (v. g. qvod uſusfructus eum in finem conſtituatur, ut uſufructuarius omnes fructus, cujus gratiâ res comparari ſolet, percipiat) concluſiones particulares deducente.

§. 81.

Qvodſi igitur ratio legis aut pacti ipſi pacto vel legi fuerit *inſerta*, tum interpretatio non adeò erit difficilis. Sed ſæpius *latet* eadem, unde novis conjecturis erit opus ad eliciendam rationem, anteqvam interpretatio ſecundum eandem fieri poſſit.

§. 82.

Qvæ qvidem regulis vel ideò non videntur commodè inculcari poſſe, qvoniam ob circumſtantiarum hic occurrentium infinitam varietatem, & ipſarum qvoqve infinita eſt variatio.

§. 83.

Unde ad earum felicem indagationem inſignis reqviritur *prudentia Politica*, qvantum ad legum & pactorum publicorum interpretationem attinet, qvantum verò ad pacta privatorum, eximia *prudentia œconomica*, ac ſi ita loqvi licet, *mercatoria*, in inter-



Digitized by Google

prete reqviritur, qvæ non in Academiis & Scholis, ſed in converſatione Politica atqve familiari cum aliis in eo genere Prudentibus acqviri poteſt.

§. 84.

Magnum qvoqve præſidium potiſſimum in pactorum qvà publicorum, qvà privatorum interpretatione afferet eruditio ex lectione diligenti *hiſtoriarum* comparata, tum notitia peculiaris eorum qvæ pacta aut fœdera anteceſſerunt. Unde paciſcentium, qvi bonâ fide v. g. ad fœdera Pacifica accedunt, omnino intereſt, acta pacificationis publicè nota facere.

§. 85.

Sufficere hæc poſſunt de *interpretatione declarativa*. Non enim planè negligendæ ſunt reliqvæ duæ interpretationis ſpecies, *extenſiva* puta & *reſtrictiva*, in qvibus qvantum ad extenſivam, uti priores qvinqve, qvas dedimus, interpretationis declarativæ regulæ, vix & imo nunqvam habebunt locum, ita regula modo expoſita de legis ratione tribus iſtis interpretationis generibus eſt communis.

86. Qvod

Digitized by Google

§. 86.

Qvod vel maximè tum uſum habet, *ſi duplex* vocis ſenſus ſit, laxior alter, alter ſtrictior. Hinc v. g. ſi Princeps *frumenti* exportationem prohibuerit, ſub voce frumenti vel univerſæ ſpecies frumentariæ, vel ſaltem triticum aut aliud genus comprehendetur, prout nempè in omnibus aut in qvibuſdam ſaltem annonæ caritas timetur, qvæ Principem ad legem condendam impulerat.

§. 87.

Qvodſi verò verba legis vel pacti *perſpicua* ſint, nec ambiguitate laborent, tunc ſæpiùs ſpecies emergunt ſub legum verbis vel comprehenſæ vel minus, de qvibus tamen non ſine cauſâ dubitatur: An ad eas lex applicari debeat, an non?

§. 88.

Atqve hic ferè unicè ad *rationem* legis erit recurrendum. Adeòqve interpretatio extenſiva maximam partem iſto nititur Canone: *Ubi eadem eſt ratio, ibi eadem eſt juris diſpoſitio.* Vel: *Identitas rationis facit, ut lex & pactum applicari debeant ad caſus ſimiles ſub verbis eorundem non comprehenſos.*

§. 89.

*Eadem* verò debet eſſe ratio, non ſaltem *ſimilis*, etſi caſus emergentes relati ad verba legis caſibus ſub lege comprehenſis ſint ſaltem ſimiles, non iidem.

§. 90.

Cum verò ſæpius obveniant occaſiones *una plures* ad legem ferendam, & ſecundum tradita etiam Philoſophorum unius rei plures poſſint eſſe fines, qvorum ſinguli vel ſunt æqvè *principales*, vel unus *primarius*, reliqvi ſecundarii, inde non in univerſum neceſſe eſt, ut ratio legis ſecundum qvam fit extenſio ſit unica.

§. 91.

Sed hæc obſervatio tum ſaltem locum habebit, ubi *unum* tantum finem intendit egislator.

§. 92.

Qvod ſi *plures* ſint rationes unius legis, tunc ſi iſtæ ſint æqvè *principales*, ſeqvitur, omnes qvoqve in extenſione conjungendas, ne committatur aliàs fallacia diviſionis, non aliter ac in rebus naturalibus, ubi neceſſe eſt, ut omnis cauſæ concurrant, ſi effectus produci de-



Digitized by Google

§. 93.

Qvodſi verò ex iſtis una ſit *potiſſima*, putarem ſufficere, ſi modo iſta ad caſum ſimilem qvadret.

§. 94.

Uno verbo: Cauſa ad qvam fit extenſio debet eſſe *efficax*, eademqve conſiderata eſſe à legiſlatore in ſuâ generalitate, ita ut eandem ad præſentem qvoqve caſum voluiſſet applicare, ſi qvidem eum prævidiſſet aut de eo cogitaſſet; idqve qvia alioqvin lex fuiſſet inutilis aut iniqva.

§. 95.

Ita ſi lex *aratrum* accipere pignori prohibeat, neqve licebit vomerem accipere, ſi jubeat eum qvi *patrem* interfecit, culeo inſui, inſuendus & qvi matrem interfecit; ex *domo* in jus educere ſi non licet, non licebit etiam ex tabernaculis. Sic ſi pactum ſit inter vicinos populos, ne intra certum ſpacium liceat locum *muris* cingere, neqve terreo aggere cingi poterit, ſi prohibitionis ratio fuerit, ne iſte locus ad vim prohibendam fieret idoneus. Sic ſi aliqvis in teſtamento caveat: Titius heres eſto, ſi poſthumus me-



Digitized by Google

us (qvem utiqve expectabat) ſit *mortuus*; etiam hoc caſu Titius heres erit, ſi contingat illi teſtatori mortuo nullum poſthumum naſci.

§. 96.

Pertinet huc elegans caſus à Luciano propoſitus. Lex eſt: *Tyrannicida præmio afficiatur*. Eſt qvi in arcem deſcenderit, ut tyrannum necaret; Aſt tyrannum non reperit, ſed filium ejus, qvem etiam interemit relicto in vulnere gladio. Adveniens mox tyrannus ut filium vidit occiſum, præ dololer animi eodem ſe gladio interfecit. Petit itaqve is qvi filium tyranni ſuſtulerat præmium, tanqvam tyrannicida.

§. 97.

Atqve hic qvidem non contemnendo artificio præmium petentis partes defendit *Lucianus*; potiſſimum ex eo, qvod communiter eadem ſit ratio illius qvi interfecit & qvi mortis cauſſam præbuit.

§. 98.

Sed nec etiam qvicqvam omiſit, qvod ad oſtendendam petiti illius iniqvitatem facit, *Eraſmus Roterodamus* in Oratione pro adverſâ parte conſcripta; non ita

concisa

concisâ qvidem ut Luciani, ſed ubi facile tædium ex prolixitate oriundum compenſare poſſit erudita variarum bonæ interpretationis regularum ad præſens negotium applicandarum expoſitio.

§. 99.

Cujus adeò opinio magis placet, potiſſimum qvòd fuſiùs oſtenderit, factum id prætenſi tyrannicidæ nullo modo pro tali eſſe habendum, qvod veram & moralem interfectionis cauſam morti tyranni præbuerit.

§. 100.

Vides verò ex adductis exemplis, qvod interpretatio extenſiva locum habeat in legibus tam *affirmativis* qvam *negativis*: In *his* verò inſignem affert uſum circa diluendas qvaſvis *cavillationes* ac reprimendas *fraudes*, qvæ à malè feriatis hominibus excogitari ſolent eludendis legibus.

§. 101.

Qvare non malè JCtus iſtam inter hæc duo ponit differentiam, qvòd contra legem faciat, qvi facit id, qvod verbis legis (rationi videlicet ejuſdem corre-

ſpondentibus) adverſum eſt, in fraudem legis verò, qvi ſalvis legis verbis committit ea, qvæ cum intentione legislatoris pugnant.

§. 102.

Communiter verò ejusmodi *fraudis qvatuor ſpecies* faciunt Dd. Primam qvæ fit commutatione *rerum*, ut ſi lex prohibet *pecuniam* mutuò dare filiofamilias, fœnerator verò det mutuo frumentum, vinum, &c. item ſi princeps vetet *frumentum* exportari aut *lanam*, & qvis farinam vel oves exportet: ſecundam qvæ fit commutatione *perſonarum*, ut cùm *conjuges*, qvi invicem donare neqveunt, alias perſonas qvæ donent ſubſtituant; tertiam commutatione *contractuum*, ut ſi iidem conjuges res pretioſas *uno nummo* ſibi vendant invicem, ſi fœnerator filiofamilias mutuo dandi gratia res qvaſdam *vendat*: qvartam deniqve commutato *modo* contrahendi, ut ſi mulier, qvæ *fidejubendo* non obligatur animo intercedendi pro altero mutuum ipſa contrahat; qvanqvam hæc ſpecies parum differat à tertiâ, & cogitandum ſit ulterius, annon plures modi, qvibus

bus qvid in fraudem legis committitur reperiri poſſint.

§. 103.

Interpretationem *reſtrictivam*, qvæ adhuc reſtat, *Grotius* petendam eſſe ait ex defectu voluntatis originario aut ex caſus emergentis cum voluntate repugnantia. *Prius* fieri vult ex abſurdo, ex defectu rationis, ex defectu materiæ. *Poſterius* vel ex naturali aliqvâ ratione, ut puta, ſi ab æqvitate foret diſcedendum aut ab humanitate, vel ex aliò aliqvo ſigno voluntatis, ſi nimirum verba alio loco poſita cum præſenti lege aut pacto per incidentem caſum peculiarem pugnare videntur, &c.

§. 104.

Hic uti in concluſionibus ipſis non adeò multum diſſidemus; ita videtur methodus & connexionis ratio non ſaltem aliqvatenus eſſe obſcurior, verum & certo reſpectu perplexitatem inferre. Cum enim, ut reliqva mittam, omnis interpretatio debeat fieri ſecundum probabilem voluntatem ejus qvi locutus eſt, neqve tamen eam qvam unqvam antea habuit, aut poſt ſermonem fortè habitur us

turus eſt, ſane ſuâ ſponte fluere videtur, qvòd reſtrictiva ſemper ſe fundare debeat in defectu voluntatis originario, nunqvam ex caſus emergentis (ſubſeqventi aliqvâ) cum voluntate repugnantia, defectui originario voluntatis oppoſita.

§. 105.

Rurſus cum reſtrictiva interpretatio ferè intendat, legislatorem plus locutum eſſe qvam ſenſerit, & de caſu, de qvo ſermo eſt tum non cogitaſſe, adeoqve ita ſemper præſupponat caſum emergentem voluntati loqventis repugnantem, non video iterum, qvomodo defectus voluntatis orignarius repugnantiæ caſus emergentis qveat opponi. Tentabimus itaqve, annon res ipſa commodius hoc modo poſſit proferri.

§. 106.

Extenſiva interpretatio ferè *unicè* ad rationem legis vel pacti reſpicit; At reſtrictiva etiam *reliqvas regulas* interpretationis declarativæ admittit. Unde 1. qvæ ſupra diximus de *ſubſtratâ materiâ* hic qvoqve locum habent, utpote qvæ ſemper intelligenda eſt obverſari animo loqventis, etſi verba videantur latius pa-

107. Ita

§. 107.

Ita ſi feudum ſit conceſſum alicui pro ſe & *deſcendentibus maſculis*, non intelliguntur nepotes ex filia, qvia natura ejusmodi feudi repugnat, qvæ fœminas & deſcendentes ex iis planè excludit.

§. 108.

Ita cum patronus prohibetur adigere libertum *jurejurando* ne uxorem ducat, materia ſubſtrata oſtendit, intelligendam eſſe legem de liberto qvi liberos tollere poteſt, neqve puniri patronum qvi à liberto caſtrato juramentum exegerit.

§. 109.

Deinde II. qvod ſupra notavimus, non ita interpretanda eſſe verba, ut nullus, aut abſurdus vel iniqvus *effectus* ſeqvatur, etiam in reſtrictivâ interpretatione uſum ſuum exerit. Nam nemo mentis compos abſurda velle credendus eſt.

§. 110.

Ita ſi lex ſit: *Vir fortis, qvæ poſtulet, habeto*, & unus qvi fortia facta perpetravit, poſtulaverit agrum concivis ſui, hic verò poſt aliqvod tempus in præmium for-

titu-

titudinis agrum ſuum à priore repetat, vitatio abſurditatis ſvadet, ut lex explicetur, ne viris fortibus ſua præmia iterum eripiantur.

§. 111.

Inde decidenda etiam controverſia inter *Protagoram* & *Evathlum*, ut hic ſi à judicibus ad ſolvendam mercedem fuiſſet condemnatus haud qvicqvam ſe exceptione pacti tueri potuiſſet; qvo conventum erat, ut magiſtro merces non debeatur qvouſqve diſcipulus cauſam non obtinuerit, cum abſurdum ſit, aliqvem ſuo pacto hoc egiſſe, ut illud ipſum obſtet, qvò minus obtineri poſſit, qvod ex eodem debeatur.

§. 112.

Pertinet huc interpretatio legis *ſecundem aeqvitatem*, qvæ eſt correctio ejus, in qvo lex deficit ob univerſalitatem, ubi nempe ex naturali ratione oſtenditur, caſum qvendam peculiarem ſub univerſali lege non comprehendi, eò qvòd alias, & ſi literam legis præcisè qvis ſeqvatur, orietur inde aliqvid legibus naturalibus & divinis repugnans, qvod meritò pro abſurdo habetur, cum ad talia nemo poſſit obligari.

113. Ita

tiudinis agrum suum ...
vitatio absurditatis ...
cetur, ne viris fortibus ...
rum eripiantur.

§. 111.

Inde decidenda etiam ...
ter *Protagoram* & *Evath* ...
judicibus ad solvendam me...
set condemnatus haud q...
ceptione pacti tueri pot...
ventum erat, ut magistro me...
beatur qvousqve discipulus ...
obtinuerit, cum absurdum ...
suo pacto hoc egisse, ut ...
stet, qvo minus obtineri p...
eodem debeatur.

§. 112.

Pertinet huc interpretatio ...
*dem æqvitatem*, qvæ est corr...
qvo lex deficit ob universal...
nempe ex naturali ratione ...
casum qvendam peculiarem ...
tali lege non comprehendi, ...
as, & si literam legis præcise ...
tur, orietur inde aliqvid leg...
libus & divinis repugnans, ...
pro absurdo habetur, cum ad ...
possit obligari.



§. 113.

Ita ſi lex jubeat peregrinum, qvi *mœnia adſcenderit*, capite plecti, & peregrinus in obſidione muros aſcenderit & hoſtem ſubeuntem ſcalis dejecerit, aut ſi lex pœnâ capitali *mulieres à certo qvodam loco* arceat, eædemqve tempore oborti incendii, ejus extingvendi gratiâ, locum iſtum ingrediantur, ceſſabit utrobiqve pœna, qvia lex naturæ dictitat, beneficium præmium mereri non poenam.

§. 114.

Eò refert etiam Grotius, ſi verba ſeqvi non qvidem per ſe & omninò illicitum ſit, ſed æqvè rem æſtimanti *nimis grave & intolerabile*, ſive abſolutè ſpectatâ conditione humanæ naturæ, ſive comparando perſonam & rem de qvâ agitur, cum ipſo fine actûs.

§. 115.

Sic qvi rem *ad dies aliqvot* commodavit, intra eos dies repetere eam poterit, ſi ipſe valde egeat. Si qvi *auxilium* fœderato promiſit, excuſabitur, qvamdiu ipſe domi periclitatur, in qvantum copiis opus habet. Et conceſſio *immunitatis vectigalium* & tributorum intelligetur de qvotidianis & anniverſariis, non de iis

qvæ

Digitized by Google

qvæ ſumma neceſſitas exigit, & qvibus carere Reſp. non poteſt.

§. 116.

Sed putarem has concluſiones magis perſpicuè deduci ex regula de *materiâ ſubſtrata*. Sane ipſe Grotius earum rationem in eo qværit, qvod actuum beneficorum ea ſit natura, ut non credendus ſit qvisqvam ad magnum ſuum incommodum ſe voluiſſe obligare.

§. 117.

Commodius forte ad præſens punctum referri poſſet, ſi *verba alio loco poſita* cum præſenti lege aut pacto, non qvidem directè pugnant, ſed propter certam temporis circumſtantiam hîc & nunc ſimul obſervari neqveunt, tunc enim neceſſe erit, ut una in favorem alterius reſtringatur, ne aliàs neutra habeat effectum, qvod *abſurdum* foret.

§. 118.

Sed qvænam ex iſtis duabus tunc cedere debeat alteri, qvæſtio eſt. Ingenere videtur ea norma obſervanda, qvoniam leges libertatem humanam reſtringunt, & una tamen magis alterâ *ut iſta lex qvæ arctiùs ligat voluntatem hominis,* *præ-*

Digitized by Google

qvæ ſumma neceſſitas ...
carere Reſp. non poteſt.

§. 116.

Sed putarem has ...
perſpicuè deduci ex ...
juſjurand. Sane ipſe Grot...
nem in eo qværit, qvod ...
corum ea ſit natura, ut ...
ſit qvisqvam ad magnum ...
modum ſe voluiſſe obligar...

§. 117.

Commodius forte ad pr...
ctum referri poſſet, ſi ...
ſis cum præſenti lege ...
dem directè pugnant, ...
tam temporis circumſta...
nunc ſimul obſervari neq...
enim neceſſe erit, ut una ...
rius reſtringatur, ne alias ...
effectum, qvod abſurdum ...

§. 118.

Sed qvænam ex iſtis duab...
dere debeat alteri, qvæſtio ...
nere videtur ea norma obſ...
nium leges libertatem hum...
gunt, & una tamen magis ...
lex qvæ arctiùs liget ...



*præferatur iſti qvæ vinculum laxius imponit.*

§. 119.

Referri poſſunt eò regulæ ſpeciales hâc parte à Dd. traditæ. 1. *Permiſſio cedit ei qvod jubetur & vetatur.* Ratio eſt evidens, qvia qvod promittitur planè non vincit libertatem, adeòqve, ut jam ab initio notavimus, permiſſio propriè non eſt effectus legis.

§. 120.

Ita ſi lege diſpoſitum ſit: *Concubinam habere cuivis civi Romano liberum eſto*, & aliâ lege ita ſit conſtitutum: *Mulierem in caſtris miles non habeto*, apparet ad militem non pertinere licentiam legis prioris.

§. 121.

2. *Qvod jubetur cedit ei qvod vetatur.* Nam arctius limitatur libertas hominis per negativa præcepta, qvàm per affirmativa, ut ſuprà jam demonſtravimus, qvoniam videlicet negativa ſemper omitti poſſunt, at affirmativa certis temporibus in actum qveunt deduci.

§. 122.

Ita præpoſterum genus pietatis *corium furari*, & calceos pauperibus *eleemoſy-*

 *na*

Digitized by Google

*na* loco dare; qvanqvam hoc exemplum magis pertinet ad regulam ſeqventem qvartam. Magis accommodum erit exemplum, ſi paululum immutes: Non licet furari, ut creditori tuo ſolvas.

§. 123.

Qvod loco rationis in præcedenti regulâ attulimus, etiam alibi qvam in concurſu negativi præcepti cum affirmativo poteſt uſum habere. Unde 3. *qvod faciendum eſt certo tempore præfertur ei qvod qvovis tempore fieri poteſt.*

§. 124.

Ita *ſanctificatio Sabbathi* præferenda officiis qvotidianis. Ratio eſt iterum ea, qvod præceptum ad certum tempus reſpiciens illo tempore magis ſtringat libertatem qvam alterum.

§. 125.

Qvod ſi verò duæ præſtationes certo temporis articulo collidantur, ut vel utraqve in iſto tempore ſit obeunda, vel neutra commodè differri poſſit, tum 4. *obligatio imperfecta cedit obligationi perfectæ.* Cum enim in perfectâ ſit major obligationis gradus, magis qvoqve eadem libertatem noſtram vincire cenſetur.

126. Ita

§. 126.

Ita *ſolutio debitorum* præferenda dationi eleemoſynarum.

§. 127.

Qvodſi utraqve obligatio ſit perfecta: 5. *Obligatio antiqvior præferenda noviori.* Cum per antiqviorem libertas mea jam fuerit reſtricta tempore novæ obligationis: Ita debitum antiqvius prius erit ſolvendum.

§. 128.

Niſi forte uni obligationi perfectæ adhæreat obligatio alia, ex alio capite imperfecta, etiam intuitu ejus cui ſum obligatus, nam tunc. 6. *Obligatio duplex vincit ſimplicem etiam antiqviorem*, propter regulam qvæ eſt in ore omnium, qvod duplex vinculum fortius liget.

§. 129.

Ita *debitum novius* prius ſolvendum homini *egeno*, qvàm aliud etiam antiqvius diviti.

§. 130.

Qvodſi vero utraqve obligatio ſit imperfecta, tùm 7. *Lex beneficentiæ cedet legi gratitudinis*, qvoniam ut ſupra diximus, ad gratitudinem qvis præter legem

communem humanitatis exhibendæ etiam ex accepto beneficio tenetur, adeoqve iterum hic eſt duplex vinculum.

§. 131.

Ita ſi concurrat Patronus egenus cum paupere etiam cognato, hic Patrono erit poſtponendus.

§. 132.

Modo tamen uterqve egenus ſit. Nam ſi dives Patronus à me donum, pauper alius eleemoſynam deſiderat, pauper Patrono erit præferendus, qvia qvò major eſt indigentia in eo, qvi officia humanitatis à me poſtulat, eò magis qvoqve, ut ſuperius diximus, obligatio mea accedit ad perfectam; igitur tum recurrendum erit ad regulam qvartam.

§. 133.

Unde facile conſtat, qvid in concurſu patris & filii, qvorum uterqve alimenta à me poſtulat, dicendum ſit. Ita enim arbitror: Qvamdiu filius nondum eſt educatus, præferendus erit patri, qvia ipſi perfectè obligor, patri imperfectè. Sin jam ex poteſtate dimiſſus, patri erit poſtponendus, qvia pater gratitudinem poſtulat. &c.



Digitized by Google

communem humanitatis ...
tiam ex accepto benefici...
oqve iterum hic eſt dupl...

§. 131.

Ita ſi concurrat Patronus ...
paupere etiam cognato, ...
poſtponendus.

§. 132.

Modo tamen uterqve ...
ſi dives Patronus à me don...
alius eleemoſynam deſider...
Patrono erit præferendus, ...
jor eſt indigentia in eo, qvi ...
nitatis à me poſtulat, eo magi...
ut ſuperius diximus, obliga...
dit ad perfectam; igitur ...
dum erit ad regulam qvartam

§. 133.

Unde facile conſtat, qvi...
patris & filii, qvorum uterqve
à me poſtulat, dicendum ...
arbitror: Qvamdiu filius ...
ducatus, præferendus ...
ipſi perfectè obligor, patri ...
jam ex poteſtate dimiſſus, p...
ponendus, qvia pater gra...
ſtulat. &c.



§. 134.

Si autem plures qvi me beneficio non affecerunt à me beneficiũ deſiderent, tum 8. *Qvò arctiori vinculo aliqva perſona nobis conjungitur, eò præſtationes, qvæ ipſi debentur, aliis præponderant.* Ratio jam iterum latet in theſi. Ita uxor præferenda fratri, frater patruo. &c.

§. 135.

In univerſum tamen, qvæ hactenus traditæ ſunt regulæ, videntur limitationem accipere à ſeqventibus: 9. *Inter leges qvæ à poteſtatibus ſubordinatis proficiſcuntur lex inferioris poteſtatis cedit legi ſuperioris. Ubi utriqve ſimul ſatisfieri neqvit.* Inde Deo oportet magis obedire qvam hominibus. Et juſſa regum juſſis patrum familias præponderant.

§. 136.

10. *Inter conventiones legesqve cæteræ æqvales peculiaris præfertur generaliori & qvæ propius ad rem accedit.* Nam generalia per ſpecialia ad certi qvid determinantur.

§. 137.

11. *Prout cujusqve legis materia aliam nobilitate, utilitate aut neceſſitate ſuperat, ita regulariter una alteri præponderat.* Nam

inferiori obligationi velut hæc exceptio intelligitur addita, ut præſtetur, ſi per majoris momenti obligationem fieri qveat.

§. 138.

Ita ſi lex una ſit, *neqvis die feriato cum armis in publico verſetur*, altera; *ne qvis ſigno audito tumultus indice domi ſe contineat, ſed cum armis magiſtratui in foro præſto ſit*, & tumultus die feriato oriatur, dicendum erit, poſteriorem legem habere ſe inſtar exceptionis in ordine ad priorem, hoc modo: neqvis die feriato cum armis in publico verſetur, niſi tumultus cauſâ à magiſtratu evocetur.

§. 139.

Plura ejusmodi axiomata ſuppeditantur à Grotio, non ita aperta tamen, ſed de qvibus dubitare non ſine ratione liceat. Tale eſt illud: *Ut in prohibitionibus, illa, qvæ pœnam adjunctam habet, ei, qvæ pœnâ vacat, &, qvæ majorem pœnam minatur, ei, qvæ minorem præferatur.*

§. 140.

Qvemadmodum enim prohibitio ſine ullâ pœnâ nullius videtur momenti, ita regula, qvòd ex duobus malis minus ſit eli-

eligendum in malis moralibus non procedit.

§. 141.

Ita qvòd addit Grotius: *Juratum pactum ſi concurrat cum alio, cui abeſt jurisjurandi religio, huic præferendum eſſe*, fluit ex iſtâ hypotheſi, qvod Grotius arbitratur, jusjurandum novam obligationem promiſſo ſuperaddere, cujus contrarium jam ſuprà demonſtravimus.

§. 142.

Deniqve dum concludit: *Id qvod poſtremo dictum eſt, debere vincere*, non tam ad interpretationem reſtrictivam pertinet, & caſum, ubi duæ leges apparenter colliduntur, ſed ubi omnis interpretatio ceſſat, & vera ſubeſt antinomia.

§. 143.

Sufficiant hæc ad oſtendendum uſum regulæ de vitandâ abſurditate ac iniqvitate in reſtrictivâ interpretatione; III. deniqve *ratio legis* maximopere ad reſtringenda verba legis generalia momentum affert. Unde axioma vulgatum: *Ceſſante ratione, ceſſat ipſa legis diſpoſitio.*

§. 144.

Uti verò ſuprà qvoad interpretatio-



Digitized by Google

nem extenſivam fecimus, ita & hic qvoqve diſtinguẽdum verit, utrum unica fuerit ratio legis vel pacti, an plures: *Si unica*, tum ſi ea ceſſet, reſtringendam etiam eſſe legem, nulla reſtat dubitatio.

§. 145.

Verum ubi legis *plures* fuerint rationes, non ſtatim unâ earum ceſſante reliqvæ expirant aut minus validæ ſunt ad ſuſtinendam legis efficaciam: interdum tamen *unicâ* ſaltem deficiente ratione reſtrictio procedit.

§. 146.

Nimirum ſi lex aut pactum plures habeat rationes *æqvè principales*, ſufficiet ad reſtrictionem, ſi vel una earum deficiat.

§. 147.

Unde faciliùs poſſunt emergere caſus, in qvibus recta ratio ſvadeat interpretationem coarctari, qvàm extendi. Scilicet ut in omnibus rebus ut effectus non ſeqvatur ſatis eſt unam cauſarum deeſſe; ſed ut naſcatur, omnes convenire oportet, ita in actibus obligationem producentibus ut interpretatio reſtringatur, ſatis eſt, unam cauſam deficere, ſed ut extendatur, omnes congruere neceſſe eſt.

Sed

§. 148.

Sed ſi ex pluribus rationibus una ſit *principalis*, reliqvæ *ſecundariæ*, *illâ* modo ceſſante non abſtinebit à coarctatione interpres, etiamſi ex his aliqvæ ad caſum obvenientem qveant applicari.

§. 149.

Exemplum interpretationis reſtrictivæ ob rationem deficientem dabit ſpecies iſta. Lex eſt; *qvi propter tempeſtatem navim reliqverunt, omnia perdant; eorum navis cæteraqve ſint, qvi in navi remanſerint.* Magnitudine tempeſtatis omnes perterriti navem reliqverunt & in ſcapham conſcenderunt præter unum ægrotum, qvi propter morbum exire & fugere non potuit. Caſu navis in portum incolumis delata eſt. Illam ægrotus poſſidet. Navim petit, cujus fuerat.

§. 150.

Hic ſane *ratio legis* fuit, ut qvi ob navim ſervandam vitam ſuam periculo expoſuit, aliqvo præmio gaudeat. Qvod ægrotus hic prætendere non poteſt, qvi neqve eo fine in navi remanſit, neqve ad eam ſervandam qvicqvam contulit.

§. 151.

Notandæ tamen ſunt limitationes qvædam regulæ noſtræ. 1. Accidere ſæpius, ut legis alicujus ratio ſit non ſolum *ignota*, ſed & talis, ut generalis aliqva æqvitatis regula *aliud ſvadere* videatur. Si tamen voluntas ſuperioris hâc parte ſe perſpicuè determinaverit, ſubjectis meritò pro ratione eſſe jubetur, & ad producendam obligationem ſufficiet, donec ipſe Princeps, cui hoc ſoli relinqvendum eſt, ex æqvitate legem correxerit.

§. 152.

2. Valebit regula noſtra tum demum, ſi ratio ejus ceſſet *in univerſum*, hoc eſt in aliis caſibus ſimilibus ſæpiùs evenientibus, non ſi in caſibus certis rariſſimè contingentibus.

§. 153.

E. g. Lex eſt: *Impubes ne faciat teſtamentum*; Ratio, qvia nullum eſt ejus animi judicium. Datur impubes, cui eſt prudentia ante pilos: Qværitur, an poſſit teſtari? non poteſt.

§. 154.

Aliud: lex eſt; *ne bona minorum alie-*

Digitized by Google

nentur *abſqve neceſſitate*, idqve commodo illorum conſtitutum eſt, ne rebus ſuis temere ſpolientur. Datur caſus, qvo ſit utile minori rem alienare citra neceſſitatem: qværitur, an id liceat judici? Non licet.

§. 155.

*Magnam* affinitatem cum præcedente obſervatione habet. 3. Qvod non ſufficiat ſi ratio legis qvoad *actum* ceſſaverit, ſed ſatis ſit ad interpretationem reſtrictivam impediendam, ſi non deficiat qvoad *potentiam*.

§. 156.

Senſus eſt: Lex vel conventio in qvâ legiſlator vel paciſcentes reſpexerunt rationem aliqvam, puta ut periculum aut incommodum evitarent, non ſolum in iis caſibus valet, qvando iſtud revera eſt ſecuturum; ſed in illis qvoqve, ex qvibus probabiliter aut ſaltem non adeò difficulter exiſtere poſſe creditur.

§. 157.

Ita ſi lex ſit; *ne qvis noctu cum facibus per plateas ambulet*, non excuſatur qvis, ſi dicat, ſe ita circumſpectè iis uti, ut nemini damnum inde proveniat.

§. 158. Ita

§. 158.

Ita ſi inter duos populos fœdere cautum ſit, *ne exercitus aut claſſis intra certum locum deducatur*; licet ratio conventionis fuerit, ut ne inde damnum actu alicui inferretur, haud qvicqvam tamen licebit exercitum aut claſſem eò deducere, utut animus nocendi abfuerit. Nam ſufficit, qvòd alteri facilè noxa qveat inferri ab eo, qvi intra illum locum verſatur.

§. 159.

Penè obliti fuiſſemus regulæ, qvæ & uſitatiſſima eſt, & communiter ambitu ſuo ampliſſima eſſe creditur, ut in omni interpretationis ſpecie ſibi locum vindicet, qvæ nimirum in diviſione materiæ prout hæc vel favorabilis eſt, vel odioſa, nititur.

§. 160.

Qvippe qvod interpretationem *declarativam* concernit, nihil notius eſt, qvàm qvòd dici ſoleat: *Favorabilia eſſe latius, odioſa ſtrictiùs interpretanda.*

§. 161.

A qvo alterum parum differt: *Favorabilia eſſe extendenda, odioſa reſtringenda;* niſi

niſi qvòd hoc magis ad interpretationem *extenſivam* & *reſtrictivam* reſpiciat.

§. 162.

Sed neſcio, an hujus axiomatis is ſit uſus qvi communiter creditur, & non potiùs rectius ſit, ſi in datis regulis maneamus, & entia præter neceſſitatem non multiplicemus.

§. 163.

Nam ſi initio *fundamentum* ejus reſpicias, nititur id diviſione materiæ de qva ſermo eſt; adeoqve nihil obſtat, qvo minus hoc intuitu id referre poſſis ad regulam de materiâ; qvod verba ſecundum materiam ſubſtratam ſint intelligenda.

§. 164.

Deinde ſi diſqviras, qvid ſit *favorabile*, qvid *odioſum*, deprehendes nimium qvantum variare Dd. Grotius tres ſpecies dicit eorum qvæ *promittuntur*, alia *favorabilia*, alia *odioſa*, alia *mixta* ſive media.

§. 165.

*Favorabilia* vocat qvæ æqvalitatem in ſe habent, & qvæ communem ſpectant utilitatem, qvæ qvò major ſit atqve latiùs pateat, eò majorem ait eſſe promiſſi

favorem. Ergò eorum qvæ ad pacem faciunt majorem eſſe, qvam eorum qvæ ad bellum; belli item ob tuitionem ſuſcepti majorem, qvàm aliis de cauſis.

§. 166.

*Odioſa* autem eſſe ſtatuit, qvæ partem alteram tantum aut plus alterà onerant, qvæ pœnam in ſe continent, & qvæ actus faciunt irritos, & qvæ de prioribus aliqvid immutant.

§. 167.

Qvodſi *mixtum* ſit aliqvid, ut mutans qvidem priora, ſed pacis causâ, id pro magnitudine boni & mutationis modò favorabili, modo odioſum cenſeri, ita tamen, ut cæteris paribus favor cenſeatur potior.

§. 168.

Hîc igitur ſi *primò* ſpectes, qvod Grotius diviſionem hanc in *promiſſis* adhibeat, dubium oriri poſſit, an eandem etiam in legum interpretatione habeat locum? Sanè qvæ Grotius de æqvalitate & inæqvalitate affert, ad leges qvæ ſemper inæqvalibus feruntur accommodari neqveunt. Et tamen nihil freqventius eſt, qvàm qvòd JCti eandem regulam ad leges exten-

tendant, dum v. g. aſſerunt: *Beneficia Principis eſſe extendenda; Leges pœnales reſtringendas*, item: *ſtatuta & omnem legem derogantem admittere ſaltem interpretationem reſtrictivam.*

§. 169.

*Secundò* cum nogotiis humanis ſic eſt comparatum, ut nullum reperire qveas, qvod *ex omni parte favorabile aut odioſum* appellare poſſis, cum hi termini non rei ipſius eſſentiam, ſed relationem ad utilitatem aut damnum, qvod homines inde ſentiunt, exprimant, et verò ubiqve qvod uni damnoſum eſt, alteri utilitatem afferat. Aut ſi vel maxime hoc contingere poſſit, unam eandemqve rem pluribus utilitatem afferre, inter hos certè nulla deſuper erit contradictio, ut interpretatione pacti aut legis ad eam tollendam ſit opus.

§. 170.

*Tertio.* Etſi verò Grotius in eo occupatus ſit, ut *regulas* certas de diſcernendis favorabilibus ab odioſis tradat, vereor tamen an eæ magnum momentum afferant, ſi à regulis, qvas ſupra dedimus, abſtrahas. Ita qvod *favorabilia* concernit:

qv

qvid ſi in fœdere pacis conventum ſit *captivos utrinqve, reſtitui*? Et una pars qvæ longè plures captivos detinebat, pro ſingulis ſingulos velit reddere, altera vero omnes pro omnibus; ex Grotii notis hæc poſterior pro ſe afferet, *favorabile* eſſe negotium, cum *ad pacem ineundam* ſit directum, adeoqve extendendam eſſe locutionem; prior verò urgebit *odioſum* ita pactum eſſe, qvæ partem alteram *plus alterâ oneret*, atqve adeo in ſe non habeat utilitatem.

§. 171.

Ita ſi fingamus legem eſſe, qvæ *frumenti exportationem probibeat, pœnâ gravi in exportantem ſtatutâ*, & qvis *farinam exportaverit*; ſi regulam de favorabilibus & odioſis qvis hîc applicare velit, facilè videri poteſt, exportantem non eſſe puniendum, qvia lex iſta ad *odioſas* ex dictis Grotii referenda eſſet, non ſolum qvia de priori licentia aliqvid immutat, ſed & qvia *pœnam* in ſe continet; cum tamen certum ſit, legem illam ad præſentem caſum, ob rationis identitatem, pertinere.

§. 172.

Non eqvidem ignotum eſt, in legibus Ro-

Romanis ſæpius ex favore rei deciſionem peti in ambiguis, ut in cauſis *libertatis*, *dotis* &c. Sed tum vel in applicatione ſimul ad unam regularum præcedentium reſpicitur, vel, qvod ita decidendum ſit, juri civili debetur, determinanti qvid pro favorabili habendum ſit, citra qvam determinationem ſi fuiſſet, negotium non potuiſſet expediri. At jam qværimus de regulis interpretationis ex dictamine rectæ rationis ſolùm hauriendis.

§. 173.

*Qvartò:* Qvod regulas concernit, qvas Grotius de *uſu* favorabilium &c. in doctrinâ interpretationis format, (& in ſummam contractæ id volunt. 1. In *non odioſis*, h. e. ut intelligo, in *mixtis*, ſumenda verba in uſu populari & latiſſimo. 2. In *favorabilibus*, ſi artifex ſit qvi loqvatur, verba etiam in ſenſu artificibus peculiari, non tamen planè improprio, niſi ad evitandam abſurditatem vel iniqvitatem, accipi poterunt. 3. In *odioſis* ſermo figuratus aliqvantulum admittitur, ut onus vitetur) ad illas cum uno ſaltem vel duobus exemplis univerſalitatem haud

qvamqvam inferentibus illuſtret, multæ inſtantiæ dari poterunt, in qvibus ſi ſolùm regulas iſtas applicare velis, dubium & obſcurum ſermonem tollere non poteris, aut ſi applicatio cum dictamine rectæ rationis non pugnet, etiam citra iſtas ex ſuperioribus regulis de materiâ ſubſtratâ, effectu, ratione &c. iſti dubio ſatisfieri poſſit.

§. 174.

Ita dum jus Romanum pollicetur actionem, ſi qvis de poſſeſſione rei ſuæ *dejectus* eſt, rectè Grotius notat id etiam extendendum eſſe ad eum, qvi vi *vetitus* eſt ad ſuum accedere; ſed non tam ex ratione regulæ primæ, de *non odioſis*, qvam ex *ratione* legis, qvia jus Romanum omnẽ violentiam privatam voluit hoc modo coercere.

§. 175.

Ita dum Caligula eorum, qvi pro ſe & *poſteris* civitatis jus impetraverant, *nepotibus* jus civitatis negabat, qvaſi non intelligi deberent poſteri ultra primum gradum; non opus eſt ad convincendum iniqvitatis Caligulam ad primam Grotii regulam refugere, ſed ſufficit qvod in

*poſte-*

qvæqvam inferentibus ... ſtantiæ dari poterunt, ... regulas iſtas applicare ... obſcurum ſermonem ... ris, aut ſi applicatio cum ... rationis non pugnet, etiam ... ſuperioribus regulis de ... effectu, ratione &c. ... poſſit.

§. 174.

Ita dum Jus Romanum ... onem, ſi qvis de poſſeſſione ... ctus eſt, rectè Grotius ... tendendum eſſe ad eum, ... eſt ad ſuum accedere; ſed ... tione regulæ primæ, de ... ex *ratione* legis, qvia jus Rom... violentiam privatam volui... coercere.

§. 175.

Ita dum Caligula eorum, q... *poſteris* civitatis jus impetra... *ſibus* jus civitatis negabat, ... elligi deberent poſteri ult... radium; non opus eſt ad con... iqvitatis Caligulam ad prim... rulam refugere, ſed ſuffic...



*poſterorum* voce nulla ſit obſcuritas, ipſe vero Caligula omni ratione, qvæ reſtrictivam interpretationem ſvadeat, deſtituatur.

§. 176.

Ita ex regulâ ultimâ de *odioſis* defendere nollem factum Aureliani, qvi eo tempore qvo proficiſcebatur ad bellum Orientale, *bilibres coronas* populo promiſit, ſi victor rediret, poſt reditum verò ſuum *coronas de panibus ſiligineis* ſingulis donavit. Erat enim hoc evidens verborum cavillatio, qvamvis neq; populus â ſtultitiâ excuſari poterit, qvòd ſperaverit aureas.

§. 177.

Qvæ hactenus dicta ſunt procedunt in *obſcuritate*, qvæ ſic comparata eſt, ut adhibitâ arte rectæ interpretationis legitimo aliqvo modo ſuperari exponiqve poſſit, nam in cæteris qvæ adeò obſcura ſunt, ut humano intellectui *nullam* diſcernendi facultatem relinqvant, fruſtrà ſuam curam operamqve interpres conſumpſerit.

§. 178.

Puta v. g. ſi qvis loqvatur planè *ſine ul-*



Digitized by Google

*ſâ vocis ſignificatione*, ſi id qvod ſcriptum eſt *prorſus legibile non ſit*, neqve oculis poſſit perſpici, neqve intelligi qvid ſignificet.

§. 179.

Si deficiat item *omnis conjecturæ voluntatis*. *Ut ſi* teſtator *Titium* liberis ſuis tutorem dederit, ſintqve Titius pater & filius, nec appareat qvem dederit, neuter Tutor erit. Aut ſi dixerit: *Si Stichus heres non erit, liber & heres eſto*, non valebit ſubſtitutio.

§. 180.

Aut ſi voluntas loqventis *nullum exitum* invenire poſſit, ut in verè perplexis, qvorſum etiam referre poſſis exemplum modò memoratum de Sticho ſibimetipſi ſubſtituto.

§. 181.

Ita Julianus illam inſtitutionem: *Si Titius heres erit, Sejus heres eſto; ſi Sejus heres erit, Titius heres eſto*, ut perplexam ſcribit eſſe inutilem, cum conditio exiſtere non poſſit.

§. 182.

Mihi verò, qvod pace Juliani dixerim, videtur Teſtator non id voluiſſe, ut neuter *ante alterum* heres ſit, qvomodo Julianus

Digitized by Google

anus eum intellexit, ſed ut neuter *ſine altero* heres eſſet, ac ſi dixiſſet: *Titius & Sejus heredes ſunto; ſi unus eorum heres non erit, nec alter heres eſto.*

§. 183.

Nam cum verba inſtitutionis, & hanc interpretationem admittant, putamus eam expoſitioni Juliani eſſe præferendam, qvoniam magis convenit cum regulâ, qvam ſupra ex loco de effectu inculcavimus.

§. 184.

Magis ad hunc locum videtur ſpectare illuſtre exemplum conventionis inter *Paridem & Menelaum.* Conventum fuerat ut *victori* cederet Helena; In repetitione ejuſdem ante pugnam dictum erat: Ut ei cederet Helena qvi alterum *interfeciſſet*, Paris ſuccumbens fugâ ſibi conſulebat. Petebat Menelaus ſibi Helenam adjudicari ut *victori*, contradicebat Paris qvòd ipſe adhuc *viveret*. Qvæſtio erat, *an poſterior repetitio conventionem priorem ambiguam explicuiſſet, utrum in poſteriore mentio interfectionis ſaltem exempli loco facta fuiſſet?* Pro utràqve ſunt conjecturæ non contemnendæ, ac, ut nobis videtur,



Digitized by Google

deciſione ejusdem in æqvilibrio ſuſpendentes.

§. 185.

Similiter ſi *manifeſtè ſunt pugnantia* in ſermone aliqvo, ceſſat interpretatio, qvia nemo eodem tempore contraria potuit voluiſſe. Hinc Leges Romanæ inculcant: *Ubi pugnantia inter ſe in teſtamento juberentur, neutrum ratum eſſe. Scripturas* etiam *diverſas fidem invicem ſibi derogantes ab unâ eademq; parte prolatas nihil firmitatis habere.*

§. 186.

Niſi forte unus ſermo ſit alteri poſterior. Nam *qvod poſterius inter contrahentes placuit, derogabit prioribus, & ubi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiqva abrogat nova.*

§. 187.

Peccatur verò contra hanc ultimam obſervationem de pugnantibus, etſi graviter, communiter tamen ab interpretibus juris Romani, qvi nullas *antinomias* in legibus Juſtiniani deprehendi aſſerunt.

§. 188.

De iis loqvor, qvi vel legem in aliâ parte corporis Juſtinianei apertè abrogatam

cum

Digitized by Google

cum abrogante, vel leges in unâ eademque parte ſibi invicem apertè contradicentes mediis quibuſcunque conciliare allaborant.

§. 189.

Nollem adeò JCto alias magni nominis dum contrà Wiſſenbachium diſputat, ſæpiùs excidiſſe has voces. Ad evitandas antinomias potius quibuſcunque diſtinctionibus pugnam eſſe dirimendam.

§. 190.

Scilicet hæc eſt *ἰδία ἐπίλυσις*, quàm alii rectè contrariis bonæ diſputationis accenſent, quâ quis ad ejus voluntatem quam ſuſcepit interpretandam, ſuum intellectum non accommodat, ſed ad ſuam voluntatem alterius intellectum detorquet.

§. 191.

Sed de eo alibi fuſius. Tu modò diſce, hâc viâ impoſſibile eſſe, ut quis evadat JCtus, cum ea à tramite interpretationis juſtæ deflectat, ſed fieri aliquem Sophiſtam, & verborum cavillatorem.

§. 192.

Antequam huc abeamus, monendum, ne quis ea quæ hactenus tradidimus indiſtinctè arbitretur, ad *voluntatem divinam* eſſe applicanda. Etſi enim ſupra aſſertum fuerit, legibus divinis exponendis easdem inſervire interpretationis regulas, quibus utimur in expoſitione ſermonis humani; non tamen putandum eſt, acſi quoque omnia quæ de obſcuritate verborum, ejusque diviſione fuſius diſſeruimus, ad voluntatem divinam pertineant.

§. 193.

Manet enim *ſcripturæ perſpicuitas* illæſa, etſi unus alterve ejusdem locus ſit explicatu difficilior, in quibus regulæ bonæ interpretationis vel ideò adhibendæ erunt, tùm ut *ignorantia* tollatur noſtra, tum ut evitemus verborum Scripturæ *cavillationes*.

§. 194.

Sunt igitur multæ *differentiæ* inter obſcuritatem vo-

*lun-*

*luntatis divina & humana*, quarum quaſdam ſaltem brevitatis ſtudio tangemus.

## §. 195.

I. Obſcuritas voluntatis divinæ magis eſt in *intellectu humano* quam in ſermone divino: At in voluntatis humanæ declaratione ſæpiùs vitium hæret *in ſcripto & verbis*, non in interprete.

## §. 196.

Unde II. Scripturæ difficultas confundit aliquando ſaltem *indoctos* & *Sophiſtas*; obſcuritas verò voluntatis humanæ *doctiſſimos & ſapientiſſimos* plus unâ vice in anguſtias redigit.

## §. 197.

Itaque III. Si adhibeas regulas interpretationis, & maximè ex loco de conjunctis origine petas ſubſidium, difficultatem iſtam in præceptis divinis *facilè ſuperare* poteris. At obſcuritas voluntatis humanæ ſæpiùs eſt *inexplicabilis*.

## §. 198.

Neque enim IV. *perplexitatem* deprehendes in legibus divinis, benè tamen in legibus & pactis hominum.

## §. 199.

Neque V. *pugnam genuinam* in præceptis Dei poteris oſtendere, infinita verò oſtendi poterunt in legibus humanis; quicquid etiam hic proteſtetur Tribonianus quispiam &c. Reliqua pete à Theologis.

# FINIS LIBRI SECUNDI.

Digitized by Google

# CHRISTIANI THOMASII
## Liber Tertius
# INSTITUTIONUM
# JURISPRUDENTIÆ
# DIVINÆ,
## In Poſitiones ſuccinctè contractæ.

*Lactant. de orig. error. c. 5.*

O quam difficilis eſt ignorantibus veritas, & quam facilis ſcientibus!

---

*Francofurti & Lipſiæ,*
Sumptib. Mauritii Georgii Weidmanni,
M DC LXXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
GEORGII WILHELMI,
DUCIS BRUNSVICENS.
ET LUNEBURG.
&c. &c.
in Conſilio Juſtitiæ Aulico
Conſiliario,
*Præ-Nobiliſſimo & Excellentiſſimo*
Domino
AUGUSTO HEILANDO,
&c.
Patrono & Affini ſuo
honoratiſſimo

Digitized by Google

torporem hucusque ſuum & ignaviam
in
dulciſſimo epiſtolarum commercio
purgaturus
ſimul vero
IPSIUS PRÆNOBILISS.
EXCELLENTIÆ
de Fœdere Conjugali
cum Lectiſſimâ Virgine
animitus gratulaturus,
librum tertium harum Inſtitutionum
maximam partem
circa Societatem Conjugalem occupatum, debitâ veneratione,

dedicat

Chriſtianus Thomaſius.

INSTI-

Digitized by Google

corporem hucusque
in
dulciſſimo epiſtolarum
purgatum
ſimul vero
IPSIUS PRÆNO
EXCELLENTI
de Fœdere Conjug
cum Lectiſſima
animitus gratul
librum tertium harum Inſt
maximam partem
circa Societatem Conjugal
rum, debitâ venerat

dedicat

Chriſtianus Thomaſ

# INSTITUTIONUM JURISPRUDENTIÆ DIVINÆ

## LIBRI TERTII CAPUT I.

## De Officio Hominis erga ſocios in genere.

§. 1.

Conſideravimus hactenus officium hominum qvorumvis in qvacunq; ſocietate viventium, jam pergendum ad præcepta dirigentia *ſocietates ſingulas.*

§. 2.

*Qvid ſit ſocietas & qvotuplex* initio expoſuimus.



Digitized by Google

§. 3.

Ubi ſimul *ſpecies naturalium* ſocietatum recenſuimus, *nuptialem*, *paternam*, *herilem*, *domum*, *vicum provinciam*, *rempublicam*, deniqve *ſocietatem gentium*.

§. 4.

Ex his qvædam *naturales* dicuntur, qvod homo â *natura* etiam *citra voluntatem* ſuam in iiſdem ſit conſtitutus, talis eſt ſocietas Gentium. Qvædam verò ſic appellantur, qvod *natura* hominem eò ducat per ſpecialem inſtinctum, qvi hominem ad eandem *ex voluntate* obeundam impellit.

§. 5.

Atqve hic *inſtinctus* vel eſt *utriq; ſtatui* & integro & corrupto communis, qvorſum pertinet ſocietas *nuptialis* & *paterna*, vel *ſtatui corrupto* proprius, qvò ſpectant *herilis*, *vicus*, *municipium*, *provincia*, *reſpublica*. Qvorum utrumqve jam ab initio demonſtravimus.

§ 6.

Poſſes etiam priorem inſtinctum commodè vocare *internum*, cum â Deo homini ſit concreatus, poſteriorem vero *exter-*

externum, cum indigentia & metus periculorum eum potiſſimum elicuerit.

§. 7.

Atqve ut hoc qvidem fuſius deducemus infra, ubi de ſocietate civili agendum erit, ita de priori non ſinit dubitare hiſtoria ſacra.

§. 8.

Ut adeò in Divinum Numen & in hiſtoriam ſtatus integri maximè injurii eſſemus, ſi ſtatuere vellemus ex appetitu *corrupto* provenire, qvod homines magis *ſocietatem nuptialem*, qvam civilem appetant, qvaſi nempe jucunda magis qvam honeſta proſeqvantur.

§. 9.

Qvod ipſum etiam Ariſtoteles, etſi Ethnicus, agnovit. *Homo*, ait, *magis ad conjugium factus eſt à naturâ, qvam ad ſocietatem civilem, & tanto qvidem magis, qvanto prior magisqve neceſſaria eſt domus, qvam civitas, qvantoqve filiorum procreatio animantium omnigeneri communior eſt.*

§. 10.

Qvemadmodum vero in moralibus potiſſima ratio in *fine* negotiorum ſita eſt, ita & *ſocietates* inter ſe qvam maxime

à *finibus* diſcernuntur, certè diſcerni debent.

§. 11.

Ac de *tribus ſimplicibus* quidem nullum ferè remanet dubium, *conjugalis* enim *liberorum procreandorum*, *paterna educandæ ſobolis & herilis comparandarum rerum* ad vitam neceſſariarum gratiâ initur.

§. 12.

De *compoſitis* videndum diſtinctius. Quod *domum* ſeu familiam attinet, non disquiremus prolixè, utrum *paterna* ſocietas ad eandem requiratur nec ne? Verius; ad perfectam familiam requiri triplicem conjunctionem Patrisfamiliàs cum uxore, liberis & ſervis. Deficiente ex his uno fieri imperfectam familiam magis aut minus, prout deficiens membrum magis aut minus eſt neceſſarium.

§. 13.

*Finis domus* dicitur eſſe *uſus quotidianus* patrisfamiliàs, quo ipſo vel idem finis, qui eſt in herili ſocietate, intenditur, vel, quod probabilius conjunctio trium finium, quos obſervant ſocietates ſimplices; nam & generationem ſobolis & educationem non male uſum quotidianum patrisfamiliàs appellare poſſis.

§. 14.

§. 14.

Revera igitur novus finis intuitu domus non inculcatur, aut diverſus à ſocietatum fine ſimplicium.

§. 15.

Sequitur *vicus* ſeu *pagus*. Etſi enim hæc duo ſecundum nonnullos ita differre dicantur, ut *vicus* ſit, in quo nihil eſt quam vicinitas incolarum ſine ullo magiſtratu vel Rectore proprio, *pagus* vero certo regendi ordine conſiſtat; tamen communi philoſophantium uſu hæ voces uſurpantur promiſcue, ut pro diverſitate hypotheſeos vel de vico affirmetur regimen, vel etiam id negetur de pago.

§. 16.

Conſtituitur vero à Peripateticis *finis vici*, *uſus non quotidianus*; ſcilicet, ut arceatur ab ovilibus *lupus*, & pellatur à tecto *fur nocturnus*, ut *incendia* reſtingvantur, & erigantur *ſepes* vento dejectæ &c.

§. 17.

At *civitatis fines* duo proponuntur, unus ultimus, *εὐδαιμονία*, id eſt, vera beatitudo civilis, non uni homini ſed toti populo inſinuanda, ſubordinatus alter *αὐτάρκεια* ſive bonorum & præſidiorum



Digitized by Google

externorum ſufficientia, ut ſcilicet paulo elegantius, quam in pago vivamus; nec furunculum modo nocturnum, ſed & validam latronum manum arcere queamus.

§. 18.

Ex dicta itaque finium diſcrepantia oritur ipſis etiam differentia *materiæ* inter *vicum & civitatem.* Nempe *vici materiam* eſſe *familias una plures*, numero indefinito, quod nimirum ad uſum non quotidianum ſufficiant, *civitatem* vero conſtare ex *pluribus vicis*, cum plures utique familiæ hic requirantur, quam in vico, tam ad priorem finem; quia ſine juſta multitudine nec magiſtratus varii commodô haberi, nec legibus vis coactiva firmiter conciliari poteſt, tam ad poſteriorem, quia præter agricolas, qui pago utcunque ſufficiunt, oportet eſſe mercatores, opifices, milites.

§. 19.

Nobis autem ſententiam hanc profundius expendentibus, videtur eadem non omnibus carere dubiis. Initio enim non accurate *terminis effertur iſta finium differentia*, quoniam haud dubie etiam

am αὐτάρκεια referri poterit ad uſum hominum non quotidianum, ut adeò hac parte finis pagi à fine civitatis non tam ſpecie quam gradu differat.

§. 20.

Deinde etſi regerere velis, in eo tamen manere ingentem differentiam, quod unicus vici finis ſit, uſus non quotidianus, at αὐτάρκειαν eſſe ſaltem civitatis finem ſecundarium, adeoque hic magis ad beatitudinem civilem tanquam finem ultimum eſſe reſpiciendum, qui in vico non poſſit obtineri, quoniam in hoc ut vicinus vicinum ex viro malo bonum reddat, nulli vici quà talis conventione comprehendatur; tamen & hic quæ reſpondere poſſumus multa ſuppetunt.

§. 21.

Uti enim per *beatitudinem civilem* nulla alia intelligi poteſt, quam pax & tranquillitas communis, quacunque etiam periphraſi ejus utaris, ita vel maximè tranquillitas hæc per præſidia externa contra violentiam ad turbationem ejusdem promovetur, quæ adeo magis ad εὐδαιμονίαν referre velim, quam ad αὐτάρκειαν; at & hæc ſuo modo obtinebitur in vico,

quamvis impari rurſus gradu, dum videlicet dicitur, ad finem vici pertinere propulſationem *furis nocturni*, ad civitatis defenſionem contra validam *latronum* manum.

§. 22.

Accedit quod nec vici, quà talis conventioni adverſum videatur, *ut vicinus vicinum ex viro malo bonum reddat*. Qui enim id adverſum eſſe inculcant, præſupponunt, ad vici quà talis, conſtitutionem requiri, æquales eſſe vicinos, ut nulli in alterum jus competat puniendi.

§. 23.

Sed hæc quidem ratio non ſolum petit id quod eſt in principio, ſed & ipſum Ariſtotelem habet diſſentientem, qui videlicet inculcat, *maximè ex natura pagum eſſe coloniam domus, ac uti domus omnis regnatur ab eo, qui maximus natu eſt, ita & colonias regi propter cognationem.*

§. 24.

Tertio quod exempla attinet, quibus à Peripateticis *uſus non quotidianus* vici explicatur, videas & hic à nonnullis talia afferri, quæ nullam ferè, certè exiguam inter vicum & civitatem relinquant

quant

quamvis impari rurſus [illegible]
licet d[illegible]tur, ad finem [illegible]
pul[illegible]onem *[illegible]* [illegible]
defenſionem contra [illegible]
manum.

§. 22.

Accedit quod nec vici [illegible]
ventioni adverſum videatur [illegible]
*[illegible] ex viro malo [illegible]*
enim id adverſum eſſe [illegible]
ſupponunt, ad vici [illegible]
onem requiri, æquales eſſe [illegible]
nulli in alterum jus compet[illegible]

§. 23.

Sed hæc quidem ratio no[illegible]
tit id quod eſt in principio [illegible]
Ariſtotelem habet differentia[illegible]
delicet inculcat, *maxime [illegible]*
*eſſe coloniam domus, ac [illegible]*
*gnatur ab eo, qui maximus [illegible]*
*colonias regi propter cognation[illegible]*

§. 24.

Tertio quod exempla [illegible]
à Peripateticis *uſus non* [illegible]
explicatur, videas & hic à [illegible]
lia afferri, quæ nullam fere [illegible]
guam inter vicum & civ[illegible]



quant differentiam, dum eò referuntur *emere, vendere, pugnare, arare, mercari &c.* qui adeo ſuprà memoratis, ad pagum ſolos *agricolas* requirentibus, ſatis apertè contradicunt.

§. 25.

Qvarto, quinimo & ipſa exempla ſuperius adducta parum diſcernunt vicum à familia, præprimis ſi illa non ſit redacta ad minimum perſonarum numerum. Cur enim *paterfamiliàs* aliquot ſervis inſtructus non poſſet *lupum* arcere, *furem nocturnum* fugare, *incendium* obortum, cæteris paribus, extinguere, *ſepes* erigere? &c.

§. 26.

Porrò ut ad *materiam vici & civitatis* pergamus, quemadmodum quintò non audent Peripatetici *minimum numerum familiarum* ad pagi conſtitutionem requirendarum exprimere; ita ſextò id univerſale non erit, quod ad civitatem neceſſariò requirantur *plures vici*.

§. 27.

Quid enim obſtat, quo minus in uno vico tot poſſint congregari familiæ, ex quibus quidam patres familias magiſtratuum


Digitized by Google

tuum vices gerant, alii agricolarum, mercatorum, opificum, militum.

§ 28.

Exemplo ſit *Reſpublica Romana*, initio ſuo uno vico circumſcripta, quam pro civitate, qui habere nollet, is negaret civitatem, ubi eſſet reſpublica, hoc eſt eſſentiam rei, ubi adeſſet forma.

§. 29.

Hinc diximus ſuprà, civitatem modò immediatè ex pluribus familiis, modo ex pluribus vicis, modo ex pluribus provinciis componi, indicio, *vicos* & *provincias* non tam à civitate differre ſpecie ac finibus, quam ut partes à ſuo toto.

§. 30.

Prout enim civitas magna aut parva eſt, plures vel pauciores etiam partes habet, ſic ut quandoque eam in plures provincias, provinciæ in plures vicos, vici in plures familias diſpeſcere poſſis, quandoque etiam, ſi adhuc diffuſius ſit territorium, provinciæ in plures *diœceſes* ſeu diſtrictus, hi demum in plures vicos dividi poſſint.

§. 31.

Atque hæc etiam fortè fuit ratio, cur Ariſtoteles in politicis poſt conſideratio-

nem

Digitized by Google

tuum vices gerant, ...
catorum, opificum, ...

§ 28.

Exemplo ſit *Reſpublica* ...
ſuo uno vico circum...
civitate, qui habere ...
veritatem, ubi eſſet reſp...
ſenniata rei, ubi adeo ...

§. 29.

Hinc diximus ſupra, ...
immediate ex pluribus ...
ex pluribus vicis, modo ...
vinciis componi, indicio, ...
cias non tam à civitate ...
finibus, quam ut partes ...

§. 30.

Prout enim civitas magna ...
eſt, plures vel pauciores ...
habet, ſic ut quandoque ...
provincias, provinciæ in ...
cos, vici in plures familias ...
ſis, quandoque etiam, ...
ſit territorium, provinciæ in ...
*cæſes* ſeu diſtrictus, hi demum ...
cos dividi poſſint.

§. 31.

Atque hæc etiam forte ...
... in politicis poſt ...



nem trium ſimplicium ſocietatum ſtatim pergeret ad tractationem de Republica, ac domus & vici ſaltem ſummatim & quaſi obiter mentionem injiceret, nullam plane provinciarum, & quæ poſſunt aliæ eſſe magnarum civitatum particulæ; quoniam nempe hæ ſocietates deſtituuntur *peculiari fine* à civitate diverſo.

§. 32.

Igitur nec à nobis aliud expectabis, quam ut perpenſis *officiis hominum in ſocietatibus tribus primis*, ſtatim pedem promoveamus ad *civitatem*.

§. 33.

Et in hac quidem ſubſiſtunt communiter peripatetici, ultra non pergentes ad *ſocietatem gentium*, etſi & hæc, ut mox apparebit, ad ſocietates naturales pertineat. Cauſam iſtam tradunt, quod *civitas ſit ſocietatum omnium perfectiſſima*, pro fine videlicet habens beatitudinem civilem, quæ in aliis ſocietatibus civitate majoribus non obtineatur.

§ 34.

Nos vero hac ratione non obſtante tendemus ulterius, partim quod ea nihil firmi videatur inferre, partim quod ad-

Digitized by Google

adhuc dubium ſit, civitatem in univerſum eſſe ſocietatem perfectiſſimam.

§. 35.

Etſi enim facile majorem perfectionem ei concedamus, quam ſocietati gentium communi, propter modò dicenda, non tamen propterea omnibus ſocietatibus majoribus præferenda eſt, certe non præferri meretur ſocietati quæ eſt inter *plures reſpublicas confœderatas*.

§. 36.

Fœdera enim plerumque ineuntur propter *commercia*, aut propter *auxilia bellica*. Iſta αὐτάρκειαν intendunt, hæc εὐδαιμονίαν. Utraque declarant civitates ſolas ſæpius non eſſe aptas ad finem ſuum conſequendum, unde tum non erunt ſocietates perfectiſſimæ.

§. 37.

Itaque etſi fœderatorum ſocietas non ſit naturalis, ſed arbitraria, etſi novum finem præ civitate non intendat, quoniam tamen civitatis fines ſæpius melius obtinet, & inter arbitrarias quam proxime ad naturales accedit, & *de fœderibus* poſt civitates quædam dicemus.

§. 38.

Digitized by Google

§. 38.

Neque ſuperſedebimus adeò poſt fœdera *de officiis in ſocietate communigentium* diſſerere, etſi hæc civitatis perfectionem non attingat, iſta enim ratio, quod alterum erat, nobis non ſufficit.

§. 39.

Nam alias nec de *ſocietatibus ſimplicibus* aliquid dicendum foret.

§. 40.

Nec obſtat, quod in *ſtatu naturali* dicatur ſatis eſſe, ſi quis progrediatur usq; ad perfectiſſimum. Jam enim ſuprà removimus Peripateticorum ſententiam, quaſi qui diſciplinam aliquam traditurus eſt, ideam ſibi formare debeat ſtatus cujusdam perfectiſſimi.

§. 41.

Majus dubium nobis, ut ab hujus ſocietatis tractatione abſtineremus, injicere poterat, quod eadem præ civitate novum finem non videatur habere, ſed *ſolam tranquillitatem ſeu beatitudinem* intendat.

§. 42.

Sed ſalva res eſt. Aliud enim eſt *beatitudo civilis*, aliud *beatitudo communis* humani generis.

§. 43.

§. 43.

Hoc tamen diffiteri non poſſumus, talia *præcepta ſpecialia*, quæ in reliquis ſocietatibus ſimul occurrent, non expectanda eſſe in *ſocietate gentium*, quoniam nempe hujus ſocietatis finis eſt norma communis finium reliquorum in ſocietatibus minoribus, unde, quæ hic valebunt, axiomata *generalia*, neceſſe quoque eſt, ut valeant in reliquis ſocietatibus.

§. 44.

Hæc vero nulla alia erunt, quàm quæ jam *libro præcedenti* præoccupavimus.

§. 45.

Neque tamen & ſic ſterilis futura erit diſceptatio de *officio gentium inter ſe*, cum occaſionem nobiliſſimam ex præceptis iſtis generalibus concluſiones ſpeciales formandi, ſuppeditatura ſint duo capita, Juris Gentium potiora, Legatorum inviolabilitas & jus ſepulturæ.

§. 46.

Aſt, inquies, fruſtra hæc omnia diſputabuntur, *ſi non datur ſocietas Gentium*. Ita eſt equidem, ſed *datur utique* ſocietas inter gentes, quia univerſum humanum ge-

§ 43.

Hoc tamen differt … ſpeciales, quæ … ex his ſimul occurrere … da eſſe in ſocietate gentium … nempe hujus ſocietatis … communis finium … tatibus minoribus, unde … bant, axiomata … que eſt, ut valeat in … bus.

§ 44.

Hæc vero nulla alia erunt … jam libro præcedenti præoccupa…

§ 45.

Neque tamen & ſic … diſceptatio de officio gentium … occaſionem nobiliſſimam … iſtis generalibus concluſionibus … formandi, ſuppeditatura … Juris Gentium potiora, Leg… violabilitas & jus ſepulturæ.

§ 46.

Aſt, inquies, fruſtra hæc … tabuntur, ſi non datur ſocietas … eſt equidem, ſed datur utique … ter gentes, quia univerſum …



genus natura unitum eſt ad certum aliquem finem.

§. 47.

De *fine* jam diximus, quod ſit pax communis & tranquillitas. *Unio* verò hominum quorumcunque ad hunc finem exinde demonſtrari poteſt, quod inter omnes homines ſit juris quædam ad iſtum finem obtinendum communio.

§. 48.

Videlicet ligat hanc ſocietatem gentium, ſi non aliud, certè præceptum abſolutum de æqualitate conſervandâ & quatuor inde dependentia vincula, quæ præcedenti libro indicavimus.

§. 49.

Quæ quoniam ſunt abſoluta & omnem conventionem humanam antevertunt, ſimul innuunt, *ſocietatem inter gentes* vel maximè *naturalem* eſſe, non arbitrariam. Cōvenientiſſimè adeò eam Grotius *ſocietatem rationis & ſermonis* appellat, & nos hactenus eandem ſub voce *ſtatus naturalis* ſimpliciter poſitâ, quatenus opponitur ſtatui civili, de notavimus.

§. 50. A.

Digitized by Google

§. 50.

Agnovit ea quæ poſuimus Camillus apud Livium, *ſibi cum Faliſcis eam eſſe ſocietatem* aſſerens, *quam ingeneravit natura*, & univerſi generis humani ſocietatem ex ſapientibus ſæpius inculcat Cicero.

§. 51.

Non confundenda tamen eſt hæc ſocietas cum *ſocietate mundi*, cujus plus una vice mentionem injiciunt Philoſophi Gentiles, & Stoici potiſſimum, quippe quam adhuc latiorem eſſe ſocietate gentium opinabantur, comprehendentem nimirum complexu ſuo Deos pariter & homines; Quod uti erroneum eſt, ita de ſocietate hominis cum Deo quantum ad jurisprudentiam divinam ſufficit, pauca præſuppoſuimus ſuperius, & fuſius eandem explicavimus alibi.

§. 52.

Neque convenienter locutos eſſe opinamur, qui hanc gentium ſocietatem nomine *univerſalis Reip. omnium hominum* inſigniverunt. Non eſt Reſp. ſine imperio, at Societas Gentium imperio caret humano, & ſola inter naturales in ſtatu poſt lapſum *æqualis* eſt.

§. 53. Et

§. 53.

Et vel ob hoc ipſum ſocietas Gentium eſt *imperfectior civitate*. Etſi enim hæc ſocietas libertatis nomine & immunitatis ab omni ſubjectione inſigniter blandiatur, eadem tamen in hoc corrupto ſtatu præ civitate plurima habet adjuncta incommoda, cum ſecuritati parum ibi ſit conſultum. Ibi enim quisque propriis tantum viribus protegitur, in civitate omnium; ibi fructus ab induſtriâ ſuâ nemini certus, his omnibus; ibi imperium affectuum, bellum, metus, ignorantia, feritas; hic imperium rationis, pax, ſecuritas, ſcientia, benevolentia.

§. 54.

Nec &, qvod dicas, *inter eos non eſſe ſocietatem*, qvorum unus alterum quoad faciem vel famam vel alio quocunque modo non novit; quales v. g. ſumus nos & homines in Nova Zembla.

§. 55.

Nam hæc objectio id ſaltem infert, in hâc ſocietate non ita *arctam eſſe amicitiam*, ut in aliis, ut plane nulla ſit ſocietas; non inde inferri poterit.

§. 56.

Si enim inter concives imperii, v.g. inter Saxonem & Bavarum, ſi inter concives unius Principis v.g. inter Lipſienſem & Dresdenſem, ſi inter concives mancipii unius eſt ſocietas, uti profecto eſt; etſi neuter alterum unquam noverit, cur non & inter homines iſtâ ratione non obſtante, ſocietas eſſe poſſet.

§. 57.

His ita præmiſſis inquirendum nunc paucis in *præcepta*, quæ *officia ſociorum in genere* dirigunt, ubi nullum quidem ſupereſſe arbitror dubium, ex iis, quæ *præcedenti libro* prolixius oſtendimus, omnia ac ſingula præcepta ibi inculcata obtinere etiam in ſingulis hominum ſocietatibus.

§. 58.

Præter ea, ante omnia reſpiciendum ad ſocietatis *diviſionem*, quâ ſuperius eam diximus eſſe vel *mixtam*, vel *æqualem* (nam *inæqualis*, qualis eſt ſola inter Deum & homines, ad hunc librum non pertinet.) In *æquali* enim, ſeu ſocietate gentium iſta præcepta ſufficiunt.

§. 59.

At in *mixta*, quales ſunt naturales reli-

qvæ,

Digitized by Google

quæ, quatenus ea *imperium* in ſe continet, accedit prioribus præceptum aliquod ſpeciale ad inferiores & ſubjectos pertinens: HOMINI, CUI IN ISTA SOCIETATE COMPETIT IMPERIUM, PARE.

§. 60.

Fluit hoc non ſolum in genere ex *primo*, quod initio demonſtravimus, *principia practica*, ſed in ſpecie ex *definitione ſocietatis mixtæ*, quæ talis non eſſet, ſi imperanti à reliquis non foret præſtanda obedientia.

§. 61.

Tum & ex *cuſtodiâ ſocialitatis*, quoniam pax & tranquillitas humani generis nimium quantum turbaretur, ſi in ſocietatibus ſpecialibus humanis inferiores ſuperioribus nullam præſtarent obedientiam, cum ſic finis plerarumque iſtarum ſotietatum, de quo mox plura, in hoc corrupto ſtatu non poſſit obtineri.

§. 62.

Qvid qvod & præceptum *de pactis* ſervandis ſæpiùs hanc paritionem ex parte inculcat, quoniam imperia *plerumque* mediantibus pactis introducuntur.

§. 63.

Dico: *plerumque*. Hic enim vitanda erunt duo extrema, unum ejus ſententiæ, quæ ſtatuit, *omne imperium oriri ex pacto*; alterum opinionis huic adverſæ: Omne imperium oriri *immediatè ex voluntate divina* citra pactum.

§. 64.

Nos vero quoddam *immediatè à Deo*, quoddam *mediante pacto* (eo videlicet modo quo ſuprà aliquoties pactum ad productionem juris vel obligationis alicujus concurrere diximus) produci opinamur. Res optimè patebit ex dicendis in ſingulis ſocietatum ſpeciebus.

§. 65.

Sed iſtud tamen hâc occaſione ſimul notandum, non confundendam eſſe *originem legis*, quæ jubet, imperanti eſſe parendum, cum ipſâ *imperii origine*. Lex enim hæc in univerſum naturalis eſt, & ex ratiocinatione cognoſcitur, citra revelationem vel divinam vel humanam. At imperium huic vel illi in ſocietate competere, non ſemper ratiocinatione aſſequi poteris, ſed quandoque neceſſe erit, ut notitiam conventionis habeas in

qvem

quem videlicet per pactum imperium ſit tranſlatum, ut in civitate, quandoque etiam revelationem divinam præſupponit & jus poſitivum univerſale, ut in ſocietate conjugali.

§. 66.

Porrò inter ſocietates mixtas tres *ſimplices*, & ex compoſitis *reſpublica* ſpecialibus gaudent finibus, ut hactenus demonſtravimus. Igitur harum ſingulis accedit præceptum ſpecialiſſimum Juris naturalis: FAC EA, QVÆ FINEM CUJUSQVE SOCIETATIS NECESSARIO PROMOVENT, ET AMITTE EA, QVÆ ISTUM NECESSARIO TURBANT.

§. 67.

Aliàs enim *ſocietas non eſſet ſocietas*, quia finis eidem dat eſſentiam.

§. 68.

Aliàs peccaretur contra *primũ principium Jurisprudentiæ divinæ*, quod Deo ſit parendum, qui ſocietatis alicujus autor eſt, aut etiam contrà præceptum de *pactis ſervandis*, quatenus ſocietates â pacto ſumſerunt originem, vel contrà aliud præceptum ſpeciale libri præcedentis, v. g.



Digitized by Google

*de officiis humanitatis*, qvatenus finis ſocietatis cujusdam in illo præcepto nititur.

§. 69.

Cum vero unius rei *plures* poſſint eſſe *fines*, & idem in ſocietatibus etiam obtineat, ut unus earum finis ſit principalis, alius vel alii ſecundarii, recta ratio dictitat, canonem noſtrum procedere de *fine primario*, quia ab hoc ſocietas ſpecificatur.

§. 70.

Unde & hic in concurſu cum finibus ſecundariis ſemper iis erit præponendus.

§. 71.

Qvin & reſpectu conſtituendæ ſocietatis SI CERTUM SIT, A PERSONIS, QVÆ SOCIETATEM INIRE VOLUNT, FINEM SOCIETATIS PRIMARIUM OBTINERI NON POSSE, nulla erit ſocietas, neque admittenda eadem, etiamſi poſſit obtineri finis ſecundarius, ſi hic extrà ſocietatem illam aliàs non toleretur.

§. 72.

Dico: *ſi certum ſit*. Si enim ſpes adſit mediis

Digitized by Google

diis naturalibus à perſonis ad tempus impeditis finem primarium aliqvatenus poſſe obtineri, etſi melius ſit, ut perſonæ à ſocietate tunc abſtineant, admitti tamen eadem poterit.

§. 73.

Deinde loqvor, de *conſtituenda ſocietate*. Si enim à perſonis initio capacibus ſemel inita ſit ſocietas, non ſtatim ceſſabit eadem, etiamſi poſtea perſonarum una vel utraque fiat incapax, citra ſpem recuperandæ habilitatis, neq; enim tum licebit in univerſum uni alterâ invitâ à ſocietate recedere, quin aliqvando ob prohibitionem ſuperioris, non licebit utrisque conſentientibus.

§. 74.

*Uſus harum obſervationum* ſe paſſim exeret in ſingulis ſocietatibus, maximè in conjugali.

§. 75.

In quibus adeò, quantum ad Jurisprudentiam naturalem, nihil ulterius expectare debes, quam ut præcepta hactenus ſummatim exhibita, ad *easdem applicemus*, partim *ſpeciales concluſiones* inde



Digitized by Google

formando, partim *quæſtiones* quasdam *controverſas* ex iisdem definiendo.

## CAPUT II.

# De Officio Hominis Intuitu ſocietatis conjugalis.

§. 1.

INcipiemus autem à *ſimplicibus ſocietatibus*, quoniam ex his componitur civitas. Inter eas maximè naturalis eſt *ſocietas conjugalis*, quia communiter omnes homines in ſe deprehendunt *inſtinctum* ad eandem ineundam.

§. 2.

Cujus intuitu quodnam *officium* cuiq; incumbat tanto *difficilius* eſt exponere, quanto intricatius hoc negotium reddidere illuſtres controverſiæ à Theologis, JCtis, Philoſophis in utramq; partem acrius ſæpè & ſubtiliter magis, qvàm perſpicuè & diſtinctè ventilatæ.

§. 3.

Videtur verò ejus *difficultatis ratio* potiſſimum in eo ſita eſſe, quod plerumque jura

formando, partim ...
... ex iisdem ...

## CAPUT I.

## De Officio Hom... tuitu Societatis ... jugalis.

§. 1.

INcipiemus autem à ...
tis, quoniam ex his compo...
tas. Inter eas maximè natura...
tas conjugalis, quia commu...
homines in ſe deprehendunt...
ad eandem ineundam.

§. 2.

Cujus intuitu quodnam ...
incumbat tanto difficilius e...
quanto intricatius hoc negot...
dere illuſtres controverſiæ ...
JCtis, Philoſophis in utramq...
us ſæpè & ſubtiliter magis ...
cè & diſtinctè ventilatæ.

§. 3.

Videtur verò ejus difficultas ...
tiſſimum in eo ſita eſſe, quod ...



jura *divina humanis* fuerint mixta, & maximam partem jus *naturale* cum *jure poſitivo univerſale* ex ignorantia confuſum, aut *eorundem ſeparata tractatio* nonnunquam ex inſtituti ratione & operis argumento fuerit omiſſa.

§. 4.

Si enim fateri volumus, quod res eſt, nulla eſt ex humanis ſocietas, qvam divinum numen tot ſpecialibus præceptis muniverit, quàm conjugalis, quæ adeò ſedulo dabimus operam, ut â legibus naturalibus ſecernamus, *ab his initium facturi*, ut eò melius poſteà declarare poſſimus, qvid revelatio rationi ſuperaddat.

§. 5.

Repeto autem ante omnia ex *hypotheſibus* hucusque demonſtratis præcipuè iſtas. 1. Per *legem naturalem* nos haud aliam intelligere, qvàm eam, qvam ſuperius definivimus, & cujus fundamentum demonſtravimus ſitum eſſe in neceſſaria convenientiâ & disconvenientiâ cum natura hominis ſociali, id eſt pacificâ.

§. 6.

2. Concluſiones vel *quæſtiones*, qvæ hic occurrent, examinandas eſſe ſecundum

 ductum

Digitized by Google

ductum *axiomatum præcedenti* capite indicatorum; qvæ omnia ex fonte illo propullulant.

§. 7.

3. Ex qvo ſuâ ſponte fluit, actuum hic tractandorum *juſtitiam* aut *injuſtitiam* ex iſtis regulis fore dijudicandam, illosqve adeò, ad quos eædem plane non pertinent, abſtrahendo â revelatione divinâ pro *licitis* eſſe habendas.

§. 8.

4. Hoc tamen probe notandum erit, cum actionis *licitæ* vocabulum non ſit abſolutum, ſed reſpectum ad legem habeat, denotetqve eam, qvæ nec lege præcepta eſt, nec prohibita, cavendum tibi eſſe, dum in priori hujus capitis parte terminum actus *liciti* audis, ne putes, eum omni jure divino eſſe licitum, cum jam ſaltem de jure naturæ loquamur, multa verò lege poſitiva ſereniſſimè ſint prohibita, ad qvæ lex naturalis non attingit.

§. 9.

5. Ulterius etſi ea qvæ *licita* dicuntur inter præcepta & prohibita quaſi *intermedia* jaceant, tamen iſtud *medium* non in-

Digitized by Google

intelligendum eſſe in puncto, ſed cum aliqva laxitate, ita ut modo prohibitioni, modo præceptioni ſit propinqvior, ferè ut Peripatetici mediocritatem ſuam virtutis explicant.

§. 10.

Nam qvæ ſocialitatem aut finem ſocietatis alicujus etſi non neceſſario, *promovent*, ſed *per accidens*, â *praceptis* propius abſunt, qvæ ê contrario *turbant per accidens*, *probibitioni* propiora ſunt, adeoqve abſtrahendo à revelatione divinâ illa laudabilius committuntur hæc omittuntur. Igitur & hic *gradum licentiæ* ſimul adjiciemus.

§. 11.

6. Non mirari tamen debes ſi *poſterior pars* oſtenderit, etiam ea, qvæ mero jure naturæ *præceptis propiora* videbuntur, â Deo lege poſitiva eſſe prohibita. Non enim metienda eſt divina prudentia ſecundum regulas prudentiæ humanæ, & ſufficere nobis debet, qvod actus ejusmodi ad ſocialitatem non ſit neceſſarius, præprimis cum ſæpius accidere poſſit, ut in uno actu plures occurrant circumſtantiæ, qvarum una magis ad promotio-

Digitized by Google

tionem, altera magis ad turbam pacis communis inclinent, qvo pacto, ſi absq; revelatione divinâ foret, fluctuaret profecto ratio noſtra ſæpius, utrum laudabilius eſſet, ejusmodi actionem committere an omittere.

§. 12.

Neqve illud 7. ommittendum, qvod ſuprà inculcavimus; non valere *iſtam illationem*. Hic actus in ſacris literis præceptus aut prohibitus etiam *à Gentilibus* fuit pro honeſto vel turpi agnitus, ergo ejus *determinatio à lege naturali* provenit.

§. 13.

Unde non ſine cauſa commentatoribus ſuis vapulat Grotius, qvod *ad probationem juris naturæ* putaverit *adhibenda eſſe teſtimonia, Philoſophorum, Hiſtoricorum, Poetarum, Oratorum*. Etſi ipſe hoc argumentum pro demonſtrativo aut qvod indiſcretè adhibendum ſit, non ventilet.

§. 14.

Nam qvod ait: *Ubi multi diverſis temporibus & locis idem pro certo affirmant, id ad cauſam univerſalem referri debere, quæ in qvæſtionibus juris alia eſſe non poſſit, quam*

aut

Digitized by Google

*aut recta illatio ex naturæ principiis procedens; aut communis aliquis conſenſus; illam jus naturæ indicare, hanc jus gentium, quorum tamen diſcrimen non ex ipſis teſtimoniis ſed ex materiæ qvalitate intelligendum ſit*; id plures meretur obſervationes.

§. 15.

Initio enim id valde dubium reſtat, qvod dicit: *affirmationem multorum diverſis temporibus & locis factam à cauſa qvadam univerſali oriri.* Per iſtos enim *multos*, per Philoſophos, Hiſtoricos, Poëtas, Oratores ad qvos provocat, haud dubiè intelligit ſcriptores Græcos aut Romanos. Ad horum conſenſus ſi alia argumenta deficiant, ut cauſæ univerſali adſcribatur, nulla perſvadebit ratio, qvoniam iſti populi haud longâ terrarum intercapedine à ſe invicem diſcreti ex perpetuo commerciorum uſu belli paciſqve publicis negotiis & vitæ qvâdam atqve morum convenientia facile in qvasdam conditiones tacito conſenſu tranſire potuerunt.

§. 16.

Deinde dum Grotius cauſas univerſales teſtimonia Gentium elicientes recen-

ſet,

ſet, inſufficientem earum enumerationem tradit, dum ſaltem ad *dictamen rectæ rationis & communem conſenſum* provocat, ſui videlicet ipſius oblitus, qvod initio eruditi ſui operis inter leges univerſales totum humanum genus adeoqve & gentes obligantes, etiam recenſuerat *legis divinæ voluntariæ aliqvam ſpeciem*, qvam neqve ad illationem ex naturæ principiis, neqve ad communem conſenſum gentium referre poterit ipſe.

§. 17.

Atqve hanc plus una vice cauſam fuiſſe teſtimoniorum â Philoſophis gentilibus petitorum ſimul oſtendimus ſuperius.

§. 18.

Ubi ſimul rejecimus, *jus gentium propriè dictum à jure naturali ſpecie differre*, qvare non opus eſt, ut adverſus id qvidqvam urgeamus amplius, qvod porrò Grotius de *conſenſu & jure gentium* hic immiſcet.

§. 19.

Deniqve ipſe Grotius fatetur non tam ex teſtimoniis Gentilium qvam ex *materia qvalitate* dijudicandum eſſe, qvid ſit ju-

juris naturalis, qvid non, qvo pacto evidens evadit, tutius iſto argumento de conſenſu Philoſphorum Gentilium hic abſtineri.

§. 20.

Et iſta qvidem vel ideò paulò fuſius hic fuerunt monenda iterum, qvod ſæpius ſcriptores, qvi officia conjugalia exponere aggreſſi ſunt, in definiendis controverſiis difficilioribus, dum actum aliqvem jure naturali prohibitum eſſe aſſerunt, nullam prohibitionis rationem tradunt, ſed qvaſi re bene geſtâ, loco *rationis* exhibent *teſtimonium Philoſophi gentilis*.

§. 21.

Jam ad rem. Qvilibet homo dum ſepoſita revelatione naturam ſuã meditatur, deprehendit in ſe *occultam qvandam propenſionem & acres ſtimulos ad conjunctionem cum individuo diverſis ſexus*, cujus & ipſius inclinationes ſi inqvirat, cognoſcit affectum iſtum â Deo ut *mutuum* utriqve ſexui inditum eſſe.

§. 22.

Cognoſcit ulterius ſtimulos iſtos magis *à diſpoſitione corporis qvàm animi* ortum ſuum ducere, non ſolum qvod ſæpè eos

Digitized by Google

eos alia omnia cogitando ſentiat aut plerumqve cogitationes ſuas antevertere & excitare percipiat, ſed & qvod ſimiles ejusmodi ſtimulos inveniat in *beſtiis*, unde occaſionem nanciſcitur hoc paſſu naturam ſuam conferendi cum beſtiarum ſtructura.

§. 23.

*Has* eqvidem videt *certis anni temporibus* à ſtimulis iſtis actos conjungi, eamqve conjunctionem naturaliter *ad generandum ſui ſimile* eſſe deſtinatam. Eâ vero peractâ videt maſculum ferè derelinqvere fœmellas, hasqve ſolas poſteà *onus edendi fœtus*, editumqve *nutriendi* ferre.

§. 24.

*Suas* vero propenſiones *non limitatas* eſſe ſentit ad certa anni tempora, ſed qvodammodo perpetuas, conſiderat *ſangvinis ſui* partes agiliores, & majorem vim *vaſorum ſuorum*, deſtinatorum tamen etiam *ad ſobolem* per ſimilem conglutinationem *generandam*.

§. 25.

Ulterius penſitat, cum inclinatione iſta *in ſe* conjunctum eſſe *affectum beſtiis incognitum, amorem* videlicet, vi cujus etiam

Digitized by Google

am citrà corporum communicationem in benevolentiâ certæ cujuſdam perſonæ majorem felicitatis ſuæ partem poſitam eſſe credit qvàm in benevolentia aliorum, ob odium verò aut averſationem ejuſdem contriſtatur, ipſius delectationibus ferè magis afficitur qvam propriis; doloresqve ejusdem graviter ſentit ipſe.

§. 26.

Porrò cum beſtiæ nullum diſcrimen faciant *individuorum*, in *ſe* deprehendit homo nimium *variantes inſtinctus*, qvorum cauſas plerumqve reddere non novit, ut nimirum erga unum individuum vel nullos planè vel adverſos etiam ſentiat amoris ſtimulos, eosdem viciſſim magis ad hanc qvàm ad iſtam perſonam inclinantes.

§. 27.

Præterea & *maſculi* in ſe detegunt ſingularem qvandam *inclinationem in ſobolem* à fœminâ *conceptam* pariter *& editam*.

§. 28.

Deniqve in *ſe* communiter utriusqve ſexus homines *peculiarem ad concubitum*



Digitized by Google

*ſtimulum* ſentiunt, etiam qvando ſobolem per eum generare aut concipere non poſſint, ut ſi fœmella jam ſit gravida, aut ubi vitæ civilis vel tranqville vivendi ratio non ferat ut ſocietatem generandæ ſobolis gratiâ ineant, ſentiunt utiqve & ſingulariſſimam in generationis actu *delectationem*, qvæ fere iſtius irritamenti primariò movens cauſa eſt; qvæ omnia ſi exactè rem penſitent, *in beſtiis aliter ſe habere* cognoſcunt.

§. 29.

Nam & difficulter mutum animans *poſt conceptionem* ingreſſorem admittit, & beſtias *nulla vita civilis* aut tranqville vivendi *ratio*, utpote qvâ deſtituuntur omninò, *impedire poteſt*, ut inſtinctum naturalem generandi traducant in actum.

§. 30.

Et ſi loqvi volumus, qvod res eſt, *nullam* proprie percipiunt beſtiæ *delectationem* ex congreſſu, qvoniam videlicet ratione & ſenſu interno easdem deſtitui ſuprà diximus, ſed *ſimulacra* ſaltem ut rationis, ita & ejusmodi *delectationis* in beſtiis apparent.

§. 31.

Digitized by Google

§. 31.

Qvilibet enim propriâ experientiâ in ſe deprehendere poterit, *delectationem eſſe cogitationem* vel ſimplicem vel cum meditatione conjunctam *voluptatis* vel *præſentis*, vel *præteritæ*, vel *futuræ*. Neutrum *de beſtiâ* prædicare poteris, qvia eadem nullo modo cogitat vel meditatur.

§. 32.

In eo tamen inter has *tres* delectationis ſpecies eſt differentia; *præſens* voluptas miris modis hominem præ aliis afficit, ſuiqve recordationem ſpecialem phantaſiæ & memoriæ hominis imprimit, qvâ dum *præteritam* voluptatem profundiùs cogitat, ſæpius etiam abſente objecto vehementer ad appetendum de novo irritatur, & ad cogitationes prolixiores *futuræ* delectationis diſponitur.

§. 33.

Qvod ſi vel maximè delectationem *hominis* hac parte cum delectationis ſimulacro, qvod in *beſtiis* deprehenditur, comparare velis, deprehendes *actum* ex qvo delectatio illa oritur ita *communem eſſe homini cum beſtiis*, ut rationis (qvæ hominem alias à brutis ſecernit) imperium

qvam maximè excutere nitatur idem, & ſæpiſſime excutiat.

§ 34.

Qvemadmodum enim *beſtiæ* ita fortiter ſtimulis generandi aguntur, ut, ſi acrius iisdem ſint commotæ, vix verberibus aut vi majori, faciliùs aliàs ipſorum inclinationes reliqvas reprimente, retineri poſſunt. Ita profectò in *hominibus* momentum præſentaneæ jucunditatis tam ſvaviter ideam ejus homini repræſentat, ut nullum majus in iſto momento bonum concipere valeat, etſi mox ratio à delinimentis illis liberata contrarium evidentiſſime eidem demonſtret.

§. 35.

Qvin & *fruſtratum* diutiùs *conjunctionis deſiderium* ita aliqvoties homines extrà ſe rapuit, ut res nunqvam aliàs committendas perpetraverint.

§. 36.

Nam etſi & *aliorum affectuum* exceſſus ſubinde homines ad actiones, qvæ cum rationis dictamine pugnant, abripiant, tamen iſtius rei ratio vel pravæ educationi aut conſvetudini, vel certè peculiari alicui circumſtantiæ, qvam facilè homo

mi-

Digitized by Google

minimum aliqvo ante exceſſum tempore reprimere poterat, adſcribi poteſt.

§ 37.

Aſt *libidinis æſtrum* (de qvo hactenus locuti ſumus) ita *commune* eſt omnibus hominibus, ita aliqvando *homines bene educatos & ratione ſuâ rectè utentes*, à rationis tramite avertit, ut parum à *furore* differat.

§. 38.

*Originem* vero hujus rei homo revelatione carens ignorat, unde non poterit non, ſi ratiocinatione ſola hic uti velit, inferre *phyſicam libidinis* uti *furoris* eſſe cauſam.

§. 39.

Qvid qvod, cum ſentiat *furorem* à rationibus ſpecialioribus provenire, *libidinem* vero omnium hominum naturæ cohærere, iſtam inter hæc duo neceſſariò faciet comparationem, ut *furorem* pro accidente præter vel contra naturali libidinem pro naturali affectu habeat.

§. 40.

Deniqve cum ſciat, hominem non habere naturam ſuam à ſeipſo, uno abſurdo admiſſo id ex conſeqventiarum con-



Digitized by Google

nexione ſeqvetur, ut putet, *conditorem hominis* ipſi hunc affectum tribuiſſe.

§. 41.

Vides ergò, qvantum *ratio noſtra lumine ſcripturæ deſtituta cæcutiat*; Unde jam non difficulter præſumere poteris an ſemper ſolidi qvid ſperare debeas, ſi meditationes præcedentes, qvarum veritatem cuilibet proprius demonſtrabit ſenſus, conferas *cum præceptis juris naturalis & regulis ejusdem* hactenus expoſitis.

§. 42.

Eqvidem ſi initio *officium hominis circa ineundum conjugium* conſideres, non aberrabit adeo à voluntate divinâ ratio tua qvatenus adhuc recta eſt, ſi eam ſeqvaris. Dictabit enim *diſcrimen ſexus & naturalis facultas* hominibus indita commixtis corporibus ſeſe propagandi, *voluntatem creatoris eſſe*, ut hanc potentiam naturalem traducant in actum.

§. 43.

Idqve eò magis, qvo *majorem in ſe præ beſtiis agnoſcit eſſe ſexuum in ſe invicem propenſionem* mutuam ſimulqve ardentiſſimum *in prolem affectum*, cujus rationem

inter

Digitized by Google

inter alia & in eo ſitam eſſe videt, ne fortaſſe per incuriam aut ob moleſtias partus vel educationis, & qvia liberi ſæpe materiam dolendi, ſemper laborum & curarum præbent, nobile iſtud opus omitteret, citra qvod mortalium genus durare non poterat.

§. 44.

Ut itaqve circa alia ad qvæ *naturali appetitu* homo fertur, ut eſt *conſervatio ſui* ipſius, *amor & educatio ſobolis*, jus naturale præcepta cordibus hominum inſcripſit, ita & iidem ſentiunt circa *generationis actum obligationem* qvandam ſibi eſſe inditam.

§. 45.

Neqve enim putandum eſt, in his & ſimilibus actibus lege non fuiſſe opus, cum jam antea *inſtinctus & appetitus ſenſitivus* in talia ſat valide propellat; qvin potius invertenda erit ratiocinatio, naturam iſta, utpote incolumitatem generis humani, immediate conſervantia, qvàm accuratiſſime voluiſſe obſervari, dum velut diffiſa ſoli rationis dictamini eidem ſuccenturiari juſſit inſtinctum ita ve-

hementem, ut difficulter admodum homo in contrarium niti qveat.

§. 46.

Secernendi tamen hic probè ſunt *inſtinctus*, ne qvis nobis affingat, ac ſi indiſtinctè ab inſtinctu hominis metiremur ejusdem obligationem. Qvi *incolumitatem humani* generis non intendunt, qvi ex *ſtructo aliqvo illicito* oriuntur, qvi *pugnant cum lege naturali* jam demonſtratâ, ut vides, ab intentione noſtra alieni ſunt. Unde fruſtrá nobis oppones *inſtinctum matris ad prolem interficiendam* ex metu & fugâ infamiæ ortum.

§. 47.

*Primum* itaqve Præceptum officia hominis circa ſocietatem nuptialem dirigens erit iſtud: INEUNDUM ESSE MATRIMONIUM.

§. 48.

*Generalis* ejus *ratio* conſiſtit in præcepto de *cuſtodienda ſocialitate*. Cum enim ſocialis vitæ fundamentum ſit matrimonium, homines qvoqve ad idem obligabuntur, prout tenentur ad omnia qvæ ad eum finem neceſſariò faciunt.

§. 49. In

bementem, ut diffic...
mo in contrarium ...

§. 46.

Secernendi tamen ...
..., ne qvis nobis ...
... ab inſtinctu homin...
dem obligationem. ...
... generis non ...
... aliqvo illicito oriun...
... lege naturali jam ...
des, ab intentione noſtra ...
de fruſtrà nobis oppone...
tris ad prolem interficien...
gi infamiæ ortum.

§. 47.

Primum itaqve Præcept...
minis circa ſocietatem ...
gens erit iſtud: INEUND...
MATRIMONIUM.

§. 48.

Generalis ejus ratio conſiſt...
pro de cuſtodienda ſocialitat...
ſocialis vitæ fundamentum ...
nium, homines qvoqve ad ...
gabuntur, prout tenentur ad ...
ad eum finem neceſſariò ...



§. 49.

In *ſpecie* autem præceptum de cuſtodienda *æqualitate* illam obligationem elicit. Uti enim unum par hominum ad vitam in hoc ſtatu tranqville agendam non ſufficit, ſed multiplicationi generis humani ad eam obtinendam eſt opus, qva obligatione inducti noſtri (qvicunqve & qvotcunqve ſimus) parentes nosmet generarunt; ita æqvalitatis ſtudium nos impellit, ut & nobis & ſociis, noſtris de futuris iterum proſpiciamus ſociis cũ aliàs, qvotidie aliis poſt alios per mortem abreptis, facile evenire poſſit ut omnium longæviſſimi vitam ducerent miſerrimam.

§. 50.

Simul verò hæc ratio oſtendit, ad qvam claſſem præceptorum ex axiomate iſto generali æqvalitatem inculcante, præceptum noſtrum referri debeat, nempe ad legem illam qvæ *exhibitionem officiorum humanitatis* inculcat, qvia per ſobolis generationem indiſtincte & etiam citra pactum *aliis* proſumus.

§ 51.

Neq; illis ſolummodo, qvi nobiscum jam *ſocietate aliqva* juncti ſunt, ſed & ipſis



Digitized by Google

*poſteris noſtris*, in lumbis noſtris adhuc conſtitutis, nam & hi, ſecundum regulam vulgatam, qvoties de ipſorum commodo qværitur; habentur pro jam natis.

§. 52.

Indicant autem rationes allatæ, præceptum noſtrum ad *indefinita* & *indeterminata* pertinere, qvæ non *ſingulos* neceſſariò & *qvovis tempore* obligant.

§. 53.

Nam non ſolum *in genere* præcepta *affirmativa* ad ſui impletionem reqvirunt occaſionem, ſed & in ſpecie hic repetenda ſunt ea, qvæ ſupra de *præſtatione officiorum humanitatis*, qvod eadem obligent imperfectè & cum reſpectu ad commoditates proprias, diſtincte inculcavimus.

§. 54.

Hinc *matrimonii contrahendi occaſio*, non ex ſola ætate aut generandi aptitudine metienda eſt, ſed ut copia qvoqve ſit decentis conditionis, nec non facultas alendi uxorem & prolem naſcituram, ac ut mas qvoqve ſit idoneus ad gerendum partes patrisfamiliàs. Aliqvando etiam præ-

Digitized by Google

præſentium temporum & incumbentis functionis conditio de matrimonio cogitare non patitur.

§. 55.

Igitur non modo non eſt neceſſarium ſed ſtultum inſuper, *juvenes animum ad uxores applicare*, qvi ſibi ſuisqve nil niſi ſtrenuam eſuritionem poſſint polliceri, ac civitatem mendicabulis ſint impleturi, aut qvi ipſi ſuprà pueros parum ſapiunt.

§. 56.

Imò rectè faciunt, *qvi matrimonium differunt*, qvo commodius per cœlibatum animum excolunt, ac ad præſtanda egregia ſocietatis humanæ miniſteria ſeſe præparent, id qvod uxoratis per mores civitatis aut genium fœminarium non ita licebat.

§. 57.

Nec reprehendendus erit illorum *cælibatus*, qvi probabiliter prævident, ſeſe in cœlibe vita, ad qvam per continentiam exigendam habiles ſe deprehendunt, plus humano generi aut civitati ſuæ utilitatis poſſe præſtare, qvàm uxoratos, qvi adeò neqvidqvam putandi ſunt per naturam obligari, ut omnino præclaris ſuis

Digitized by Google

ſuis conatibus per muliebres illecebras velut remoram injiciant.

§. 58.

Multo minus reprehenſio metuenda eſt illis, qvi cum ex priori matrimonio liberos habeãt, hiſce prægravem *novercam aut vitricam ſuperinducere nolunt*, qvanqvam propterea *ſecundæ nuptiæ* non ſint habendæ pro illicitis, cum non ſemper malè per eas liberis prius genitis conſulatur.

§. 59.

Hæc omnia tamen ſic intelligenda ſunt, ut *non turbetur humanitas*, ut non turbentur *fines* matrimonii.

§. 60.

De qvibus adeò ordo poſtulat, ut jam diſpiciamus. Non enim ſufficit, ut ſciamus præceptum eſſe de ineundo matrimonio, niſi etiam cognoſcamus *qvid ſit matrimonium*. Hujus autem, ut in aliis ſocietatibus fieri diximus, *eſſentia* dependet *à fine*.

§. 61.

Jam conſtat inter gentes communiter nomine *matrimonii* venire illam *ſocietatem, qva concumbendi gratia* initur. Itaqve

qve qvos *concubitus fines* eſſe natura dictitat, ſeqvetur etiam *matrimonii fines* eſſe habendos.

§. 62.

At jam ſupra diximus, *duplicem* ob cauſam hominem ad appetendam conjunctionem ferri, ut *generetur ſoboles*, ut *libido reprimatur*.

§. 63.

Horum utrumqve homo ſibi relictus pro *naturali* habet. *Illum* qvoniam videt, ſeminis humani nullum alium eſſe uſum, qvàm ut ex eo formetur fœtus. *Hunc*, qvoniam communiter omnes homines inſtinctu intrinſeco ad voluptatem illam capiendam ferri per experientiam docetur.

§. 64.

Unde ſeqvitur ut idem iſtos duos fines pro *veris* matrimonii finibus habeat.

§. 65.

At plerumqve evenit ut in veris finibus uno pluribus unus magis intendatur, aut intendi debeat, qvàm alter, qvorum ille finis *principalis* appellatur, hic *ſecundarius*, ergo & de hoc diſcrimine in iſtis duo-

duobus matrimonii finibus nunc inqvirendum erit.

§. 66.

Si ex ſola comparatione naturæ humanæ cum beſtiali *obiter* inſpectâ res definienda foret, videri poſſet, *ſedationem libidinis matrimonii finem primarium* eſſe, qvoniam ſuprà diximus, procreationem ſobolis homini cum brutis eſſe communem, libidinis irritamentum homini ferè proprium.

§. 67.

Verum non patiemur, ut hæc caligo lumen veritatis obnubilet. Nam initiò ſimul ſuprà oſtendimus in beſtiis etſi non ſit libido propriè dicta, eſſe tamen eidem valde affine libidinis ſimulacrum.

§. 68.

Qvod ſimulacrum uti ibidem hanc ſimilitudinem cum libidine hominum habere aſſeruimus, ut libido fere rationis imperium excutiat, ita id *qvod magnopere rationi adverſatur, non poterit ſocietatis rationalis eſſe finis primarius.*

§. 69.

Qvapropter & communiter non ſolum latino, ſed & aliorum populorum idio-

idiomate, vel eminentiores concubitus merè libidinoſi, vel in genere omnes, *beſtialitatis* nomine audiunt.

§. 70.

Deniqve in qvæſtionibus juris naturalis definiendis non reſpiciendum eſt primario ad ſecundarias & accidentales eſſentiarum inter hominem & beſtias differentias, ſed ad *primariam*, qvæ conſiſtit in *ratione*, ratio in *ſocialitate*, ſocialitas in *tranqvillitate*, hæc in *præceptis* generalibus hactenus expoſitis.

§. 71.

Qvæ omnia cum collimeat *in utilitate communi humani generis*, ſecundum qvam utilitates ſingulorum erunt ordinandæ, ſimul neceſſariò ſeqvetur, *ſobolis generationem matrimonii principalem eſſe finem*, *libidinis extinctionem ſecundarium.*

§. 72.

Nam *illa* generi humano prodeſſe ſtudet, *hæc* ſingulis ſeorſim.

§. 73.

Cui & hoc adde, qvod *generatio ſobolis ſimul extinguat libidinem*, non vice verſa *omnis libidinis extinctio generat.* Igitur

actus

ille actus magis naturalis erit, qvam hic, cum in eo & communis & ſingularum utilitas ſit conjuncta.

§. 74.

Præter hos duos conjugii fines communi eruditorum conſenſu, additur *tertius*, *mutuum* nempe *adjutorium*, qvod ut rectius intelligas, notandum, ſocietatem nuptialem vel conſiderari *in ſe* absqve reſpectu ad alias ſocietates, vel *in ordine ad familiam*, cujus pars eſt.

§. 75.

*Priori* modo duobus iſtis finibus abſolvitur. *Poſteriori* intendit ſimul mutuum adjutorium in familia.

§. 76.

Sed hic iterum *mutuum* iſtud *adjutorium* diſtingvere poſſes in *ordinarium*, qvod ſemper in familia ſocietatis nuptialis proprium eſt, & *extraordinarium* ſeu ſubſidiarium, qvod ſupplet defectum alterius ſocietatis.

§. 77.

*Ordinarium* illud voco, dum amor adjutorium præbet marito in educandâ ſobole, regendis ſervis, acqvirendis vel conſervandis bonis.

§. 78.

§. 78.

*Extraordinarium* eſt, ſi paupertate v.g. laboret paterfamilias, ut ſervos & ancillas alere non poſſit, tùm enim ob defectum *ſocietatis berilis* neceſſe erit, ut maritus ſervi vices gerat, uxor ancillæ.

§. 79.

Puto autem ex dictis apparere, *utrumqve* hoc mutuum adjutorium inter *ſecundarios* conjugii fines eſſe numerandum, *prius*, qvod afficiat matrimonium in relatione ad extra, *poſterius*, qvod præſupponat defectum.

§. 80.

Hoc tamen jam velut obiter notes, per *mutuum adjutorium* communiter à ſcriptoribus indicari aliqvid à prioribus finibus duobus diſtinctum.

§. 81.

Cum igitur ſocietates humanæ ſpecificentur à finibus primariis, & vero hactenus demonſtratum ſit, generationem ſobolis eſſe finem primarium ſocietatis nuptialis, inde facile ſeqvens axioma conficitur: Societatem, qvæ generandæ ſobolis gratiâ ini-



Digitized by Google

tur (abſtrahendo à revelatione) eſſe ſocietatem nuptialem. Itemq; Non habendam eſſe eam ſocietatem pro nuptiali qvæ non intendit generationem ſobolis.

§. 82.

Anteqvam itaqve ad præcepta conjugibus obſervanda progrediamur neceſſe erit, ut oſtendamus *concluſiones*, qvæ per optimam conſeqventiam ex iſtis duabus poſitionibus inferri poſſunt.

§. 83.

*Affirmativam* qvod concernit, initio ex doctrina de ſocietatibus in genere id apertum eſt, *eſſentiam* ſocietatis nuptialis *non incipere ab adimplemento finis*, & ipſo actu conjunctionis, ſed hic valere regulam vulgatiſſimam; finem eſſe primum in intentione, ultimum in executione, adeoq; *ſtatim poſt conſenſum interpoſitum de hoc fine impetrando ſubſiſtere nuptias*.

§. 84

§. 84.

Atqve huc pertinet aſſertio communis JCtorum: *Conſenſus non concubitus facit nuptias*, qvâ tamen non ſolum id, qvod modo diximus, innuitur, ſed & qvod *concubitus absqve conſenſu* pro ſocietate conjugali haberi neqveat, qvoniam tum videlicet non conſtat, utrum primario cum intentione procreandæ ſobolis, an ſaltem libidinis extingvendæ gratiâ factus fuerit, de qvo mox in expoſitione poſitionis poſterioris negativæ videbimus.

§. 85.

Porrò qvæ ſupra qvoad naturam pactorum in univerſum de conſenſu notavimus, ea qvoqve hic in conſenſu de ſocietate nuptiali erunt repetenda, qvapropter in contrahentibus debet *ſufficiens uſus rationis* adeſſe, nec minus abeſſe debet *metus* ab alterutra parte injuſte incuſſus.

§. 86.

Eadem erit ratio *doli mali*, ut abſtrahendo â revelatione divina & moribus gentium non diſtinguamus, an dolus inciderit in eſſentiale conjugii, an in ea qvæ

 vo-

Digitized by Google

vocantur accidentalia, ut ſi perſvaſerit una pars alteri ſe eſſe *divitem*, *nobilem*, *virginem* &c. Nam ut de iis nullum eſt dubium, qvin nulla ſit ſocietas nuptialis, ita qvoad hæc ad definitionis identitatem nos ducit regula ſuprà expoſita, qvod nunqvam dolus prodeſſe debeat lædenti, ſed qvod in arbitrio læſi ſit, utrum negotium reſcindere, an ad ſupplementum læſionis alterum adigere velit.

§ 87.

Nec circa *errorem* mutamus qvicqvam, qvatenus nempe dolo contradiſtingvitur. Diximus enim ibidem. Errorem in dubio ſemper nocere debere erranti, niſi circumſtantia illa, in qva erravit, expreſsè promiſſo per modum conditionis fuerit adjecta.

§. 88.

Ex hoc inferimus: *Errorem circa perſonam*, ſi *dolus* unius ex contrahentibus interveniat, qvidem nullum reddere matrimonium, qvale qvid contingebat Jacobo, ſed ſi *hic abſit*, ſubſiſtere matrimonium, ut ſi qvis v.g. Titiæ promittat nuptias, qvam putet eſſe Cajam, modo non dixerit qvod velit cum ipſa tanqvam cum Cajâ contrahere.

§. 89.

Digitized by Google

§. 89.

Deinde *errorem circa virginitatem*, ſi ſponſus de eâ in promiſſo non injiciat ſermonem, mero jure naturali non præjudicare conjugio. §.90.

Aliud ſi erratum fuerit in *ſexu* vel *generandi potentiâ*, qvia ſic non poteſt finis conjugii obtineri, adeoqve hæ duæ qvalitates ſemper adhærent promiſſo per modum conditionis.

§. 91.

Qvod ſi circa *pulchritudinem*, *nobilitatem*, *divitias* &c. erratum fuerit, ſi qvis non expreſsè v.g. de certâ dote convenit, ſed tacitâ duntaxat ſpe ſponſæ ſuæ opes non inveſtigatas devoravit, non licebit ei diſſolvere nuptias, vel earum ritè pactarum conſummationem detrectare.

§. 92.

Si vero *per modum conditionis* & has qvalitates qvis pacto matrimoniali inſeruerit, jure naturali nihil obſtabit, qvò minus errore deprehenſo retractari poſſit ſocietas inita, ut ſi dixerit; *repudiabo te ſi tantum dotis mihi non attuleris.*

§. 93.

Ita ſi qvis promiſſo hanc clauſulam ex-



Digitized by Google

preſſe addiderit, eâ lege ſibi aliqvam *fore uxorem*, ſi nobilis ſit genere, ſi tantum dotis attulerit, utiqve non prius ad matrimonium conſummandum tenebitur, qvàm illa conditio appareat.

§. 94.

Qvin & ſi qvis neglectâ inqviſitione in conditionis iſtius exiſtentiam, matrimonium conſummaverit, non videbitur tacite iſti conditioni renunciaſſe; adeoqve ſi, qvæ ſperabantur, deinceps non repræſententur, putarem ſufficientem divortio præberi cauſam.

§. 95.

Neqve enim regulariter *renunciationes* tanqvam odioſæ ita facilè præſumuntur, neqve inter pares *negligentia* poterit aliqvem jure aliàs competente privare, præprimis ſi eadem *dolo* alterius fuerit elicita, qvi hic fere abeſſe non poterit, ſi conditiones iſtæ pacto fuerint additæ.

§. 96.

Neqve obſtabit etiam, in dato caſu non ita fuiſſe contractum; *repudiabo te*, ſi tantum dotis non attuleris; ſed ita: *non ducam te*. Nam & hoc ultimum ſufficiet, qvia

qvia & hoc modo deficiet conſenſus, ſi illa tantum dotis non attulerit.

§. 97.

Atqvi, inqvis, *conſummavit tamen matrimonium*, dum concubuit. Fuit inqvam non vera conſummatio, qvia modo notavimus, concubitum absqve conſenſu non facere nuptias.

§. 98.

Porrò cum *pacta*, qvibus ſocietatem aliqvam inimus, nullam aliam *eſſentiam* ex naturâ rei habeant, qvam *qvæ dependet à fine ſocietatis* utpote hujus eſſentiam abſolvente, conſtabit, ſi inter homines in naturali æqvalitate & libertate conſtitutos matrimonium ineatur, contingere poſſe, ut *non minus fœmina qvàm mas ſibi peculiariter ſobolem cupiat qværere*, in qvam ipſa jus obtineat. Cui fini neceſſarium eſt, ut pactum inter marem & fœminam ineatur *de præbendo invicem corpore*.

§. 99.

Hoc pactum itaqve ſi ſimplex tantum fuerit, ſolam *prolis procreationem* reſpiciens, & non conjunctam habeat conventionem circa *continuam cohabitationem*,

 ne-

Digitized by Google

neqve uni in alterum *imperium* conferet, & neutri in alterum qvicqvam juris erit præterqvam ad præbendum corpus procreandæ ſobolis gratiâ.

§. 100.

Ex qvo ſeqvitur, mero jure naturæ *ad eſſentiam conjugalis pacti* non reqviri, ut ante omnia *fidem det viro fœmina, qvod nemini præterqvam ipſi, corporis ſui uſuram velit concedere.* §. 101.

Nam etſi afferre velis, conditionem humanæ naturæ exactius examinanti videri utriusqve *ſexus indoli* magis congruere; ut pactum connubiale *à viro incipiat*, adeoqve vir qværat uxorem, non uxor virum; ex qvo pateat, *virum ſibi qværere ſobolem propriam*, non ſuppoſititiam aut adulterinam; vereor tamen, ut, qvæ de *initio pacti conjugalis* à maribus faciendo adducta ſunt, ex *naturâ ſexus* demonſtrari qveant, & non potius moribus gentium, educationi fœminarum, aut aliæ cauſæ ex revelatione haurien dæ ſint adſcribenda.

§. 102.

Neqve iſtud *ad eſſentiam pacti* connubialis naturaliter reqviri arbitror, *ut uxor*

*viro*

Digitized by Google

*viro continuam cohabitationem* promittat, eidemq; domicilii conſtitutionem liberam relinqvat; adeoqve ſalvo pacto matrimoniali non poſſit *uxor invito marito peregrè abire aut ſecubare.*

§. 103.

Nam ſicut hæc aſſertio aliqvatenus â priori hypotheſi dependet, ac ſi naturaliter maritus uxorem in ſuam aſciverit familiam, non vice verſâ, cujus ille utiqve caput & director exiſtat; ita præter ea qvæ modo regeſſimus, maritus *non à naturâ familiæ caput* eſt, ſed aliunde.

§. 104.

Itaqve etſi non diffiteamur, à *decoro ordine* multum abhorrere vitam vagam ac deſultoriam, incerto lare, nulla fortunarum ſede; tum communis ſobolis educationem commodiſſimè inſtitui poſſe conjunctis utriusqve parentis operis, ac præterea cohabitationem continuam plurimum continere jucunditatis inter conjuges benè compoſitos; tamen hæc omnia ſaltem oſtendunt *perfectius eſſe pactum*, ubi hæc promittuntur, præ altero ſimplici, ſimplex iſtud naturæ adverſum eſſe non oſtendunt; ac præterea rationes



Digitized by Google

has vir non ſolum adverſus uxorem urgere poterit, ſed & ſibi eaſdem dictas eſſe arbitrabitur.

§. 105.

Deniqve mero jure naturæ ex principali pacto matrimonii perfecti non reſultat *imperium proprie dictum in uxorem*, etiamſi concederemus, uxorem à naturâ obligari ad fidem marito dandam de corporis uſu alii non concedendo, & continuâ cohabitatione.

§. 106.

Nam non ſtatim imperio alterius eſt ſubjectus, qvi incerto actuum genere ipſius voluntatem ſeqvi tenetur. Inde utut in negotiis matrimonio peculiaribus uxor ad voluntatem mariti ſe componere teneretur, non tamẽ ſtatim qvoad alias qvoqve actiones imperium huic in illam neceſſariò competeret.

§. 107.

Deinde *matrimonii finis* non, uti civitatum, eſt defenſio & ſecuritas hominum, qvæ ſine imperio non poterunt obtineri, neqve adeo civitates ſine imperio intelligi, ſed propagatio generis hu-

Digitized by Google

humani, qvæ ſolo pacto & amicitiâ *citra imperium* contineri poſſe videtur.

§. 108.

Id tamen, ſi ad præcedentia iſta duo uxorem obligari â natura ſtatuamus, ſeqvetur, pactum conjugale naturam *fœderis inæqvalis* æmulari, in qvo uxor marito obſervantiam maximè, hic illi protectionem debeat.

§. 109.

At cum & illa rejecerimus, conſeqvens eſt, ut aſſeramus etiam, *iſtam inæqvalitatem*, non à natura provenire, ſed abſtrahendo à revelatione dependere â liberâ paciſcentium voluntate.

§. 110.

Neqve licebit ad *naturalem prærogativam ſexus* hic provocare. Nam etſi & hæc foret; produceret ſaltem majorem aptitudinem in marito ad recipiendam obſervantiam, obligationem in fœmina, ut marito per pactum obſervantiam promitteret, non operaretur. Jam autem valde vereor, ne communiter philoſophi qvi ſexui maſculino prærogativam naturalem attribuunt, vel laboraverint ignorantiâ hiſtoriæ ſacræ de lapſu

P

Digitized by Google

primorum parentum, vel iterum educationem communiter â gentibus receptam, qvæ genuina cauſa imperfectionum eſt in ſexu muliebri, confuderint cum natura ſexus.

§. 111.

Ergo mediâ viâ hic incedentes, non putamus tamen jure naturali qvicqvam obſtare, qvo minus uxor etiam *per pactum* propriè dictum *imperium* mariti ſubeat.

§. 112.

Nam iſtud argumentum, *qvod uxor non habeat poteſtatem maritalem*, ergo per pactum etiam non poſſit eandem in maritum transferre, jam ſæpius ab aliis eſt excuſſum.

§. 113.

Scilicet vulgatus canon: *Qvod quis non habet, in alium transferre neqvit*; valet tantummodo in juribus qvæ terminantur *in rebus*. Nam ſi de iis qvæ *in perſonis* terminantur, qvale eſt imperium, eundem velis intelligere, infinitæ dari poſſent inſtantiæ.

§. 114.

Si igitur maritus â naturâ non habet impe-

Digitized by Google

imperium in perſonam uxoris, multò minus qvicqvam poteſtatis *in bona uxoris ipſi* à natura competet, ſed itidem hoc punctum ex conjugum conventione aut legibus poſitivis dependebit.

§. 115.

Porro nec minus acriter diſceptatur hæc qvæſtio, an jure naturæ matrimonium ſit *ſocietatis ſolubilis*? ubi duo momenta videntur ſecernenda eſſe; initiò an lex naturæ dictitet, *ad eſſentiam ſocietatis nuptialis* pertinere, ut eam contrahentes pactum ineant qvod velint in illa *ad dies vitæ* permanere? deinde; an non poſito, qvod ejusmodi pactum iniverint, posſint juſtæ qvædam exiſtere cauſæ, qvarum intuitu non obſtante iſto pacto una pars poſſit ab altera *invita facere divortium.*

§. 116.

*Prius* qvod attinet, id eqvidem moribus communibus omnium gentium receptum eſt, ut *momentanea* qvaſi *cohabitatio* unius ſaltem conjunctionis cauſa facta pro matrimonio nusqvam fuerit habita, videlicet, qvod, & ſi etiam in iſtâ unicâ conjunctione congredientes pro-

crea

creationem ſobolis intenderint, certi tamen eſſe neqveant, an finem conjugii unicâ iſtâ corporum communicatione obtinuerint, ſed hæc res longius aliqvod temporis ſpatium, & ſæpius freqventatam conjunctionem deſideret.

§. 117.

Cui accedit, qvod in genere, qvamcunqve ſocietatem reſpicias, ea vix ſocietatis nomen mereatur, ſi ſaltem ob conſortium momentaneum facta ſit, unde forte & Ulpianus dubitavit, an contractum ſocietatis admitteret inter eos qvi communi conſenſu rem emerunt, ut ſtatim eandem dividerent.

§. 118.

Non tamen exinde opus eſt, ut in alterum dilabamur extremum. Haud qvicqvam enim ita procedit illatio, ſocietas conjugalis non poteſt eſſe momentanea, ergo debet eſſe perpetua; ſed potius mero Jure naturali ſocietatis conjugalis nomine non indigna erit illa ſocietas, ubi paciſcentes *poſt conceptam ſobolem recedunt iterum*, obtinuerunt enim ſocietatis finem.

§. 119.

§. 119.

Neqve enim putandum eſt; legem naturalem homines obligare *ut in infinitum procreent ſobolem.* Nam ſi certis caſibus, qvos ſuprà enumeravimus licite facit, qvi planè hanc ſocietatem non init, poterunt qvoqve caſus exiſtere, qvo qvis legi naturæ ſatisfecit, ſi unicam prolem generavit, adeoqve etiam pro ſocietate nuptiali habenda erit, qvæ in hunc ſaltem finem initur.

§. 120.

Deinde, etſi qvis indiſtinctè obligaretur ad multiplicationem generationis, non tamen lex naturæ dictitat eam eſſe præciſe cum uno individuo iterandam; ergo poſſet hoc non obſtante vir aut mulier poſt finem illum primum intentum novas nuptias cum aliâ perſonâ inire.

§. 121.

Qvod ſi igitur liceret â ſocietate inita tam citò recedere, multo magis, pro ſocietate nuptiali habenda eſſet *cohabitatio viri & uxoris continuata, donec proles edita ſit*, & adhuc magis, *donec eadem ſit educa-*



Digitized by Google

*ta*, omnium tamen maximè, *ſi ad dies vitæ matrimonium ineatur.*

§. 122.

Ergo differrent qvidem ex ratione naturali iſtæ ſocietates, variis modis initæ, *gradibus perfectionis*, neutra tamen habenda eſſet pro irrationabili.

§. 123.

Qvo præſuppoſito vel vir & uxor initio ſocietatis initæ *determinaſſent tempus* qvamdiu in eâdem permanere velint, vel non determinaſſent.

§. 124.

Hoc ſi factum fuiſſet, nullam ſufficientem rationem obſtare video, cur non licere debuiſſet, uni conjugum ex mera ratione naturali, *ſine conjugii vel ſemel obtento*, etiam *ab invito* altero recedere.

§. 125.

Nam etſi objicias; id habere qvodvis pactum ut una pars *ab eodem non poſſit diſcedere*, niſi alterius conſenſu aut pacto ab altera parte violato; ergo hoc utiqve juri naturali repugnare, ſi unus conjugum ab altero invito diſcedat, ubi ab hoc nullum caput pacti matrimonialis fuerit violatum, tantùm ut meliorem ſibi condi-

Digitized by Google

ditionem paret, aut qvia ſic placet; reſponderem tamen, objectionem iſtam â diverſis inferre, cum conjux in caſu prout â nobis formatus eſt ab altero invito diſcedens, non recedat â pacto ſuo, ſed recedat ſaltem â ſocietate, ad qvam perpetuò continuandam nunqvam ſe obligavit.

§. 126.

Qvod ſi fortè contingat, ut per illam ſocietatis renunciationem alteri conjugi damnum inferatur, præceptum qvidem de non lædendis aliis obſtringeret renunciantem, ut alteram partem indemnem præſtet, ad omittendam renunciationem tamen non obligaret.

§. 127.

Ulterius, qvamvis in matrimonio utriqve conjugum in alterius corpus jus fuerit qvæſitum, nemini verò invito jus ſuum auferri debeat, in qvæſtione tamen hoc locô verſatur, an jus iſtud fuerit perpetuum, an temporarium vel revocabile?

§. 128.

Deniqve ſi afferres, ne qvidem conſenſu mutuo matrimonia diſſolvenda eſſe citra graviſſimam aliqvam cauſam, qvoniam id indecens & noxium ſit, cum



Digitized by Google

per ejusmodi divortiorum licentiam non poſſint non & familiæ & publicus civitatum decor graviſſime convelli, regererem, nos jam ſollicitos eſſe de juſto non de decoro.

§. 129.

Item nos jam occupari in expoſitione ſocietatis nuptialis abſtrahendo à ſtatu civili, adeoqve intereſſe civitatis, ad qvod reſpiciendum eſt in legibus civilibus, non miſcendum cum fine ſocietatis nuptialis, de qvo nunc agimus.

§. 130.

Eadem porrò dicenda eſſe ad intereſſe familiæ, qvæ etiam eſt ſocietas ſeparata à conjugio, ad qvam directè non pertinet finis conjugii primarius, qvanqvam necdum evidens ſit, in qvo familiæ decor per iſtud divortium qvod bona gratiâ fit, detrimentum capiat.

§. 131.

Nunc de *poſteriori* membro videndum, ſi videlicet vir ad dies vitæ ſe fœminæ , ac hæc ipſi obligâſſet, aut alio modo determinatio temporis facta fuerit, annon ab hoc pacto ex juſtis cauſis una pars poſteà recedere potuiſſet. Ubi qvi-

qvidẽ mero jure naturali alter conjugũ vinculo pacti haud dubie liberaretur propter *malitioſam* alterius *deſertionem*, ut & pertinacem atqve ultroneam *debiti conjugalis denegationem*, qvoniam ad finem conjugii obtinendum neceſſaria eſt corporum præbitio, & hoc omnibus aliis pactis inter pares commune eſt, ut ubi illorum capita ſaltem primaria ab altero fuerint violata, pars læſa nanciſcatur facultatem ab iisdem diſcedendi.

§. 132.

Eadem ratio ſvadet, ut, ſi vir cum fœmina convenerit, ut ipſi prolem tollat, non adulterinam, item ut & extrà procreationem ſobolis & nave jam oneratâ vectores non admittat, pro juſtâ causâ divortii habeatur, ſi uxor *alteri ultrò & non coactè corporis ſui copiam* faciat.

§. 133.

Cæterum cum in omnibus ſocietatibus perſonæ eadem ineuntes pacta ad ſocietatis finem dirigant, inerit qvoqve pactis jure naturali exceptio tacita, *ſi finis obtineri non poſſit*; inde putarem abſtrahendo â lege poſitivâ etiam *infœcunditatem* aut ſterilitatem alterutrius, qvi alias



Digitized by Google

ad copulam idoneus eſt, ſufficere ad *divortium*. §. 134.

Nam etſi fœcunditatem præſtare penes hominem non ſit, ex eò tamen ſeqvitur ſaltem, qvod ſterili nulla culpa ſit imputanda, ſed infœcunditas pro caſu haberi debeat. At caſum regulariter is ſentire debet, qvem proximè afficit; neqve adeò poſſet poſtulare conjux ſterilis, ut alter conſecutione finis, qvem fruſtrà in illâ ſocietate qværit, defraudetur, nec aliunde eum ipſi invenire liceat. §. 135.

Qvod ſi ulterius, ut naturaliter fieri ſolet, cum procreatione ſobolis, perſonæ matrimonium incuntes, ſtipulentur familiarem & amicam converſationem, jure naturali propter *intolerabiles mores ſævamve tractationem*, liceret vinculum conjugale planè abrumpere, neqve necesse eſſet, cohabitatione continua & familiari ceſſante, propagationem ſobolis continuare. §. 136.

Etſi enim in genere ſi pactum ineatur pluribus capitibus conſtans, eidem clauſula addi poſſit, ut licet ab uno fuerit diſceſſum, in cæteris explendis pergatur

tur, adeoqve licet uxor ad cohabitationem continuam importunis moribus ſe reddiderit ineptam, præſtationem ejus debiti qvod ad prolem procreandam pertinet, continuare poſſit; tamen qvia non eſt probabile ad hoc debitum ſe ſat commodam præbituram, cujus converſatio fuit intolerabilis, aut aliqvem non penitus averſaturum corpus, in qvo tam tetricus hoſpes ſtabulatur, cum vix qviſpiam optet prolem tollere ex eâ qvam odit, inde in ejusmodi pactis ubi ſimul de præbendo corpore & familiari converſatione conventum eſt, hæc duo ita mutuò velut implicita judicari debent, ut cum uno qvoqve alterum ſimul abrumpi videatur.

§. 137.

Inde Juri naturali repugnat ob mores intolerabiles & nimiam ſævitiam conjuges ſeparare *à conſortio menſæ thoriqve*, ſalvo tamen vinculo matrimonii, qvo de aliâ conditione ſibi proſpicere prohibeantur; niſi fortè ad tempus & in vicem caſtigationis ea ſeparatio ſit injuncta frangendæ pertinaciæ, & ut penitius exploretur, an aliqva morum emendandorum ſpes ſit.

 §. 138.

Digitized by Google

§. 138.

Verſio ad alteram poſitionem, eamq; negativam, qvàm ſuprà ex doctrina de fine ſocietatis nuptialis formavimus, ex qvâ id inferimus, *eam conjunctionem corporum qvæ non ſit propagandæ ſobolis gratiâ, haud eſſe pro ſocietate conjugali vendi- tandam.*

§ 139.

Cæterum cum conjunctionis ejusmodi nullus alius poſſit eſſe finis, qvàm expletio libidinis, ut ex ſuprà deductis conſtat, inde jam ad difficillimam qvæſtionem prolapſi *de moralitate libidinis* ex dictamine rationis abſtrahendo â revelatione divina deducendæ, operam dabimus ut nos breviter, ſuccinctè tamen expediamus.

§. 140.

Itaqve per *libidinem* intelligimus deſiderium primariò delectationem percipiendi ex actu venereo.

§. 141.

Qvæ adeò erit *duplex*, vel ut planè *non intendatur* ſobolis generatio, vel ut ea *intendatur* qvidem, ſed *per accidens.*

§. 142.

Digitized by Google

§. 142.

Unde melioris diſtinctionis gratia actum illum, qvi libidinem *prioris* generis intendit vocabimus *ſcortationem*, (voce hic late accepta, ut ſodomiam, ſtuprum, & fornicationem aliasqve ſpecies ſub ſe comprehendat) qvi *poſteriorem* pro fine habet, appellabitur *concubinatus*. De *ſcortatione* vero faciemus initium.

§. 143.

Atqve hic pro ejus turpitudine demonſtrandâ non ſufficit, ſi dixerimus eam non dirigi ad finem conjugii primarium; non tam ex ratione ea, qvod jam ſuprà oſtenderimus, extinctionem libidinis etiam eſſe finem conjugii, qvamvis ſecundarium, qvàm qvod illa ratio ſaltem inferat *ſcortationem non eſſe conjugium*; non vero inde concludi poſſit omnem actum vel omnem ſocietatem qvæ non eſt conjugium eſſe ſocietatem inhoneſtam.

§. 144.

Porrò id qvidem non erit diffitendum, ſi in univerſum reciperetur, ut omnes ſibi membra generationi deſtinata SOLI libidini exercendæ data crederent,

rent, eiqve uſui UNICE applicarent, decoram inter homines & tranqvillam ſocietatem ſubſiſtere non poſſe; ſed an hæc ratio ſufficiens ſit ad probandum jure naturali eas *libidines in univerſum* prohiberi, plures rationes ſunt, qvæ id tuto affirmari poſſe mihi qvidem disſvadere videntur.

§. 145.

Nam ratio prioris aſſertionis, haud dubiè in eo fundatur, qvod ſi SOLI extinctioni libidinis UNICE vacarent homines, peccaretur contra præceptum ſuperius traditum, qvod inculcat, ineundum eſſe conjugium; at hoc periculum non eſt timendum ſi *qvandoqve* ſaltem qvis libidinem ſuam expleat.

§. 146.

Deinde jam ſupra notavimus, eſſe illud præceptum indeterminatum & generale, qvod non *perpetuam & continuam* obligationem intendat, ſed cujus effectus nonnunqvam ceſſent.

§. 147.

Ulterius idem præceptum deduximus ex fonte de exhibendis officiis humanitatis, qvæ ſi in univerſum ceſſarent,

tur-

turbaretur qvidem tranqvillitas humana, non autem ſi remittatur earum præſtatio ad tempus.

§. 148.

Igitur ſive res *licitas*, ſive *præceptas* jure naturali conſideres, videtur iſtud axioma: *Quicqvid turbat ſocietatem humanam, ſi ei ſoli & unicè homines incumbant, id in univerſum eſt prohibitum*; *multas pati inſtantias*.

§. 149.

Ita v. g. aliqvam ex cibo & potu capere jucunditatem, lucrum aliqvod per mercaturam acqvirere, ludere &c. rebus indifferentibus facilè annumerabuntur, etſi ſocietas humana haud dubiè damnum pateretur, ſi illis rebus ſolis & unicè homines darent operam.

§. 150.

Ita defenſor libidinis, facile ſpicula adverſus nos ipſos retorqvens procreationem ſobolis, qvam præceptam tamen eſſe demonſtravimus, eodem argumento ut turpem impugnare poſſet, qvia profecto nimium qvantum turbaretur tranqvillitas humani generis, ſi nihil aliud agerent homines, qvam ut genus ſuum propagarent.



Digitized by Google

§. 151.

Neqve magis dubitationem omnem tollunt, qvæ communiter pro demonſtrandâ injuſtitiâ flagitioſæ illius fœditatis, qvâ qvidam in *brutorum* corpora aut *parem in ſexum* feruntur, ſolent afferri. Summa eò redit: Reliqvas libidinis ſpecies minori gradu eſſe peccaminoſas, qvoniam membra ibidem adhibeantur *præter finem* à naturâ deſtinatum, ad hoc crimen nefandum omnem excedere turpitudinis notam, qvia in eo applicentur membra *contra naturam*.

§. 152.

Nam etſi ut plurimum de hujus rationis veritate non inqviramus, qvoniam videlicet de concluſionis aſſertione ſumus convicti, reverâ tamen erudito homini multum intereſt, ut veram aſſertionem non deducat ex falſis præmiſſis, tum ne ipſe à regiâ veritatis inqvirendi viâ in devia ſeduci ſe patiatur, atqve ſic admiſſo uno abſurdo involvatur pluribus, tùm ne ab hominibus impiis, qvaslibet veritates hodiè oppugnare paratis, ad eas anguſtias redigatur, ut, ſi præconceptam opinionem dimittere nolit, qvod tunc

§ 151.

Neqve magis du...
roll..., qvæ comm...
ſtranda injuſtitia dig...
tos, qvi qvidam in ...
partem in ſexu ferunt...
Summa eò redit: Reli...
cies minori gradu ...
qvoniam membra ...
præter finem à natura de...
crimen nefandum om...
turpitudinis notam, qv...
centur membra contra...

§ 152.

Nam etſi ut plurimum...
tionis veritate non inqvi...
nim videlicet de concluſio...
ſumus convicti, reverà ...
homini multum intereſt, ut ...
tionem non deducat ex talis ...
rum ne ipſe à regiâ veritatis ...
viâ in devia ſeduci ſe patiatur ...
admiſſo uno abſurdo invol...
bus, nim ne ab hominibus ...
liber veritates hodiè oppugn...
ad eas anguſtias redigatur, ...
ceptam opinionem dimitt...



tunc qvidem non adeò decorum foret, cogatur in qvibuscunqve diſtinctionibus reverâ nihil ſignificantibus & apud eruditos qvi neutrarum ſunt partium, proſtituentibus ipſum, miſerum ignorantiæ ſuæ effugium qværere.

§. 153.

Igitur inqvirendum, *an uſus membrorum contra vel præter naturam ſemper peccatum ſit*, & tale qvidem, qvale nefandum iſtud eſſe perhibetur? *Os* & *ſtomachus*, *gula* & *œſophagus* facta ſunt ad hominem nutriendum, & nos docent & ducunt ad ſumenda alimenta per os, & ad ea deglutienda & demittenda in ſtomachum: Sed an ideò tantum nefas eſt hominem nutrire per clyſteres, qvemadmodum medici qvidam in magnis morbis talem clyſterum uſum commendant? Aut an peccatum contrà naturam eſſet, infuſione lactis in venas hominum nutrire & recreare, qvia natura alia nutritionis & ſanguificationis organa fabricavit?

§. 154.

Fabrica humani corporis talis eſt, ut cibus per os ſumtus & in ſtomachum

de-

Digitized by Google

demiſſus per *alvum* excernatur. Eſtne tantum crimen deſtinato vomitu illum rejicere per os?

§. 155.

*Lingva* homini data ad exprimendos animi ſenſus, *manus* ad machinationes & artes. An itaqve is peccatum contra naturam committit, qvi manibus vice linguæ utitur ad ſua cogitata proximo declaranda?

§. 156.

Qvamvis vero aliqvi ut has objectiones evitent reſpondere ſoleant, exempla hæc ab inſtituto eſſe aliena, qvia *ad Venerem* non pertineant, revera tamen horum reſponſio eſt obſcurior, qvamdiu rationem diſparitatis claram & diſtinctam non proferunt, cur in actionibus venereis iſte canon ſaltem procedat, fallat in reliqvis.

§. 157.

Qvod ut faciant, ſolent provocare in genere ad *pudorem* homini inditum & *dignitatem hominis*: addentes: uſurpationem partium naturaliũ alienam à primo ſuo uſu, cujus in exemplis modo memoratis facta eſt mentio, non eſſe ponen-

dam

dam in vitio, qvia in illâ nihil committatur contra pudorem naturalem; neq; aliqvid in eâ culpandum eſſe, ſi oſtendi non poſſit eâ hominis dignitatem naturalem imminui. Aliam rationem eſſe delictorum Venereorum, utpote qvibus vel peccetur contra *pudorem*, qvò referunt *pudendorum revelationem* & *inceſtum*, vel certè contrà *dignitatem hominis*, qvod & fieri ſtatuunt per *ſcortationis* genera & *polygamiam*.

§. 158.

Verum qvemadmodum iſta qvidem methodus demonſtrandi à pudore & dignitate hominis deſumta, multa mihi videtur petere concedenda, qvæ ſunt in principio, & arripere multas aſſertiones pro veris, qvas magis per aſſvefactionē, aut aliorum perſvaſionem imbibimus, qvam ut demonſtrationis trutinam ſuſtineant, adeoqve ſi erudita analyſi in ejusdem hypotheſes inqviras non adeò firmo eædem nitantur fundamento; ita forte facilè oſtendi poſſet, ſaltem ad hominem diſputando, vomitum per os factum & contra pudorem naturalem eſſe & dignitati hominis repugnare.

§. 159.

§. 159.

Itaqve vulgatæ rationes qvæ ſcortatio-ni objiciuntur, vereor ut Gentilem Te-rentianâ ſententia imbutum, qvâ, non eſſe turpe adoleſcentulum ſcortari ſta-tuit, convincere valeant; timendum potius ne perſonam reſpondentis hacte-nus non malè non ſuſtinens eò audaciæ progrediatur, ut ex reſpondente fiat opponens.

§. 160.

Qvid enim, inqviet, rationi adverſa-retur omnis libidinis extinctio? cum *af-fectum iſtum omnibus hominibus inditum* eſſe cognoſcam; qvomodo verò indi-tum eſſe poterit ejusmodi qvid, qvod cum ratione, hoc eſt cum eſſentiâ *homi-ni* spugnet?

§. 161.

Nec eſt qvod dicas (ita perget) in-ſtinctum iſtum tendere ad procreatio-nem ſobolis, ergo huic eundem eſſe ſub-ordinandum, cùm ipſe ſuprà conceſſe-ris, ſentire homines ſtimulos iſtos acri-ter etiamſi certum ſit non poſſe per con-cubitum procreationem ſeqvi, aut ubi civilis ratio non ferat ut conjugium in-eat;

eat; cum conceſſeris, hoc ultimo caſu nõ obligari hominem ad ineundum matrimonium; An igitur his ſaltem caſibus legi naturali qvid adverſum committet homo, ſi impetum non peculiarem, qvi à perverſa educatione oriri poterat, ſed communem humano generi, & ipſos etiam homines juſtiſſimos agentem, ſeqvatur, & voluptatem aliqvam ex eo ad qvod natura ipſum fert capiendo, Veneris œſtrum reprimat.

§. 162.

Qvod ſi urgeas, dictare rationem tamen turpe id eſſe, cui adeò obſecundandum non ſit, qvod ſæpius homines *extra ſe rapiat*, ut actus alios legi naturæ vetitos, committant; regeret, effectus hos non tam affectui ipſi & inclinationi, ſed pertinaciæ, qvod homo iſtam inclinationem reprimere conatus fuerit, eſſe adſcribendos, adeoqve invertendam potius eſſe illationem, ac vel ideò in tempore laxandas eſſe habenas ſtimulis urgentibus, ne rationem de throno turbare qveant.

§. 163.

Ita *cupido* naturalis, ſic illuſtrabit ſen-

ten-

tentiam ſuam, *edendi & bibendi* naturalis eſt, neqve lege naturæ prohibita, at ſi cibum & potum non ſuppedites ſtomacho, fames inde orietur & ſitis ſæpius homines eò adigens ut æqvè magna ſi non majora ſcelera perpetraverint.

§. 164.

Ergo *tum demum*, inferet, *ſcortatio legi naturali adverſa erit*, ſi per eandem qvis bona ſua corporis aut animi deſtruat, ſi contumeliam alteri aut aliam læſionem inferat, ſi pacta violet.

§. 165.

Qvo pacto parum aberit, qvin progrediatur ulterius, & qvam modò pro indifferente & licitâ ſaltem venditavit, *honeſtatis ſpecie* commendare audeat. Qvid ſi enim ad officia humanitatis provocet, & *teneram proponat virginem*, ex defectu concubitus graviter ægrotantem & *vitæ periculum* ſubeuntem? Qvid ſi ad utilitatem reipublicæ provocet, *cujus interſit lupanaria erigi*, ut matronarum ac virginum honeſtarum pudicitia paucioribus inſidiis foret obnoxia.

§. 166.

Addet deniqve per modum corollarii

…ii qvæſtionem; an putemus *concubitum mariti cum gravidâ eſſe peccatum rationi adverſum?* petetqve ut ex ratione ipſi demonſtremus, cur hic actus, etſi pro fine habeat ſolum extinctionem libidinis, mediis adſcribi mereatur, neqve id tamen extendi debeat ad actus alios ſimiles.

§. 167.

Hic profecto ſentiant alii qvod velint, & Philoſophi nomine me judicent indignum, cogor fateri, rationem meam, omnibus licet diſputandi regulis, omnibus ratiocinandi principiis ſuffultam, ſuccumbere, & neſcire qvomodo ex hoc labyrintho ſe expedire qveat, niſi filum Ariadneum ipſi ſuppeditet Jurisprudentia Chriſtiana.

§. 168.

Unde facile jam prævidere poteris qvæ de *concubinatu* ex legibus naturæ dicenda reſtent. Denotat is regulariter conſortium viri & mulieris continuatum libidinis explendi gratiâ, ita tamen, ut generatio ſobolis non excludatur, qvod adeò à matrimonio ſtrictè ſumto maximam partem duratione differt, qvod hoc

ſit perpetuum, illud qvandocunqve contrahentibus placuerit, diſſolubile, & qvod in concubinatu præſumptio ſit, eum principaliter propter ſtupri conſvetudinem contrahi, in matrimonio contra ſit præſumptio, id principaliter iniri ſobolis generandæ gratiâ, etſi reverà ſæpius conjuges primariò intendant expletionem libidinis.

§. 169.

Qvod itaqve *diſſolubilitatem concubinatus* concernit, cum ſuprà dixerimus, lege naturæ ad matrimonium individuam vitæ conſvetudinem non reqviri, patet etiam hâc parte in concubinatu vitium ex rationis dictamine demonſtrari non poſſe.

§. 170.

At qvod *intentionem primariam libidinis explendæ attinet*, peccabitur utiq; à concubinariis, qvod ductum naturæ ejusqve fundatoris invertant, & cum conjunctionem ſuam ad procreandam pariter ſobolem & extinguendam libidinem dirigant, illam tamen ſecundario ſaltem & per accidens deſiderent, cum tamen ſciant ex ductu rationis eam eſſe finem matrimonii primarium.

§. 171.

Digitized by Google

§. 171.

Cæterum cum hic magis peccetur intentione qvàm actu exteriori, inde ſimul patet, qvod abſtrahendo â revelatione, hoc delictum magis violet præceptum primum Jurisprudentiæ divinæ in genere, & *officium hominis erga Deum*, qvàm ut pertineat *ad jurisprudentiam naturalem* ſtricte dictam, actiones externas hominis erga hominem potiſſimum reſpicientem.

§. 172.

Solet & *concubinatus* nomen aliqvando uſurpari pro matrimonio ſecundario, in qvo vel uxori vel liberis non tanta relinqvuntur bona, aut tam abundantia alimenta ſuppeditantur, qvanta alias ipſorum conditio vel dignitas reqviſiviſſet, qvam legi naturali non eſſe adverſam nonniſi ab hujus diſciplinæ imperitis dubitari poteſt.

§. 173.

De fine conjugii hactenus plus ſatis diximus. Sed cum in qvalibet ſocietate præter finem etiam *perſonæ* conſiderationem mereantur, reſtat ut de his qvoqve diſpiciamus, ita tamen ut & hic utro-



Digitized by Google

qve oculo ad finem conjugii adhuc reſpiciamus, qvia commune dicterium Philoſophorum eſt, ſecundum finem dirigendam eſſe ſocietatum materiam; hanc enim perſonas appellant.

§. 174.

Adeoqve Theſis primaria hic erit: EÆ PERSONÆ AD SOCIETATEM CONJUGALEM REQVIRUNTUR, PER QVAS GENERATIO SOBOLIS OBTINERI POTEST. Fluit ea exinde, qvod hæc ſit finis principalis nuptiarum, in capite vero præcedenti jam adſtruxerimus, ab hoc fine in ſocietatibus perſonarum electionem dependere.

§. 175.

Ergo reqviruntur *mas* & *fœmina*, non *maſculus* & *maſculus*, neqve *fœmina* & *fœmina*, nam hæ qvidem generare ſobolem neqveunt.

§. 176.

Niſi forte ſtatuere velis, fœminas per fortem imaginationem concipere poſſe aut absqve ſemine maris, qvorum utrumqve abſurdum eſt.

§. 177.

Digitized by Google

§. 177.

Porò neceſſe eſt ut fœminæ pariter & mas *habilitate generandi* polleant. Unde excluduntur *infantes* qvi nondum ad annos pubertatis pervenerunt.

§. 178.

Neqve conjugium eſt cum *Eunucho*, cui nempe vel membrum generationi deſtinatum planè eſt ademtum, vel qvem vaſa ſeminaria deficiunt, qvorum illud apud populos Orientales, hoc apud Europæos magis receptum eſt.

§. 179.

Neqve cum *arctâ*, qvæ ſcilicet tali corporis vitio laborat, ut congreſſum maritalem, ob nimiam anguſtiam, planè non admittat.

§. 180.

Ac de hac qvidem ut & Eunuchis orientalibus nullum eſt dubium, qvoniam neqve ad generationem neqve ad libidinis expletionem apti ſunt.

§. 181.

At de *Eunuchis Europæis* ſæpius acriter diſceptatum fuit, qvoniam hi etſi ad prolis generationem ſint inepti, tales tamen plerumqve ſunt, ut cuſtodia Gynæ-

cei ipſis commendari tuto non poſſ[illegible] ſtrenui videlicet ſcortatores & pſeudo adulteri.

§. 182.

Mihi ſecundum ductum præcedentium id qvidem demonſtratum eſſe videtur, conjunctionem eorum cum fœminis neqve ex dictamine ſolius rationis *pro matrimonio* eſſe habendam, ob deficientiam finis primarii.

§. 183.

Qvod vero in contrarium à qvibusdam affertur, ſufficere eosdem *ad libidinis extinctionem*, initio à multis in dubium vocatur prætendentibus, ſiccis ejusmodi congreſſibus libidinem excitari magis qvàm extingui, qvamvis mihi qvidem contrarium videatur veriùs.

§. 184.

Demus ergò diſſentientibus, hæc ita eſſe, an unicum ſocietatis exemplum afferre poterunt, qvæ aperte deficiente fine primario à ſecundario denominationem admiſerit.

§. 185.

Et mirandum profectò, qvod ſcortationem aut ſtuprum iidem non habeant pro

Digitized by Google

pro matrimonio, qvoniam & hic libido expletur.

§. 186.

Magis ridiculum eſt, qvod ad *mutuum adjutorium* provocent, in gubernatione puta familiæ & curâ corporis; qvaſi matrimonium foret, ſi mas cum maſculo aut fœmina cum fœmina hujus rei gratiâ inierint ſocietatem.

§. 187.

Alia qvæſtio eſt, *an jure naturali ſocietas Eunuchi cum fœmina ideò, qvod nuptialis eſſe non poteſt, planè non ſit toleranda.* Ubi repetenda erunt, qvæ modo de libidine diſſeruimus in genere & reliqva qvæſtionis hujus deciſio ad ſeqvens caput erit differenda.

§. 188.

Reſtant *ſpadones, ſteriles, ſenes* itidem ac *vetulæ*, qvorum conjugia cum admittant mores noſtri & de his qvædam dicenda erunt, præprimis cum Patroni Eunuchorum inde ſententiæ ſuæ nimium qvantum accedere arbitrentur.

§. 189.

Nam ſi his, ajunt, conjugia permittuntur, etſi in univerſum nec ipſi propa-

gent ſobolem, etſi ſenes ne qvidem ad libidinis extinctionem apti ſint, ſed ſolum mutuum adjutorium utcunqve obtinere qveant, cur Eunuchi præcludendi forent, qvi præter adjutorium delectationi ex aſſe ſatisfaciunt.

§. 190.

Fateor multos exercuiſſe ſpeciem hujus objectionis, præprimis cum ſimul viderint communibus Gentium moribus admitti *conjugia in ultimo mortis articulo* celebrata, præprimis in legitimatione liberorum naturalium, ubi tamen ſimiliter ob proxime inſtantem alterius mortem neqve procreatio ſobolis, neqve ullus conjugii finis obtineri poteſt.

§. 191.

Unde nonnulli iſto reſponſionis medio ſe liberare conati ſunt, conſenſum in extremo mortis articulo declaratum non qvidem ad præſens matrimonium pertinere, qvaſi nunc demum incipiat eſſe matrimonium, ſed teſtari ſaltem de affectione, qvæ retrò fuit, facereqve præſumtionem pro matrimonio.

§. 192.

Sed qvemadmodũ iſta qvidem reſponſio

ſio videtur adverſari communi gentium intentioni, & ex eadem illud inſuper inconveniens ſeqveretur, eum qvi extrà matrimonium liberos generavit, & poſteà ex accidenti Eunuchus factus fuerit, poſſe in ultimo mortis articulo matrimonium cum concubinâ celebrare liberorum legitimandorum gratiâ; ita nec in univerſum ad omnia ejusmodi matrimonia applicari eadem poſſet, cum multa fiant, etiam ubi nulli liberi, qvi legitimentur, adſunt, etiam cum eâ, cum qvâ qvis nunqvam antea conſvevit.

§. 193.

Igitur ut uno ictu hæc omnia tollantur, ita breviter dicendum: Ea *Spadonum, ſterilium, ſenum, in ultimo mortis articulo hærentium* conjugia ideo tolerari, qvia in his omnibus *ſpes eſt, naturaliter ab iisdem generationem ſobolis obtineri poſſe.*

§. 194.

*Spadones* enim dicuntur qvi morbo aliqvo impediuntur, ut actu non ſtatim generare poſſint, multi tamen ſublato iſto impedimento generarunt.

§. 195.

Ita in *ſterilibus* cauſæ ſterilitatis latent

ab-

Digitized by Google

abſconditæ, & non deſunt exempla, fœminas ſteriles etiam à medicis ut incurabiles derelictas ſobolem edidiſſe.

§.196.

QVOD *ſenes* attinet & *vetulas*, etſi à Phyſicis maſculis pariter & fæminis certum annorum ſpatium aſſignetur qvo generare & concipere deſinant; ejus tamen determinatio ab eo qvod plerumqve fieri ſolet deſumta eſt, & qvotidiana docet experientia ſenibus naſci ſobolem.

§.197.

Nec eſt qvod objicias, incertum eſſe annon aliorum induſtria hic cooperaverit; nam præterqvam qvod adverſum iſta valeat præſumtio, qvemlibet vivere honeſtè, cui non demonſtratum eſt contrarium; ita pro ipſis validas conjecturas ſuppeditant hiſtoriæ experientiâ corroboratæ, & *vetulas* parere. Qvod itaqve in uno ſexu ſperare licet, cur non & liceat ſperare in altero.

§.198.

QVANQVAM non ſit diffitendum, melius obtineri conjugii finem per juvenes aut perſonas nondum ſenectute labo-ran-

Digitized by Google

rantes, unde nec malè legibus qvibuſdam civilibus cautum fuit, mulierem qvingvagenariâ & virum ſexagenario majorem nuptias inire non poſſe.

§. 199.

Deniqve & in iis, qvi *in ultimo mortis articulo* ſunt conſtituti, ſpes ſupereſt, poſſe omnes conjugii fines obtineri, ſiqvidem per hunc non intelligendum eſt ultimum momentum, qvo anima à corpore abit, ſed illud ſpatium inter vitam & mortem, qvo homines rationibus Medicorum ſubnixi de ſalute ægroti jam deſperant. Qvot enim & hic referri poſſent, qvi deſperationem iſtam medicam evaſerint?

§. 200.

Perduxit nos ordo ad illam qvæſtionem: an ad generationem ſobolis obtinendam reqvirantur unus mas et una fœmina? ſeu *an Polygamia ſit jure naturali probibita?*

§. 201.

Fuit ea hactenus acriter ventilata, poſtqvam qvidam homines fanatici anxiè defendere conati ſunt, polygamiam unius viri cum pluribus fœminis eſſe lege

ge

ge divinâ præceptam, magiſtratusqve Chriſtianos peccare graviter, ſi eam ſubditis non permittant.

§. 202.

Ubi non diffitendum, ex variis ſcriptoribus illos, qvi ex dictamine rationis monſtrum iſtud opinionis ſuffocare intenderunt, anſam dediſſe, ut potius illud ſpiritus ſumſerit, & magno impetu imbecilles hos aggreſſores proſtraverit.

§. 203.

Scilicet, ſicut alibi jam oſtendimus, non poterit *polygamia virilis* ex lege naturali impugnari, qvia tantum abeſt ut per eam directò turbetur *ſocialitas humani generis*, aut generatio ſobolis impediatur; ut potius rationi ſibi relictæ eadem multum facere videatur ad multiplicationem generis humani.

§. 204.

Rationes verò ab aliis adverſus eandem adductæ de Zelotypia, de diſcordiis domeſticis, de odiis novercalibus in ipsâ prole continuandis, & qvæ ſunt alia incommoda domeſtica, jam ſæpius à multis ſunt rejectæ.

§. 205.

Digitized by Google

§. 205.

Qvod ſi præcedenti argumento â priori deſumto, rationem à poſteriori adverſus Chriſtianos valituram velis ſuperaddere, eandem optimè ſuppeditabit *diſpenſatio divina*, qva Deus in veteri teſtamento populo Judaico vel certè Patribus eandem permiſit, qvin & inter *beneficia Davidi præſtita* recenſuit, qvod ipſi plures uxores dederit. Qvis enim putaret Deum id inter beneficia referre, qvod eſſentiam hominis turbat ac jure naturali prohibitum eſt?

§. 206.

De *muliebri polygamia*, ſeu unius fœminæ cum pluribus viris conjunctione major eqvidem conſenſus eſt eruditorum, eam juri naturali adverſari, qvoniam videlicet pugnet cum 1. procreatione ſobolis, 2. mutuo adjutorio, 3. imperio maritali, 4. per eam ſola libidinis expletio intendatur, 5. Deus vero nunqvam eandem admiſerit, qvæ rationes ſi qvid valent, valebunt etiam contrà *communionem uxorum*. Qvare & qvæ nos dicemus, ad communionem uxorum erunt extendenda.

§. 207.

Digitized by Google

§. 207.

Sed qvid rationes iſtæ in receſſu habeant, partim ex hactenus dictis facile occurrere poteſt, partim de ſingulis alibi prolixius oſtendi.

§. 208.

Ex qvibus non difficile erit reſpondere ad argumenta ſecundaria; ſi polygamia muliebris aut communio uxorum admittatur, multas rixas eſſe orituras inter mares circa formoſas fœminas; magnam imbecillitatem prægnantis fœminæ & alieni auxilii indigentiam eſſe futuram, neminem verò marium opem laturam eſſe, niſi ex ſe prægnantem norit, qvod in iſtâ communione fieri neqveat; tum partus educationem, qvam nemo ex maribus ex identitate rationis ſuſcepturus ſit, fœminæ unicè laborioſam nimis ac ſumtuoſam futuram, ita ut eidem vix ſuffectura ſit; deniqve iſto caſu, nullas cognationes ſat diſtinctas, nulla qvoqve patrimonia poſſe exiſtere, qvibus tamen ſublatis magna pars commodorum, qvibus vita humana ſuſtentatur, aut exornatur, peritura ſit.

§. 209.

Digitized by Google

§. 209.

Qvod ſi verò nihil aliud haberemus, qvod argumentis iſtis objicere poſſemus, ſufficeret, eas deſumtas eſſe ferè ab incommodis domeſticis, qvibus alia ratione facilè occurri poſſet, & qvæ ex accidenti ſaltem advenirent, adeoqve hic repetenda eſſent ea, qvibus reſponderi ſolet ad incommoda polygamiæ virilis.

§. 210.

Taceo, qvod Stoici tradiderint, uxores apud ſapientes communes eſſe debere, ut qvilibet illi congrediatur qvæ ſibi prior occurrit; Fore enim ſic ut omnes patrum inſtar æqvâ caritate ſobolem diligant, utqve tollatur adulterii ſuſpicio & Zelotypia; & qvod Plutarchus naturali & civili rationi convenientiſſimum judicaverit, ſi aliqvibus caſibus communes cum aliis habeantur uxores.

§. 211.

Id tamen operabuntur rationes contrà *polygamiam muliebrem* adductæ, potiſſimum ea, qvod per illam non ita benè ſobolis procreatio & generis humani multiplicatio poſſit obtineri, ut appare-

at,

Digitized by Google

at, eandem *infimum gradum licentiæ obtinere & probibitioni propiorem eſſe* qvam præcepto; ſecus atqve conjugium unius cum unâ, aut polygamiam virilem.

§. 212.

Inter has vero conjunctionis ſpecies, ſi in gradus licentiæ velis inqvirere, & utra ex iis pro magis decorâ & perfectâ conjugii ſpecie habenda ſit, ex ductu rationis ſibi relictæ definire, valde vereor, ne *polygamia virilis* plurimos in ſuas partes tractura ſit, cum, ut dixi finis primarius conjugii per eam magis promoveri videatur, qvam per monogamiam, & qvies ac tranqvillitas domeſtica à populis polygamiâ hac utentibus ſatis benè fuerit obtenta, ac deniqve Zelotypia fœminarum ferè præſupponat jus aliqvod ex conſenſu acqviſitum, adeoqve ſi acqviſitio iſta ceſſet, neceſſe ſit ipſam valdè diminui, præprimis ſi talis ſit populus, ubi non obnoxii nimis mariti uxoribus vivunt, qviqve educationem fœminarum ſic temperet, ut ne erecta nimis evadant illarum ingenia.



Digitized by Google

§. 213.

Qvo pacto tamen *monogamia* haudqvaqvam juri naturali adverſari putanda erit, ſed medio qvaſi loco inter utramqve polygamiam poſita eſſe à ratione cenſebitur, vel ut exactius loqvar, ſe ad præceptum habere, ut v. g. numerum qvinarium ad ſeptenarium, polygamiam virilem contrà ut ſenarium, & muliebrem ut binarium.

§. 214.

Simul verò à dictis dependet deciſio qvæſtionis, *an mero jure naturæ liceat inire matrimonium cum ea quæ jam alteri nupta eſt, aut eo, qvi jam uxorem habet?* Nam ſi vir & fœmina ſibi mutuò fidem dederint de perpetua cohabitatione, & corpore alii non communicando, haud dubiè qvæſtio neganda eſt, qvia aliàs peccaretur contra præceptum legis naturalis, qvod fidem datam ſervandam eſſe vult.

§. 215.

Qvod iſtud pactum abfuerit, aut una ex polygamiæ ſpeciebus ſit recepta, nullam poteris afferre rationem, qvâ, ſolâ

 ra-

Digitized by Google

ratione utentem, convincere poſſis de iſtius actionis turpitudine.

§. 216.

Igitur vides, qvo reſpectu *adulterium* juri naturali repugnet; ſive enim id deſcribas cum Romanis per violationem tori conjugalis, ſive cum hodiernis JCtis per conjugalis fidei violationem, utrobiqve perſona conjugata notam legis naturalis qvæ pacta ſervari jubet, incurret, ibi ſola fœmina, cum maritus ſaltem apud Romanos haberet jus tori, hic uterqve, propter fidem mutuam.

§. 217.

Solutus autem & ſoluta, qvæ cum conjuge alienorem habet, adverſus innocentem peccabit, qvod violet præceptum de non lædendis aliis.

§ 218.

Qvin etſi alteruter ex conjugibus conſentiat, ut alter corporis ſui copiam alii faciat, qvomodo velles oſtendere, tum nihilominus communicationi huic ineſſe naturalem turpitudinem? Sanè qvilibet juri ſuo ex pacto qvæſito renunciare poterit, ni obſtet præceptum ſuperius, qvod hactenus in ratione fruſtrà qvæſivimus.

§. 219.

ratione utentem, co...
iſtius actionis turpitu...

§. 2...

Igitur vides, qvo ...
juri naturali repugn...
ſcribas cum Romanis ...
tori conjugalis, ſin ...
JCtos per conjugalis ...
utrobiqve perſona co...
gis naturalis qvæ pacto ...
curret, ibi ſola fœmina ...
rem apud Romanos habe...
uterqve, propter fidem ...

§. 217.

Solutus autem & ſolu...
conjuge alienorem habet, ...
nocentem peccabit, qvod ...
prium de non lædendis aliis.

§. 218.

Qvin etſi alteruter ex ...
conſentiat, ut alter corpore...
alii faciat, qvomodo velle ...
rum nihilominus commu...
ineſſe naturalem turpitudine...
qvilibet juri ſuo ex pacto qv...
ciare poterit, ni obſtet præc...
rius, qvod hactenus in ...
qvæſivimus.



§. 219.

Hinc difficillimum foret, *lenocinii* turpitudinem vel certè multarum ejus ſpecierum ex eâ diſciplinâ, ubì ſolam rationem ſeqvimur ducem, demonſtrare.

§. 220.

Reſtat ut videamus an perſonæ inter qvas eſt neceſſitudo ſanguinis vel alia huic affinis, naturaliter ad ſocietatem conjugalem aptæ ſint? *ſeu an inceſtus qvidam juri naturali adverſetur?*

§. 221.

Etſi igitur apud omnes gentes, qvibus morum aliqva eſt cultura communi perſvaſione receptum deprehendatur, â qvarundam perſonarum nuptiis eſſe abſtinendum, ejus rei tamen ſolidam rationem, & qvæ ex ſociali hominis naturâ, uti reliqva præcepta, liqvido fluat aſſignare, oppidòqvam difficile eſt.

§. 222.

Nonnulli hic ſimpliciter ad *abhorrentiam humanorum affectuum* confugiunt, qvaſi omnes qvi per pravam educationem aut vitioſum habitum non ſunt corrupti, in ipſis ſenſibus deprehendant aliqvid tali commixtioni repugnans, id

 qvod

Digitized by Google

qvod claro ſit indicio eandem naturali jure prohiberi.

§. 223.

Sed his ſatisfecerunt jam alii: Plutarchi vero ratio *de latius ſpargendis amicitiis* per diffuſas affinitates non tanti eſt ponderis, ut qvod contra fiat irritum aut illicitum cenſeri debeat, etſi eandem ſeqvatur Auguſtinus.

§ 224.

Res omnium optimè procedet, ſi ſeparemus *inceſtus ſpecies*; eſt enim alius qvi committitur ratione *conſanguinitatis* alius cum perſonis *affinibus*; Uterqve vel in *linea recta* vel in *collaterali.*

§. 225.

De eo qvi inter *conſanguineos lineæ rectæ* committitur, ante omnia diſpiciendum. Nam conſanguinitas eſt affinitatis præſuppoſitum, linea recta verò eſt fundamentum lineæ collateralis.

§. 226.

In illorum ergo conjugio ſapientiſſimus Socrates nihil aliud culpandum invenit præter *ætatis diſparitatem*, unde ſeqvatur aut ſterilitas aut male conformata ſoboles, qvod profectò oppidò qvàm jejunum eſt.

§. 227

Digitized by Google

§. 227.

Alii ejusmodi conjunctionum fœditatem inde oſtendere voluerunt, qvod per eam diverſa planè *neceſſitudinum vocabula confundantur.* Sed hi neſcio cur res ex vocabulis metiri voluerint, obliti vulgati axiomatis, rerum gratia inventa eſſe vocabula, haud qvaqvam res propter voces.

§. 228.

Accedit, qvod nullo jure, qvantum conſtat, prohibitum ſit conjugium filii cum novercæ matre, etſi hic filius fiat ſocer patris & novercæ vitricus, noverca verò privigni privigna & matris ſuæ ſocrus &c.

§. 229.

Qvi verò nihil aliud hic afferunt, qvàm, qvod Jure naturali matrimonia adſcendentium & deſcendentium in infinitum ſint prohibita *propter communionem ſanguinis*, qvæ in propioribus gradibus omnino detur, illi nodum arctant, non ſolvunt; obſcuriſſimum ſiqvidem eſt, qvomodo communio ſanguinis phyſica poſſit producere effectum moralem.



Digitized by Google

§. 203.

Reſtant duæ rationes, qvæ plus in receſſu videntur habere, *reverentia debitum & pudor naturalis.* Nam nec maritum, ajunt, qui ſuperior eſt lege matrimonii, eam *reverentiam* poſſe præſtare matri qvam natura exigit, nec patri filiam, qvia, qvanqvam inferior ea ſit in matrimonio ipſum tamen matrimonium talem inducere ſocietatem, qvæ illius neceſſitudinis reverentiam excludat.

§. 231.

Sed non deſunt quæ adverſum iſta reponi poſſunt. Si enim *reverentiam à pudore* abſtrahas, non adeò videtur abſurdum eſſe, matrem cum filio ſui juris jungi, cum non repugnet, maritum uxori ob virtutem, ſapientiam aut nobilitatem reverentiam exhibere; multò magis cum obſeqvio conjugali etiam filialem reverentiam patri marito filiam uxorem exhibere poſſe, ni pudor obſtet.

§. 232.

Ac poterit hæc aſſertio omnium optimè declarari exemplis. Majorem utique, quam liberi parentibus, reverentiam debent *ſubditi imperantibus*, & hoc non

non obſtante tamen haud quicquam juri naturali adverſari videtur conjugium *principis cum ſubditâ, reginæ cum ſubdito*, etſi utrobiqve uxor & maritus characterem ſubditorum retineant, adeoque illa marito, hic reginæ uxori reverentiam illam exhibere teneantur.

§. 233.

Fuit nihilominus, cum putaverim, *reverentiam* eſſe prohibitionis cauſam in lineâ rectâ; neqve feriri hanc ſententiam ab inſtantiâ allatâ, qvoniam à reverentiâ ex facto humano ortâ, adeoque diſpenſabili ad reverentiam à naturâ immediatè debitam & irremiſſibilem non valeat conſequentia.

§. 234.

Sed re penitius exactâ iſta quidem reſponſio objectionem non tollit, non, qvod falſum ſit, reverentiam ſubditorum mediante facto humano oriri (qvæ qvidem communis eſt opinio de qvâ infrà ſuo loco) adeoque reverentiæ Principibus debitæ cum reverentiâ qvâ parentibus obſtricti vivimus eadem ſit ratio, ſed, qvod non omnino veritati videatur



Digitized by Google

atur eſſe conſentaneum, *reverentiam erga parentes eſſe irremiſſibilem.*

§. 235.

Etſi enim, ubi ad ſocietatem paternam pervenerimus, demonſtraturi ſimus, qvamdiu liberi à parentibus educantur, neceſſe omninò eſſe, ut reverentiam iisdem exhibeant, cum ſine reverentià obſeqvium, ſine obſeqvio educatio non poſſit intelligi, & ita parentes ad educationem obſtricti reverentiam iisdem remittere haud poſſint; ſimul tamen ex ibi dicendis patebit, poſt educationem abſolutam obſeqvio ceſſante, ſolam remanere reverentiam in memoriam priſtini beneficii parentibus exhibendam, cui ipſi qvia in parentibus merum jus absque concomitante obligatione reſpondet, non video, cur non eidem etiam parentes renunciare, illudqve liberis remittere poſſint, præprimis cum in honeſtâ familiaritate nulla ſit turpitudo.

§. 236.

Ita videmus ſæpius patrem etiam honeſta in conditione poſitum cum filio adulto judicio pollente & bonis moribus prædito amicâ & tali converſatione uti, cu-

cujus exempla rarius inter homines æquales allegare poſſis; neqve tamen propterea quisquam eos criminis adverſus rectam rationem commiſſi inſimulat; ut taceam freqventiſſimas familiaritates matrum cum filiabus nuptis.

§. 237.

Accedit, qvod, qvantum ad nuptias filii cum matre, jam ſuprà oſtenderimus, *reverentiam marito à conjuge* ex lege naturali non deberi, adeoque, etiamſi reverentiam filialem irremiſſibilem ſtatueremus, quid obſtaret tamen, quò minus mater in pacto conjugali reverentiam exigendi jus, quod jam habet, ſibi etiam in poſterum reſervaret?

§. 238.

Sequitur ut in *pudorem* inquiramus, ad quem jam ſuo ævo reſpexit Paulus JCtus, *contrà pudorem eſſe aſſerens, filiam ſuam uxorem ducere.* Atqve hic quidem vel ut *communis* cauſa producitur, cur nuptiæ inter perſonas cognatas & affines ſint interdictæ, vel *in ſpecie* quod conjunctioni parentum & liberorum obſit.

§. 239.

*Priorem* opinionem attentius diſcutere pro-



Digitized by Google

prolixum nimis foret, quare repetend
ſolum hic erunt eâ quæ ſuprà occaſione
ſcortationis de eâ monuimus.

§. 240.

Qvà *poſteriorem* præſupponitur, *pudoris* circa partes gentiales actumqve *generationis duplicem* cauſam eſſe. *Primò* quia iſtæ vicinæque partes tetram materiam ac fœtidam ejiciunt, unde ne iſta imbecillitatis indicia ullatenus pateant, ſolicitè ſuperbam hominis indolem ac gloriæ decoriſque cupidam cavere ſolere.

§. 241.

*Deinde*, quia affectibus per lapſum corruptis prava libido per eas partes magno velut cum impetu erumpere arrideat, & verò cardo quaſi omnis decori ordinis in ſocietate humanâ in hoc vertatur, ut propagatio ſobolis ſanctis legibus circumſcribatur; igitur dignitatiſuæ conſervandæ ſtudentem naturam iſtum pudorem commentam eſſe, quo & ſollicitè iſta membra tegerentur, ne oculis ſemper expoſita irritarent libidinem qvovis tempore paratam, & eò magis Venere illicitâ abſtineretur, qvod & legiti-

…gitimam non niſi tectè & remotis arbitris obire pudoris teneritas ſubigeret.

§. 242.

Iſtum porrò *pudorem inſigniter intendi* adverſus illas perſonas, quibus natura *reverentiam* quandam debemus, aut adverſus quos *gravitatem* quandam præ nobis ferre debemus, quales præcipuè ſunt *parentes* & *liberi*, ita ut, qvi per eundem non reprimatur, quo minus in familiarem iſtam corporum commixtionem deſcendere non vereatur, effronti prorſus ingenio, &, qvi nullum aliud facinus ſit formidaturus, judicetur; quare propter hunc potiſſimum pudorem jure naturæ inter aſcendentes & deſcendentes in rectâ lineâ connubia cenſeri prohibita.

§. 243.

Hic ut nihil dicam; *pravam libidinem*, quæ potiſſimum fundamentum pudoris verè ponitur, ex rationis ductu vix eſſe demonſtrabilem, iſtud maximè conſiderandum videtur, quod ratio prohibitionis in *pudore & reverentia* conjunctim quæratur.

§. 244.

§. 244.

Nam uti de *reverentiâ ſolâ* ſejunćto pudore modo fuſius diſſeruimus, ita, ſi de *pudore ſolo* ſeqveſtratâ reverentiâ ſermo foret, videretur ſequi, nulla conjugia eſſe admittenda, cum omnes homines cauſam pudoris in ſe deprehendant, pudoremque adeò inter ſe ſectari teneantur.

§. 245.

At, etiamſi *pudorem* cum *reverentiâ conjungas*, vereor, ne recurrat reſponſio, qvod parentes reverentiam iſtam poſſint *remittere*, ne urgeat iterum inſtantia de *connubio principum cum ſubditis*.

§. 246.

Igitur mallem & hic *imperfectionem rationis* noſtræ agnoſcere & aſſerere connubia parentum & liberorum non eſſe objectum legis naturalis, ſed alterius legis divinæ.

§. 247.

Unde & de *reliquis perſonis* cum quibus *inceſtus* hodiè committitur, facilè judicandum erit, inceſtum illum lege naturali non determinari, qvod jam alii demonſtrarunt prolixius, & à multis jam, reli-

ctâ

Digitized by Google

ctâ priori ſententiâ, quaſi connubia fratrum & ſororum etiam contra naturalem legem eſſent, eſt receptum.

§. 248.

Si itaqve hactenus dicta in ſummam velimus contrahere, iſta qvidem *conjugii* quatenus ex lumine rationis cognoſci poteſt, *definitio* oriretur, qvod ſit *ſocietas maris & fœminæ generandæ ſobolis gratiâ.*

§. 249.

*Officia conjugum* verò quod concernit, includuntur iſto præcepto unico. FACIENDA ESSE AB UTROQVE CONJUGE EA, QVÆ PRUDENTIA DICTAT AD PROPAGATIONEM SOBOLIS, ET POST HANC, AD LIBIDINIS EXPLETIONEM ESSE APTA.

§. 250.

*Maritus* igitur obligabitur, ut quantum ad conceptionem opus eſt, cum uxore concumbat, neqve conceptionem per nefarios amplexus impediat, tum ut libidinem uxoris pro viribus reſtinguat, ſic tamen ut hic caveat, ne proli conceptæ per iſtud opus damnum aliquod inſeratur.

§. 251

§. 251.

*Uxoris* autem ſimiliter officium eſt, ut corporis communionem marito præſtet non ſolum ad procreationem liberorum, ſed etiam ad extinctionem libidinis.

§. 252.

Quare *uterque* graviter adverſus ſuum officium peccant, ſi poculo *ſterilitatis* conceptionem fœtus impediant, aut concepto *abortum* procurent.

## CAPUT III.

# De Legibus Poſitivis officia conjugalia concernentibus.

§. I.

DEmonſtravimus hactenus, quantum ex ſolo lumine naturæ de officiis conjugalibus doceri poſſit, unde non mirari debemus, ſi videamus ſæpius Gentiles in deducendis aſſertionibus quarum ratio à nobis, qui Chriſtiani ſumus, evidentiſſime reddi poteſt, fluctuaverint, & ad jus

ali-

Digitized by Google

aliquod non ſcriptum vel connatum aut aliud quid ſimile, obſcuro ſenſu provocaverint.

§. 2.

Nimirum voluit Divina Sapientia hominem ſocietatem hanc maximè naturalem & ſeminarium humani generis, ſecundum ductum ſolius rationis inire, ne quidem in ſtatu integro, ſed ſtatim conditis primis parentibus ipſa matrimonium inſtituit, idque certis *legibus* munivit *poſitivis* omnes homines obligaturis, qvibus poſtea & in ſtatu poſt lapſum alias ſuperaddidit, officia conjugum concernentes.

§. 3.

In rationem vero hujus divini inſtituti, & cur Deus etiam in *ſtatu iſto perfecto* leges poſitivas legibus naturalibus ſuperaddiderit, ut inquiramus, a nobis non expecta, utpote quibus debitum ſubmiſſiſſimæ reverentiæ ergà Deum ſummum inculcat, noxiè curioſas ejusmodi quæſtiones, in rationes factorum divinorum, quas Creatori revelare nobis non placuit, otioſè inquirentes omittere. Sufficiet, eas quas ipſi9 Benignitas legibus

pro-

promulgatis addidit, piè ac devotè ſpeculari, quatenus iis ad interpretationem, quà declarativam, qvà extenſivam & reſtrictivam eſt opus.

§. 4.

Semper autem hic ad ea, quæ ſuprà poſuimus *legis poſitivæ divinæ requiſita* reſpiciemus, & qvod Rabbinorum traditiones attinet, ita verſabimur, ut eas quidem non plane ſimus rejecturi, perpetuo tamen easdem ſubordinaturi ſcripturæ.

§. 5.

Porrò cum leges divinæ duplici quaſi modo publicatæ ſint, *verbis expreſſis* in ſcripturam redactis tum & *facto inſtitutionis divinæ*, de illis quidem, quin genus humanum obligent, nullum reſtabit dubium, de his verò præſupponendum eſt, qvod latius demonſtrare ſolent Theologi, *omnem divinam inſtitutionem ſimul eſſe divinam legem*.

§. 6.

Utq; de *inſtitutione conjugii* eo minus dubiũ reſtare poſſit, eam vim legis obtinere, ipſe Salvator optim9 & authenticus legum divinarum interpres ſæpius ex primæ

mævâ illâ inſtitutione tanqvam ex lege controverſias matrimoniales definivit.

§. 7.

Fortè igitur non inconveniens foret, ſi *leges has divinas* ſecundum ordinem temporis proponeremus, ab illis videlicet, qvæ ſtatum *integrum* comitatæ ſunt, incipiendo, ac inde progrediendo ad leges *lapſum* inſecutas; qvoniam tamen de nonnullis dubium eſt non parvum, ad alterutrum hominum ſtatum earum promulgatio referenda ſit, ut fortè monebimus ſuo loco, & præterea timendum, ne animus ſtudioſi, cui primario ſcribimus, diſtrahatur, ſi aliâ methodo hîc incederemus, qvam capite præcedenti factum fuit, ſeqvendum potius eſſe iſtum ordinem judicavimus, perluſtraturi adeò, in qvantum præcepta juris naturalis à Deo aucta fuerint, & actus quidam lege naturali indifferentes lege poſitiva præcepti fuerint vel prohibiti.

§. 8.

Ergò qvod initio præceptum naturale de ineundo matrimonio concernit, repetiit illud Deus in prima benedictione, verbis: CRESCITE ET MULTIPLI-

CAMINI, qvæ non nudam facultatem hominibus tribuunt, ut ſubſeqventia, & *Dominamini ſuper terram*, ſed haud dubie obligationem ſimul adjunctam habent.

§. 9.

Qvoniam autem Deus ibidem *legem naturalem ſaltem repetiit*, &, facile conſentientibus omnibus, ejus obligationem non auxit, aut hominum libertatem arctius, qvàm jam per dictamẽ rationis factum erat, ſtringere voluit, inde neceſſariò ſeqvitur, ea qvæ ſuperius præcepto de ineundo matrimonio per modum explicationis & limitationis addidimus, hic qvoqve eſſe repetenda.

§. 10.

Hinc vereor ut rectè vis & efficacia voluntatis divinæ circumſcribatur: *Matrimonium ab omnibus hominibus eſſe ineundum*: Nam, etſi dictamẽ rationis de conjugio ineundo indefinitè univerſum humanum genus obliget, tamen minus accuratè præcepta de præſtandis officiis humanitatis, qvorſum & hoc præſens retulimus, applicantur diſtributivè ad ſingulos homines. Nam v.g. etſi indefinitè homines obligentur ad dandas *eleemo-*

*moſynas*, incongruè tamen loqveretur, qui vellet: ab omnibus hominibus dandas eſſe eleemoſynas.

§. 11.

Ulterius, qvia omnia præcepta affirmativa ad ſui adimpletionem reqvirunt occaſionem commodam, ideo nimis craſſe loqvuntur qvi vulgo tantam hujus præcepti obligationem eſſe volunt, ut is, *qui facultate generandi pollet, mortaliter peccet* ſi non uxorem ducat.

§. 12.

Qvaſi Deus velit, ut juvenes, qvi ſæpius ultrà pueros ſapiunt parum, & ad perſonam patrumfamilias gerendam ſunt inepti, animum ad uxores applicent, aut qvi ſibi ſuisqve nil niſi ſtrenuam eſuritionem poſſunt polliceri, civitatem mendicabulis impleant.

§. 13.

Qvæ ſententia forte originem ſumſit ex Doctrina *Rabbinorum*, docentium, ex præcepto illo divino: creſcite & multiplicamini, omnes maſculos teneri, ut ante expletum annum vigeſimum uxorem ducant, niſi aut aſſiduo legis ſtudio quis incumbat acriori libidinis ſtimulo



Digitized by Google

immunis, aut partium, qvibus viriſimus, defectu, generationi ſit impar.

§. 14.

Et hanc conjecturam juvat valdè, qvod vulgo easdem limitationes ſoleant addere, quas Rabbini addebant, nullum hominem ſubterfugere licitè conjugium niſi obſtet præceptum ſuperius, de vocatione nempe divinâ ad *donum continentiæ* ſervandum, aut *impotentia*, qvâ res ſit conclamata, ſi modò hæ duæ limitationes obſerventur.

§. 15.

Nam uti de *impotentibus* nullum eſt dubium, qvin ad matrimonium ſint inepti, uti etiam cœlibatus eorum, qvibus donum continentiæ divinitus indultum eſt, non ſolum pro actu licito ſed & maximè pro juſto eſt habendus; ita praxis totius Chriſtianiſmi repugnat, qvod ii omnes peccent, qvi *donum continentiæ non habentes* poſt annos pubertatis, vel etiam annum vigeſimum *uxores non ducunt*.

§. 16.

Cum enim exempla horum, qvi ante vigeſimum annum uxores ducunt, ſint rariſſima, ſeqveretur profectò, *enormia pec-*

*eccata ab omnibus Chriſtianis Principibus ujuscunque religionis tolerari*, ſeqveretur, nſigniter peccari à *Theologis & Concionaribus*, quod Politicis non perſvadeant, mò per leges pœnales omnes puberes d matrimonia ſine diſcrimine mediorum ſuſtentandi & commoditatis ineunda compellantur.

§. 17.

Neqve dicere poteris, homines noſtros prærogativam habere præ Gentilibus, eosqve omnes aut pleroſqve quia matrimonio abſtinent, habere donum continentiæ, qvippe non ſolùm vita communis, & ſubſequentia qvotidie conjugia contrarium evincunt, ſed & Theologi inculcare ſolent, *donum continentiæ* hodiè inter rariſſimè contingentia eſſe referendum, adeoqve præſumi non debere.

§. 18.

Sed, inquies, vel ideo omnes ac ſingulos homines ad generandum aptos ſtringet præceptum de ineundo conjugio, qvia eſt affirmativum: *affirmativa autem præcepta æquè ac negativa, obligant ſemper & pro ſemper*, hoc eſt omni loco & tempore,



Digitized by Google

ſolamque hanc admittunt exceptionem, ſi obſtet præceptum ſuperius.

§. 19.

Hic verò regeram ego, falſum eſſe, quod hic aſſeritur, & vel ex inſtantia de lege divina, *quæ orandum eſſe præcipit*, (quoniam hæc ut divinum cultum concernens ſuperius præceptum non habet) refutari poteſt. Etſi enim Apoſtolus inculcat, orandum eſſe ſine intermiſſione, quis tamen inde inferret, orandum eſſe omni loco & tempore, ita ut peccet, qui orationem intermittat per aliquot momenta, ut corpus modicè refocillet, aut functiones alias honeſtas impleat.

§. 20.

Pergo nunc ad ipſius matrimonii conſiderationem, cujus finem duplicem ſuperius demonſtravimus, ſobolis procreationem & extinctionem libidinis. *Illam præ hâc principaliter etiam à Deo intentam* eſſe in inſtitutione conjugii, oſtendunt verba hiſtoriæ ſacræ, quibus indicatur, *ad mutuum adjutorium Deum condidiſſe Evam, quoniam ex beſtiis nullæ Adamo adjutorium præſtare potuerit*: hoc eſt, non ſufficiebant beſtiæ ad ſui ſimile procreandum, etſi

ſuf-

ufficiant eædem ad extinctionem libidinis.

§. 21.

An verò & *in ſtatu integro* extinctio libidinis finis conjugii ſecundarius fuerit, difficile dictu eſt. Sunt enim qvi putant libidinem omninò à ſtatu integro abfuiſſe, ſunt tamen qui arbitrantur, Adamum etiam ſi manſiſſet integer magnam delectationem ex congreſſu conjugali ſenſurum fuiſſe, ac cum uxore gravida fuiſſe concubiturum.

§. 22.

Nobis hic videtur ſeparanda eſſe ſignificatio *libidinis phyſica*, qvæ conſiſtit in delectatione tactus venerei, à *morali* cujus deſcriptionem ſuprà dedimus.

§. 23.

*Illa eſt actus indifferens* & non magis exulaſſet à ſtatu integro, qvam honeſta delectatio eſum & potum comitans, vel alia hominis ſenſoria afficiens; fluit enim illa ex diſpoſitione & ſtructurâ mirandâ corporis, qvæ eadem fuit in ſtatu perfecto atque eſt hodiè, cum jam Theologi oſtenderint, peccatum non affeciſſe ſubſtantiam hominis.

§. 24.

*Hæc verò peccatum eſt*, & peccati origi-

nalis, non minima particula, quæ non ſolùm à genuino fine, cur inſtinctum ad unionem corporum homo ſentiat, aberrat, ſed rationi quam maximè repugnat & refragatur, unde non potuit adeſſe in primævo ac beato ſtatu.

§. 25.

Nunquam enim ad ſolam delectationem protoplaſti uſui fuiſſent cibo ac potui, ergo multò minus re venereâ.

§. 26.

Accedit quod maximè in præſenti vita libidinem augeat abundantiâ ſeminis orta ex luxuria & intemperantia edendi ac bibendi. At in ſtatu integro omnis quoque luxuria exulaſſet.

§. 27.

Quæ omnia conjunctim cum & maritum impellant ad congreſſum cum uxore gravidâ, non probabile eſt protoplaſtos poſt conceptionem factam fuiſſe concubituros.

§. 28.

At *in ſtatu poſt lapſum* Deus hunc finem in matrimonio ut ſecundarium tolerat.

§. 29.

Duobus his finibus addidimus etiam

*mutuum adjutorium in negotiis domeſticis*, quod uti haud dubiè in ſtatu poſt lapſum inſtitutioni divinæ non repugnat, ita mirandum inter Chriſtianos reperiri, qui id ipſum etiam in ſtatu integro per verba: *Faciamus homini mutuum adjutorium* fuiſſe à Deo intentum opinantur.

§. 30.

Quaſi non ipſa ſobolis generatio in illis verbis denotaretur, & quaſi opem Evæ deſideraſſet Adam ad acquirendas & conſervandas opes, ad regendos ſervos, educandam ſobolem, utpote quos actus omnes ignoraſſet ſtatus primævus.

§. 31.

Porro quæ ſuprà fuſius diſſeruimus de *conſenſu per metum, dolum vel errorem* impedito, iis nihil novi adjecit jus poſitivum univerſale, ſed relinquit legibus humanis augendæ tranquillitatis civilis gratiâ ſpecialiora ſuperaddere.

§. 32.

Unde ortum ſuum traxit diſtinctio inter *conjugii ſubſtantialia* & *accidentalia*. Nam jus divinum univerſale nulla ſubſtantialia conjugii novit, quàm quæ ad ſobolis generationem faciunt.

§. 33.

Hinc etiam eſt qvod leges civiles in determinatione ſubſtantialium ſæpius varient. Nam jus Canonicum *virginitatem* negat eſſe qvalitatem eſſentialem, pro tali verò eam habent mores noſtri, haud dubie ad jus Forenſe Moſaicum reſpicientes, utpote qvo, ſi qvæ pro virgine ſe geſſerit, poſt deflorata fuerit deprehenſa, non tantùm licite repudiabatur, ſed & pœnæ inſuper erat obnoxia.

§. 34.

Qvorſum etiam pertinet, qvod legibus Ebræorum civilibus id peculiare qvoad metum erat, ut ſi ſponſa *vi aut metu* coacta fuiſſet, irrita forent ſponſalia, non item ſi ſponſus coactum ſe diceret, quoniam neqve de vi eidem illata neqve de ipſius metu æqve præſumebatur, & repudiare eandem pro arbitrio poterat, ſi conditio diſpliceret.

§. 35.

Venio *ad imperium mariti*, qvod citra conſenſum uxoris ex dictamine rationis demonſtrari non poſſe ſatis, ut puto, deduximus; ſed hic ſuperaddit lex divina univerſalis præceptum: QVÆLIBET UXOR MARITO SUBJECTA ESTO.

§. 36.

§. 36.

Extat hæc lex inter *pœnas lapſus*, ſimile qvid in *ſtatu integritatis* à Deo fuiſſe conditum, Scriptura non revelat, ergo cur nos tale qvid fingeremus?

§. 37.

Præprimis cum mox ab initio docuerimus, non ſvadere rationis dictamen, Deum in ſtatu integro Evam ſubjicere voluiſſe Adamo, qvoniam communis cauſa imperii inter homines eſt *imperfectio*, qvæ Evæ tum temporis tribui non poterat.

§. 38.

Qvod argumentum tamen, ut vides, ſaltem eò tendit, qvod imperium mariti ex ratione demonſtrari non poſſit, non verò quod idem rationi ſit adverſum.

§. 39.

Unde nos neqvaqvam feriet, ſi qvis daturus ſit inſtantiam *de Angelis*, tanqvam in qvos nulla cadat imperfectio, cum tamen hoc non obſtante inter ipſos ſit regimen & ſubjectio, qvoniam Dominationum & poteſtatum titulos de iis prædicat ſcriptura.

§. 40.

Digitized by Google

§. 40.

Nam etſi hic reſponſi loco afferre poſſemus; adhuc eſſe dubium, an hæc nomina ſint ſolius ordinis an & imperii ſimul; foret tamen evidentior reſponſio rationis dictamen nullam cauſam ſuppeditare, ut inter angelos imperium aſſeramus, neqve tamen rationi id repugnare omnino, ergo cum id ſcriptura nobis inculcaverit, credi â nobis, non ſciri; ſimile quid verò de imperio mariti dici non poſſe.

§. 41.

Itaqve cum in rebus à revelatione divina dependentibus nihil temere debeamus fingere, fortè non ſine cauſâ qvis in admirationem rapi poſſet, qvî evenerit, ut communiter ſcripturæ interpretes ſtatuerint *Evam marito etiam ante lapſum fuiſſe ſubjectam*, & ſaltem iſtam ſubjectionem poſt lapſum in pœnam ejus fuiſſe auctam, ut cum antea ſe ſponte directioni mariti ſubmiſiſſet, poſteà cum renitentia & dolore animi id fieret, cum tamen expoſitionem hanc & textus & prægnans deſtituat ratio.

§. 42. Sed

§ 4…

Nam etſi hic reſpon… ſemus; adhuc eſſe du… mina ſint ſolius ordin… mui; foret tamen evi… rationis dictamen nu… peditare, ut inter aug… feramus, neque tamen … gnare omnino, ergo cu… nobis inculcaverit, credi… ri; ſimile quid vero de impera… ci non poſſe.

§ 4…

Itaqve cum in rebus … ne divina dependentibus … debeamus fingere, forte … qvis in admirationem rapi … venerit, ut communiter ſcrip… pretes ſtatuerint Evam … lapſum fuiſſe ſubjectam, & … ſubjectionem poſt lapſum … fuiſſe auctam, ut cum antea … rectioni mariti ſubmiſiſſet, … reſipiſcentia & dolore animi id … tamen expoſitionem hanc … prægnans deſtituat ratio.



§. 42.

Sed videlicet cauſam huic opinioni videtur præbuiſſe inſignis aberratio â regulis analyſeos Logicæ, cum nempe legerunt *ab Apoſtolo* docente, qvod *non conveniat, ut uxores imperent maritis*, duas addi huic doctrinæ rationes, unam *quod Adamus prius creatus fuerit Evâ*, alteram, *quod non Adamus ſed Eva fuerit à ſerpente ſeducta.*

§. 43.

Qvippe ſi ex rationis ductu reſolvere doctrinam Apoſtoli velis, iſta quidem evadet periphraſis. *Non convenit ut uxores imperent maritis, ſive ſtatum integritatis reſpicias, ſive conſideres ſtatum poſt lapſum. Ibi enim, qvo jure prætendere potuiſſet imperium fœmina* (poſito qvod imperium fuiſſet in ſtatu integro) *cum tamen Adamus in ſummâ libertate à Deo fuerit conditus, & poſteà nihil commeruerit, ut Creator ipſum libertate privaret ſuâ, ac Eva ex ipſo Adamo fabrefacta ſubjiceret, ſed potius convenientius fuiſſet, ſi ex conjugibus unus in illo quidem ſtatu alteri debuiſſet ſubjici, ut Eva tanquam poſterius creata neque adeò ante Adamum libertate omnimodâ pollens*

regi-

Digitized by Google

*regimini Mariti fuiſſet addicta. At in ſtatu poſt lapſum tantum abeſt ut uxor vindicare ſibi imperium debeat in maritum, ut potius eadem propterea, quod prius ſe ſeduci paſſa fuerit, in pœnam commiſſi criminis mariti imperium agnoſcere fuerit coacta, &c.*

§. 44.

Illi verò contra præcepta Logicæ & contra intentionem Apoſtolicam, ſtatum controverſiæ ſeu theſin Apoſtoli mutarunt, & qvas ipſe *contrà imperium uxorum* adduxit rationes, ac ſi *pro imperio mariti* ſtabiliendo ab ipſo allatæ fuiſſent, interpretati ſunt, eo modo ut per poſteriorem probaretur imperium mariti in ſtatu poſt lapſum, per priorem verò in ſtatu integro eidem aſſereretur; quam expoſitionem haud dubiè promovit, qvod viderent poſteriorem rationem in utriusque aſſertionis comprobationem valere, unde putarunt idem procedere in priore.

§. 45.

Oſtendit autem ſimul periphraſis noſtra non frigere illationem Paulinam, etſi ultra noſtram interpretationem non extendatur, adeoque exinde facile ſatisfie-

ri poſſe objectioni, ſi qvis afferre velit, nullam eſſe ſeqvelam; Adam prius creatus eſt non Eva, ergo uxor marito imperare non debet; niſi ex illa prioritate ad qvam ſpiritus digitum intendit, de imperio judicandum eſſet.

§. 46.

Qvod ſi ulterius inſtare velis, non ſine Myſterio Evam non modò non ante Adamum *ſed nec cum eo eſſe conditam*, ut nimirũ nec ipſi imperaret, nec par & æqualis ipſi ſed ſubjecta foret, reſponderem committi fallaciam non cauſæ ut cauſæ, & valere hoc ſaltem argumentum ad illuſtrationem aſſertionis de imperio mariti jam demonſtratæ, non valere ad ſolidam ejusdem probationem.

§. 47.

Ergo maneamus inconcuſſi in doctrina noſtrâ, pertinere hoc præceptum ſolum ad ſtatum lapſus, qvo pacto tamen nihilominus erit *poſitivum univerſale* omnes uxores afficiens, quemadmodum pœna Adamo dictata afficit omnes maſculos.

§. 48.

Simul illud exinde inferimus qvoniam

niam hæc ſubjectio à Deo fœminis injuncta fuit non in favorem & præmium mariti, ſed in *odium & pœnam ſexus fœminei*, cujus qvaſi executor ſaltem maritus à Deo eſt conſtitutus, igitur non eſſe in mariti arbitrio poſitum vel per pacta connubialia vel per tacitam conniventiam imperii domeſtici habenas relinqvendi uxori, ſed qui hoc faciant, non minus peccare ac v. g. magiſtratus inferiores, pœnas delinqventibus non inferentes, & jus aggratiandi qvod ſoli Legiſlatori relinqvendum eſt, ſibi arrogantes.

§. 49.

Rurſus qvod qvæſtiones de *diſſolubilitate conjugii* concernit, noluit divinum numen ejus deciſionem relinqvere ratiocinationi humanæ, ſed obicem eidem poſuit promulgando legem poſitivam: CONJUGIUM SIT SOCIETAS INDISSOLUBILIS.

§. 50.

Publicata fuit lex iſta *in Conjugii inſtitutione* etſi verbis diſſertis eadem à Moſe non ibidem memoretur, ſed latet tamen in iſtis verbis inſtitutionis. *Propterea deſeret homo patrem & matrem & adglutina-*

*bi-*

*bitur uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam.*

§. 51.

Etſi vero non negemus varia argumenta eaqve non inerudita afferri poſſe, ſiquis ſecundum regulas *interpretationis doctrinalis* ex iſtis verbis argumentum contra divortiorum licentiam velit extruere, præciduntur tamen omnia uno ictu, qvod ſalvator noſter in diſputatione adverſus Phariſæos ex illis verbis concluſionem iſtam intulerit: *Itaque jam non ſunt duo ſed una caro. Quod ergo Deus copulavit, homo ne ſeparet.*

§. 52.

Nam interpretatio authentica, qualis eſt illa Chriſti non adſtringitur regulis interpretationis doctrinalis.

§. 53.

Qvemadmodum autem leges poſitivæ ſubjacent limitationibus & diſpenſationibus legiſlatorum, ita & præſenti *limitationem* indulſit clementiſſimum numen, de cujus tamen expoſitione maximè variant ſcriptores, in tantum, ut eam quæſtionem pro latebroſiſſima jam ſuo tempore agnoverit Auguſtinus.



Digitized by Google

§. 54.

Nimirum cum Moſes in legibus forenſibus conceſſerit Judæis, ut uxoribus ob cauſam turpitudinis *libellum repudii* darent, de ſenſu legis hujus ſtatim ortæ fuerunt diſſenſiones, cum alii putaverint, *cogi maritum* ut in causâ adulterii uxorem dimittat, alii contra *licentiam* ſaltem indultam eſſe docuerint.

§. 55.

Iterum Schola Schammæana per turpitudinem à Moſe intelligi tantum *adulterium* voluit, Hilleniana verò de *quavis cauſa*, ob qvam mulier viro non placeat, legem dictam expoſuit, qvæ poſterior ſententia etiam magis à Judæis videtur in praxi fuiſſe obſervata.

§. 56.

Quare omnino ad iſtam litem videntur reſpexiſſe Phariſæi, Chriſto qvæſtionem proponentes: *an liceat divortium facere ab uxore, qualibet ex cauſa?* &, cũ Chriſtus negative reſponderet, atqve ad primam conjugii inſtitutionem eos remitteret, ſimul ad legem antiquam, qvod nempe *juſſerit* Moſes dare libellum repudii, provocantes.

§. 57

§. 57.

Ipſe vero ſalvator non obſcurè Shammæanam doctrinam ibidem probat, aſſerendo, omnem qvi uxorem ſuam dimittat, excepta cauſa *fornicationis*, & aliam ducat, committere adulterium, alteramqve ſententiam de *juſſu* legis Moſaicæ tacitè improbat, oſtendēdo, qvod Moſes ſaltem repudium ipſis ob cordis duritiem permiſerit.

§. 58.

Non minor autem quoad *interpretationem verborum Chriſti* ortus eſt diſſenſus, cum initio nonnulli fuerint, qvi putaverint, ea qvæ Redemptor ibidem cum Phariſæis diſputat, pertinere *ad ſolos Judæos*, Chriſtianis verò non licere repudium dare, nę qvidem ex cauſa fornicationis.

§. 59.

Alii contrà id qvidem *licere* arbitrati ſunt, non autem *præceptum* eſſe, qvod poſterius tamen etiam, qvi defenderent, non defuerunt, fuit ſiqvidem eâ de re ſententiarum divortium inter *Hieronymum* & *Auguſtinum*.



Digitized by Google

§. 60.

Porrò alii, qvi licentiam divortii Chriſtianis ex cauſa adulterii indulſerunt, non convenerunt, *utrum maritus vivâ adulterâ aliam ducere poſſet, nec ne.*

§. 61.

Deniq; etſi in eo conveniant ferè ſcriptores, à Chriſto ſententiam Hillelis & adeò divortiorum ſanitatem fuiſſe improbatam, id tamen adhuc acriter diſputari poteſt, an ſub voce *πορνεία*, (*fornicatio*) ſolum delictum *adulterii* vel *concubitus illiciti*, an vero & *alia delicta* majora intelligantur, qvæ aliàs in ſcriptura ſacrâ vocabulo fornicationis denotari ſolent.

§. 62.

Qvibus poſſes & iſtam controverſiam addere, *an licentia divortii ob adulterium etiam ad fœminas pertineat?* Sane Juſtinus narrat, de muliere Chriſtianâ, qvæ pietatis causâ marito infideli & flagitioſo Anno Chriſti 150. repudium dederit, adducunturqve ſimilia exempla Teclæ & Fabulæ.

§. 63.

Sed non minimum ſcrupulum injicit lex Conſtantini M. qvâ licentiam divortii

tii coarctat, ut *fœmina marito* ob ſolum *homicidium, crimen medicamentarium & ſepulcrorum diſſolutionem*, *maritus* verò *fœminæ* tantum *moechæ, medicamentariæ & conciliatrici* repudium dare poſſit. Vides enim in cauſis, ob qvas fœmina maritum dimittere poterat, *non eſſe adulterium*.

§. 64.

Et tamen non prætereundum eſt, cum iſtam legem promulgaret Conſtantinus, patres Nicænos pleroſqve in vivis fuiſſe, eique in rebus Chriſtianiſmi à conſiliis, qvin & clerum apud eum ita gratiâ ſub id tempus polluiſſe, ut Epiſcoporum judicio, ac ferme ſoli, cauſas undiqvaqve omnimodas permiſerit.

§. 65.

Neq; illud omittendum, dubium antehac fuiſſe, qvi Paulus, præter adulterium & *malitioſam deſertionem* admittens, cum Chriſto conciliaretur, qvâ in re tamen propè conſpirant, Chriſtum loqvi de cauſis ob qvas divortium fieri poſſit, Paulum vero non de cauſis repudii mittendi, ſed de tuendâ libertate conjugis innocentis, â qvâ alter injuſtè fecit divortium.

§. 66.

Iſtæ autem controverſiæ docebunt, non adeò mirandum eſſe, qvod ex JCtis etiam noſtratibus, qvidam magnæ autoritatis, defenderint, *adhuc hodiè in arbitrio poteſtatis publicæ eſſe, plures cauſas, præter adulterium & deſertionem* præſcribere, qvibus divertere liceat, cauſa tamen in judicio cognitâ.

§. 67.

Nec adeò levis & de nihilo judicanda ſententia *Miltonii*, etſi paſſim vapulet, defendentis, etiam per principia religionis Chriſtianæ *mores intolerabiles* ac *diſparitatem & renitentiam animorum* inter conjuges ſufficientem eſſe divortii cauſam, imò ſi qvi tam malè comparati deprehendantur, omnino ſeparari debere.

§. 68.

Etenim qvæ *de diſparitate animorum* ipſe affert, non magnam diſcuſſionem mereri videntur, cum ipſe neſcio qvam ideam mulieris, viri ſapientis & literati genio potiſſimum congruentis, formet, qvæ ſtudiorum ſeſe conſortem ferre qveat, aut meditationibus feſſum argutis jocis recreet, curiſqve ac triſtitia corre-

ptum

ctum eliganti oratione erigat, qvo pacto pauca invenies matrimonia virorum ſapientum; qvæ ex eâ cauſa non poſſent diſſolvi.

§. 69.

At qvod de *moribus intoleralibus* aſſeruit, etſi rationibus non omnino juſtis propugnaverit, videntur tamen pro eo paùcis afferri poſſe, qvod, ut modo diximus, nondum determinatum ſit inter Chriſtianos, *utrum Chriſtus in diſputatione contra Phariſæos ſolum adulterium excipere voluerit nec ne.*

§. 70.

Qvodſi hoc maximè concedas, poſſes tamen fortè *à malitioſa deſertione* argumentum pro ipſo afferre. Qvoniam enim paſſim Conſiſtoria deſertioni iſti æqviparant *pertinacem debiti conjugalis denegationem*, videndum erit, annon regulariter cum moribus ejusmodi intolerabilibus denegatio debiti ſit conjuncta, aut an debitum conjugale â perſonâ, cujus mores intolerabiles ſunt, honeſtè exigi poſſit?

§. 71.

Sed litem tot ſeculis actam, ego qvidem

dem non definio, pergo potius ad *mortalitatem libidinis* ſecundum doctrinam legis poſitivæ, qvæ id præceptum addit; OMNEM CONCUBITUM LIBIDINOSUM VITA.

§. 72.

Ubi repetendum, qvod pauló ante oſtendimus, *libidinem in ſtatu integritatis* non fuiſſe, ſed ſeqvi vel concomitari eandem peccatum originale. Qvare non poterit non concubitus, qvi ſolam libidinis extinctionem intendit, eſſe peccaminoſus, qvoniam ſic peccatum in actum deducitur, unde non ſolum *ſcortationis ſimplicis & ſtupri* ſed & maximè *beſtialitatis* turpitudo dependet.

§. 73.

Et ne dubium remaneat, non ſolum Deus in ſpecie criminibus, qvibus gentes ſe conſpurcaſſe dicuntur, accenſet *utriusque generis ſodomiam*, indicio hoc delictum initio vel per *inſtitutionem primævam* conjugii, vel in aliis legibus Adamo vel Noacho publicatis eſſe prohibitum, ſed & ſæpius inculcat, *ſcortatores* & *adulteros* non perventuros eſſe in regnum cœlorum;

§. 74.

§. 74.

Porrò qvoniam Apoſtolus docet, propter *evitationem ſcortationis quemlibet habere debere uxorem propriam & vice verſa*, adeoqve ſolum matrimonium remedium uſtionis Deus eſſe voluit, inde fluit, qvod & *ſtuprum*, in qvo per accidens intenditur ſobolis generatio & *concubinatus* jure divino ſint interdicti.

§. 75.

Qvin & id præſumendum eſt, *concubitum cum uxore menſtruata* primis temporibus fuiſſe interdictum; non ſolum, qvod iterum gentes dicantur ſe hoc crimine polluiſſe, ſed & qvod ejusmodi concubitus primariò non obtineat generationem ſobolis, ſed ſaltem per accidens. Huc pertinet, qvod qvidam referant, Hebræorum legibus patri fœtus qvi mutilus erat editus pœnam lapidationis fuiſſe dictatam, tanqvam qvi ab uxore immundâ abſtinere non potuiſſet.

§. 76.

Jam *polygamiam* tangit ordo, qvam ſuperius, ſive ſit virilis, ſive muliebris ex Jure naturali demonſtrativè oppugnari non poſſe, oſtendimus; Alia eſt ratio legis



Digitized by Google

gis poſitivæ univerſalis, qvæ dictat: O-MNIS POLYGAMIA SIMULTA-NEA ESTO PROHIBITA, qvoniam Deus in conjugii inſtitutione, qvæ vim legis habet, unum uni fœminæ junxit, ergo ſimul prohibuit polygamiam utramqve.

§. 77.

At, inqvies, ſi inſtitutionem conjugii ad polygamiæ prohibitionem extendimus, ſeqveretur, hominibus & *alias circumſtantias*, qvæ in primæva inſtitutione affuerunt, per modum legis eſſe obſervandas v. g. qvod protoplaſti *nudi* fuerint, qvod inſtitutio facta fuerit *ſub dio*, qvod à *Deo ipſo*, *ſine ſacerdotis interventu* ſine *præſentia parentum & cognatorum*, ſine *hoſpitibus*, ſine *muſica*, ſine *cibo & potu*, ſine *arrhâ & annulis* &c. qvæ ſingula ſi hodiè in matrimoniis vellemus obſervare, non ſolum foremus ridiculi, ſed & peccaremus in qvibusdam contra dictamen rectæ rationis.

§. 78.

Ut hoc dubium removeatur, ſolent aliqvi inter *eſſentialia* conjugii & *accidentalia* diſtinguere; ita ut argumentatio de vinculo inſtitutionis primævæ locum habeat

habeat qvidem in conjugii eſſentialibus, *materiâ* nempe ejusdem, ſeu perſonis cõtrahentibus, & *forma*, ſeu indivulſo maris & fœminæ vinculo, at non procedat in accidentibus id concomitantibus de qvibus formata ſit objectio. Sed oſtendimus jam alibi, hanc reſponſionem implicare magis; qvam ut nodum ſolvat.

§. 79.

Qvare potius dicendum, *omnes circumſtantias negotii à Deo inſtituti hominibus per modum legis eſſe obſervandas & pro eſſentialibus habendas, modò appareat, Deum in iisdem ſingulare qvippiam & ad negotium ipſum pertinens intendiſſe, aut easdem ex poſt facto non iterum ſuſtuliſſe.*

§. 80.

Jam igitur conſtat, Deum primum par protoplaſtorum eum in finem creaſſe, ut per ipſos mediante matrimonio genus humanum propagaretur. Qvod ſi itaqve voluiſſet permittere, ut una fœmina pluribus viris vel unus vir pluribus fœminis poſſet in conjugio jungi, haud dubie plures maſculos aut plures fœminas creaſſet, præprimis cum ab initio multiplicatione generis humani, qvam po-

Digitized by Google

potiſſimum urgent polygamiæ virilis defenſores, magis qvam hodiè fuerit opus.

§. 81.

Infero exinde per hanc circumſtantiam *unius maris* & *unius fœminæ* Deum *ſingulare quid* ratione ipſius conjugii intendiſſe, adeoqve eandem ad eſſentiales circumſtantias eſſe referendam.

§. 82.

Nec obſtat, qvod defenſores polygamiæ dicant, ideo Deum unum tantum par hominum creaſſe, qvod voluerit, ut ab *uno ſanguine* omne genus humanum deſcenderet. Qvemadmodum enim hæc aſſertio nobiſcum non pugnat, cum unius circumſtantiæ Deus potuerit plures habuiſſe rationes, & prætereà hæc ratio etiam ſingulare aliqvod circa ipſum conjugium intendat, qvod nobis ſufficit, ita neſcio, an exinde firmum aliqvid inferre poſſint.

§. 83.

Etſi enim ſtatuant, hunc finem non fuiſſe obtentum, ſi Deus plures fœminas creaſſet, easqve Adamo junxiſſet, vereor tamen an hæc ſententia demonſtrari qveat,

qveat, cum non ſolum verior nobis videatur Phyſicorum opinio, ſtatuentium ex ſemine maſculino ſaltem prolem generari vel certe vivificari, ſed & ipſa ſcriptura freqventius phraſi iſta: Hominem generari *ex ſanguine maris*, utatur, & in Jurisprudentia etiam fratres, qvi ab uno patre deſcendunt, conſanguinei non ſine ratione dicantur.

§. 84.

Jam qvod Inſtantias polygamorum concernit, qvis non videt *nuditatem* primorum parentum circumſtantiam eſſe, qvæ non ſpecialiter ad ipſum matrimonium pertinet, ſed & haud dubie, ſi homo manſiſſet integer, etiam in cœlitibus habuiſſet locum, ut taceam, ipſum Deum nuditatem primorum parentum poſt lapſum obtegiſſe eamqve ſuſtuliſſe.

§. 85.

Qvod *ſub dio* primum conjugium fuerit celebratum, iterum ad ipſum conjugium in ſpecie nihil facit, cum tum temporis nulla fuerint ædificia, & præterea circumſtantia loci fere ſemper inter accidentales referri debeat.

§. 86.

§. 86.

Ipſum vero *Deum* nolle conjugia hodierna hominum copulare, exinde conſtat, qvod non ita nobiſcum, ut cum Adamo Deus converſetur.

§. 87.

Deniqve qvod de *Sacerdote, parentibus, hoſpitibus* & *reliqvis circumſtantiis* urgetur, nihil adverſus nos facit, cum aſſeruerimus ſaltem, nullam circumſtantiarum, qvæ in inſtitutione negotii alicujus â Deo factâ, affuerunt, homini eſſe omittendam, non vero, nullas alias eſſe addendas: poſſunt enim accedere & aliæ decoris in vitâ humanâ obſervandi gratia, modo per eas primævæ non tollantur.

§ 88.

Sed qvid opus diſputatione prolixiore ex regulis interpretationis doctrinalis deſumtæ? Ipſe Chriſtus, cujus explicatio utiqve pro authentica haberi debet, in diſputatione cum Phariſæis ſuperius recenſitâ clariſſimè oſtendit, bigamiam utramqve & muliebrem & virilem in inſtitutione primævâ eſſe prohibitam, dum

ad

ad inſtitutionem conjugii provocat, dicens: *Initio non erat ſic.*

§. 89.

Qvamvis enim de polygamia diſputatio iſta non fuerit inſtituta, licebit tamen ex ejus aſſertione firmiſſimè theſin noſtram per argumentũ deducere. Nam ſi fœmina, qvam vir tamen dimiſerat, nubendo alii adulterium committit, multò magis adultera erit, qvæ non dimiſſa à priore marito alium aſſumſit. Qvod ſi mœchatur, qvi dimiſsâ priore uxore ſeu invitâ ſeu volente, aliam ducit, multo magis mœchabitur, qvi retentâ priore ſeu volente ſeu invita ſuperinducit alteram.

§. 90.

Connexio tam firma eſt, ut ulteriorem probationem non admittat. Et qvamvis mirè ſudent polygamiæ amaſii, ut eam infringant, qvam ob rem aſſerunt: Adulterium, in dicto loco Chriſti, non committi per ductionem alterius, ſed per ipſum repudium, commenti tamen hujus vanitatem jamdudum commonſtrarunt alii.

§. 91.

Jam facilis eſt reſponſio *ad exempla* polygamiæ virilis, de cujus *licentia* potiſſimum

mum diſceptatur in *populo Judaico*. Qvi polygamiam ex Jure naturali impugnant, neceſſe habent, aut diſpenſationem admittere in Jure naturali, aut aſſerere, Deum toleraſſe ſaltem polygamiam, non approbaſſe.

§. 92.

Neutrum procedere commodè poteſt. Jam enim ſuprà oſtendimus, jus naturale non admittere *diſpenſationem*. *Tolerantiam* autem Dei nudam præter alias rationes impugnat, qvod Deus inter beneficia Davidi præſtita numeret, qvod ipſi plures uxores dederit. Ut taceam, non præſumendum eſſe, qvod patriarchæ & viri reliqvi ſancti veteris teſtamenti vixerint in peccato continuo.

§. 93.

Qvapropter cum horum tantum intuitu ſpecialis diſpenſatio facta eſſe nunqvam legatur, mallem dicere, Deum ab obſervatione legis hujus poſitivæ univerſalis per modum *diſpenſationis* exemiſſe *totum populum Judaicum*, ſed usqve ſaltem ad adventum Salvatoris.

§. 94.

Ex dictis vero apparet, qvod lex poſiti-

mum diſceptatur in plur...
polygamiam ex Jure ...
gnant, neceſſe habent, ...
nem admittere in Jure natu...
rere, Deum toleraſſe ...
am, non approbaſſe.

§. 92.

Neutrum procedere ...
reſt. Jam enim ſupra ...
naturale non admittere ...
*Toleratum* autem Dei ...
bus rationes impugnat, quod ...
beneficia Davidi præſtita ...
ipſi plures uxores dederit ...
non præſumendum eſſe, ...
chæ & viri reliqvi ſancti ...
menti vixerint in peccato ...

§. 93.

Qvapropter cum horum ...
tuitu ſpecialis diſpenſatio ...
qvam legatur, mallem dicere ...
obſervatione legis hujus ...
erſalis per modum *diſpenſa*...
niſſe *totum populum Judaicum* ...
rem ad adventum Salvatoris

§. 94.

Ex dictis vero apparet, quod ...



tiva divina *extendat conceptum adulterii*, cujus turpitudinem ſecundum ductum ſolius rationis ſuprà deduximus ſaltem ex eo, qvod ſit contra præceptum de fide data ſervandâ & præceptum de non lædendis aliis.

§. 95.

At ex lege divina etiam pro adulterio habendum erit, ſi qvis poteſtatem cum alio vel alia concumbendi *per pactum ſibi reſervare voluerit*, aut concubitus fiat *conſentiente* altero conjuge, qvia tunc videlicet peccatur contrà præceptum de *libidine & polygamia* vitandis.

§. 96.

Simul illud pateſcit ex lege inſtitutionis primævæ, adulterium *tam à marito*, etiamſi *cum ſolutâ* rem habeat, qvam ab uxore committi poſſe, unde huic maximè convenit definitio adulterii à noſtratibus recepta, qvod ſit violatio fidei conjugalis.

§. 97.

Denique & ratio non eſt occulta, *cur apud Judæos pro adulterio ſaltem fuerit habitum, cum qvis cum uxore aliena concumberet*, non ſi ſoluta concumberet cum marito, qvia nempe polygamia viris erat indul-



Digitized by Google

ducta. Neqve adeo mirandum, eandem definitionem adulterii â Romanis fuiſſe retentam, qvia hi à Græcis leges ſuas habuerunt, Græci multa acceperunt mediante philoſophia Barbaricâ ex moribus Judæorum.

§. 98.

Igitur & ea lex divina ex prohibitione polygamiæ & libidinis per modum concluſionis deducitur: LENOCINIUM NON COMMITTE. Scilicet & vulgare illud, & qvod in ſpecie à conjugibus, marito maxime, patrari ſolet.

§. 99.

Ultimo loco & de *inceſtu* videndum. Atqve hunc qvidem diſertiſſimè prohibuit lex divina univerſalis, cujus diſpoſitionem his verbis ſummatim circumſcribimus. ABSTINE A CONJUNCTIONE PARENTUM ET LIBERORUM, FRATRUM ITEM AC SORORUM ET QVI TIBI PARENTUM ET LIBERORUM LOCO SUNT; QVIQVE DICTIS RESPECTIBUS TIBI SUNT AFFINES.

§. 100.

Qvæ diſpoſitio, ſi ulla, multis litigiis fuit & eſt ſubjecta. Ut ordine procedamus, pro-

quira. Neqve adeo mirandum
definitionem adulterii à Roman
referentem, qvia hi à Græcis leges
buerunt, Græci multa acceperunt
ante philoſophia Barbarica et
Judæorum. §. 98.

Igitur & ea lex divina et pro
polygamiæ & libidinis per mod
ctutionis deducitur: LENOC
NON COMMITTE. Scilicet
re illud, & qvod in ſpecie i
marito maxime, parum fuit.

§. 99.

Ultimo loco & de ſingulis
Atqve hunc qvidem dilecti
buit lex divina univerſalis,
tionem his verbis ſummatim
bimus. ABSTINE A C
CTIONE PARENTU
BERORUM, FRATRUM
SORORUM ET QVI TIBI
TUM ET LIBERORUM LOCO
QVIQVE DICTIS RESPEC
TIBI SUNT AFFINES.

§. 100.

qvæ diſpoſitio,
ſt ſubjecta. Ut ordine pro



probamus initio, eam pertinere *ad legem poſitivam*, qvia ſuprà demonſtravimus, ex ratione naturali turpitudinem ne qvidem intuitu lineæ rectæ oſtendi poſſe.

§. 101.

Spectat autem non ad ceremonialem & forenſem, qvia Deus ſatis manifeſtè dixit, contra prohibitiones iſtas peccaſſe Ethnicos, qvibus adeo neceſſe eſt, legem iſtam fuiſſe promulgatam, qvod vel *per Noachum* vel *per Adamum* factum fuit.

§. 102.

Cæterum an eædem prohibitiones obtinuiſſent *in ſtatu perfectionis* & integro, nos non tangit, qvi qvæſtionem hanc pro merè curioſà habemus, cum Deus ſapientiſſimè ejus deciſionem non revelaverit nobis; veremur tamen, ne multum hic ſit ſudandum iis, qvi ſtatum integrum normam faciunt corrupti, ſi rationibus & non autoritate humanâ velint agere.

§. 103.

Jam qvid velit ipſa lex, diſpiciendum. Deus uni regulæ, qvod nos fecimus, prohibitionem non incluſit, ſed *varias perſonas* enumeravit, à qvarum conjugio



Digitized by Google

ſit abſtinendum: Unde origo diſſenſionum circa *perſonas ibi non expreſſas*, ad qvas tamen ratio prohibitionis pertinet, ut & de *rationibus* ipſis.

§. 104.

Nos præſupponimus, omnem legem admittere præter interpretationem declarativam etiam reſtrictivam & *extenſivam*, ſi modo conſtet de ratione legis, & Legislator extenſionem fieri non prohibuerit. Fluit hoc ex iis, qvæ ſuprà in cap. de interpretatione demonſtravimus.

§. 105.

Deinde & illud poſtulatum ſuâ radiat luce, præferendam eſſe *rationem* qvam *Legislator ipſe* legibus ſuis appoſuit, rationi qvam ſuppeditant *interpretes*. Qvia omnis interpretationis finis eſt aſſeqvi voluntatem Legislatoris, qvæ ubi obſcura eſt, conjecturis eſt opus; qvod ſi ergo voluntas eſt aperta, ceſſant conjecturæ, neqve conjecturæ valent, qvæ non ſunt ad mentem Legislatoris.

§. 106.

Ergo multò magis, qvas *Deus* rationes legis ſuæ ſuppeditat anteponendæ erunt iis, qvas homines, cujuscunqve alias ſint

au-

Digitized by Google

ſit abſtinendum: Unde ...
ſum circa ...
qvas tamen ratio prob...
ut & de ...

§. 104.

Nos præſupponimus, ...
admittere præter interp...
declarativam etiam reſtrict...
vam, ſi modo conſtet de ...
Legislator extenſionem ...
buerit. Fluit hoc ex iis, qvæ ...
de interpretatione demonſtr...

§. 105.

Deinde & illud poſtula...
luce, præferendam eſſe ...
Legislatoris ipſi legibus ſuis ...
ni qvam ſuppeditant ...
omnis interpretationis ſinis ...
voluntatem Legislatoris, qvæ ...
ria eſt, conjecturis eſt opus; ...
voluntas eſt aperta, ceſſant ...
neqve conjecturæ valent, qvæ ...
d mentem Legislatoris.

§. 106.

Ergo multò magis, qvas D...
ris ſuæ ſuppeditat anteponend...
qvas homines, cujuscunqve ...



autoritatis, omnes tamen in relatione ad divinam ſapientiam fatui, inculcarunt.

§. 107.

Qvodſi hæc notaſſent & adhuc in univerſum notarent illi, qvi cauſis matrimonialibus dijudicandis præſunt, facilè ceſſarent erroneæ aſſertiones ex hoc primo falſo, qvod *tradita Rabbinorum* prælata fuerint *verbo Dei*, copioſe ortæ, facile tolleretur diſſenſus, etiam inter eos qvi uni religioni addicti ſunt freqvens.

§. 108.

Nempe *Ebræi veteres duas* potiſſimum rationes allegant nuptiarum in Levitico interdictarum, unam deſumtam â *naturali pudore*, qvi non ſinat autores ortus ſeu parentes cum ſua ſobole aut in ſeipſis, aut etiam per perſonas ſangvine aut nuptiali commixtione proximè cohærentes miſceri.

§. 109.

*Alteram* inde deducunt, ne qvorundam perſonarum *convictus quotidianus* & inobſervatus ſtupris & adulteriis anſam daret, ſi tales amores nuptiis poſſent conglutinari, unde v.g. inferunt, interdictum,

ctum eſſe matrimonium *amitæ*, non vero *filiæ fratris*, qvia nempe viri juvenes aſſiduè freqventant domos avorum & aviarum, aut etiam in iisdem ſimul cum amitis habitant, ad domos vero fratrum minus freqvens ipſis eſt aditus, nec ibi tantundem habent juris.

§. 110.

Jam cum *ipſi Rabbini* rationibus iſtis & aliis levioribus *non multum innituntur*, & disertè fateantur, magiſtros traditionum nihil certi ea de re accepiſſe, mirandum, qvod plurimi ex Chriſtianis, iis plus juſto tribuant, qvaſi ingens ſapientiæ theſaurus inibi lateat. Nobis vero, qvid eædem veri contineant, eò diſtinctius videndum, qvod iſtis proſtratis concluſiones multæ à verâ expoſitione legis divinæ recedentes, utpote qvæ, ſi accuratè iis earum fundamenta inqviras, huic fulcro vel unicè vel certè maximè ſuperſtructæ ſunt, ſua ſponte corruant.

§. 111.

Initio vero id velut obiter notamus, ſeqveſtrari à Rabbinorum ſectatoribus ferè rationem omnibus prohibitionibus communem, de qvâ mox, qvæ tamen his

ſpe-

Digitized by Google

ſpecialioribus erat omnino præmittenda, cum ex generalioribus in moralibus ſpecialiora limitationem vel interpretationem accipiant. Sic enim duæ rationes ſecernebantur, ut *prior* magis ad lineam rectam, *altera* ad collateralem pertineret.

§. 112.

Jam qvod *priorem* concernit, vel præcedens caput oſtendere poterit, qvantum robur inſit argumento à pudore deſumto, ſi exinde turpitudinem naturalem conjunctionis perſonarum in lineâ recta demonſtrare velis.

§. 113.

An autem Deus eandem ut rationem *arbitrariam* legis arbitrariæ in prohibitione conjunctionis inter parentes & liberos ſimul reſpexerit, videbimus ſtatim.

§. 114.

Ergo de priore nihil adjiciemus amplius. *Poſterior* non ita leviter nobis dimittenda erit, qvia manifeſtam *abſurditatem*, multorum errorum fontem continet, ſive ipſam *in ſe* conſideres, ſive ejus *applicationem ad perſonas in prohibitione expreſſas* ſive *concluſiones* inde dedu-

ctas *de perſonis non expreſſis*, ſive deniqve *deducendas*, qvas tamen ipſi hujus rationis amaſii habent haut dubiè pro abſurdis.

§. 115.

*In ſe* ſpectata tolerari fortè poſſet ea ratio, ut ſecundaria, cur Deus in perſonis collateralibus ibidẽ prohibitis, commixtionẽ corporum noluerit admittere, ſi ſubordinaretur rationi generali, *in proximitate ſanguinis* conſtitutæ, non ſine cauſa à divino numine etiam in perſonis collateralibus repetitæ, ut omnis excludi debeat cavillatio; Aſt cum huic communiter opponatur, ita ut ratio à Deo exhibita cedere debeat huic humanæ, id eſt, ut ea perſonæ pro prohibitis non ſint habendæ, in qvibus etiamſi eadem adſit proximitatis ratio, ceſſet tamen iſta de convictu qvotidiano cauſa, id vero eſt, ſapientiam divinam velle corrigere, id eſt, committere abſurditatem Chriſtiano homini non condonandam.

§. 116.

Deinde *applicatio ejusdem* ſatis qvidem benè procedit inter *fratres & ſorores* cujuscunqve generis ſive germanas ſive uni

nilaterales, qvia hi ſimul habitant & communi converſatione utuntur. At qvod *amitam* & *materteram* attinet, maximè hic claudicare incipit iſta Rabbinorum ratio.

§. 117.

Nam qvod *cohabitationem* concernit, uti apud alias gentes, ita & apud Hebræos, niſi fallor, vel ipſis morum Judaicorum ſcriptoribus conſentientibus, prærogativa non una *agnationis* fuit præ *cognatione*, cui illud accenſeri ſolitum fuit, ut poſt mortem parentum filiæ innuptæ magis apud *fratres* qvam *ſorores* fuerint educatæ, qvo pacto ſæpius qvidem contingere potuit, ut *juvenes* cohabitarent cũ *amitis*, qvam cum *materteris*, adeoqve, ſi Deus in promulgatione prohibiti inceſtus converſationem qvotidianam primariò reſpexiſſet, omnino diſcrimen inter materteram & amitam æqve fuiſſet obſervandum, atqve illi inter amitam & fratris filium obſervatum fuiſſe volunt.

§. 118.

Huic ſcrupulo, ut ſe explicent Hebræi, nova effugia qværunt, in *frequenti viſitatione familiæ avitæ* à viris juvenibus inſti-

tutæ, qvaſi nempe, cum ab his æqve avi materni atqve paterni ædes freqventatæ fuerint, vel ob hanc cauſam materteræ pariter & amitæ conjunctio fuerit interdicta. Sed videamus an hæc panacea & reliqvas abſurditates ſit ſanatura.

§. 119.

Mox enim prohibetur concubitus cum *patrui uxore*. Cedò rationem, qvi ſputa Rabbinorum lingis. An putas patruum una cum uxore in *avi domo*, qvam ita freqventer adiiſſe fratris filium arbitraris, *habitaſſe?* Non arbitror. An vero *viduam patrui apud ſocerum degiſſe opinaris?* Id adhuc minus probabile, ſi qvis communia odia inter ſocrum & nurum reputet. An deniqve *fratris filium freqventer iviſſe ad patruum dices?* qvine qvidem fratrum converſationem pro freqventi habes.

§. 120.

Eadem eſt ratio prohibitæ *uxoris fratris*. Nam nec hanc poterunt in domo ſoceri commodè collocare, nec metum ſtupri adeò converſatio qvotidiana injicere poterit, ſi in mentem revocent, qvod docuerunt, ad domos fratrum

mi-

minus freqventem fuiſſe aditum, nec ibi tantundem eos ut apud avos habuiſſe juris.

§. 121.

Sed fortè effugium qværent in eo, qvod diximus, fratres & ſorores poſt parentum mortem apud fratres & agnatos fuiſſe educatos, ergo omnino ob hanc converſationem interdicendum fuiſſe conjugium cum uxore fratris & patrui, qvoniam non rarò evenerit ut frater aut nepos ex fratre ibi habitaverint. Benè, inqvam ego, ſed ſi vos tot effugia pro demonſtranda ratione perſonarum expreſſarum in prohibitione qværitis, cavete ne anſam mihi ſuppeditetis oſtendere abſurditatem, qvam committitis in deducendis concluſionibus de perſonis ibi non expreſſis. Æqvum enim eſt, ut libertatem, qvâ utimini, & mihi indulgeatis viventi vobiſcum in literariâ Republica, in qva omnes æqvales ſunt.

§. 122.

Nam ut de *fratris filia* incipiam, cui cum patruo nuptias interdictas haud eſſe adſtruebatis, initio qværere liceat; qvâ

ra-

Digitized by Google

ratione nitatur aſſertio iſta, qvòd ad fratrum domos minus freqvens juvenibus fuerit aditus qvàm ad domos avorum, nec ibi tantundem habuerint juris. Sanè repugnant mores omnium populorum, neqve de Judæis qvicqvam peculiare hâc parte ex Hiſtoriis oſtendi poterit.

§. 123.

Scio eqvidem indulgentiùs communiter haberi pueros ſolere ab avis, qvàm à fratribus, ſed procedit id in infantibus aut infantiæ proximis. In puberibus, ad qvos maximè legiſlator reſpexit, alia eſt ratio. Etſi enim & hi blandius, qvàm fortè à parentibus, tractentur ab avis, non tamen qvicqvam ſolidi adduci poterit, cur freqventatio ædium fraternarum ipſis jam ex magnâ parte educatis reddi debeant odioſæ. Qvin & propè dixerim juvenes lubentius converſari in familia fratris qvàm avi, qvoniam qvantumcunqve benignitatis gradum obſervent parentes ſecundi gradus, conjuncta tamen eſt iſta converſatio cum magna reverentia ipſis debita, qvæ in iſta ætate magis magisqve ſe exerit. At hæc reverentia ut exhibeatur fratribus etiam natu majoribus, nulla

cau-

…auſa poſtulat. Ubi verò major æqvali-…s, ibi major amicitia, ibi major ſocieta-…s appetitus.

§. 124.

Verùm demus ipſis & hoc paradoxum. Parum lucrabuntur: ſi & nos utamur illô effugiô, qvòd non rarò liberi fratrum à patruis fuerint educati. Ergo & hic qvotidiana converſatio patrui cū fratris filia poſtularet prohibitionem.

§. 125.

Aut, ſi neqve hoc placeat, annon juvenculæ æqvè ut juvenes viſitarunt avos aviasqve, ac ita occaſionem habuerunt patruis familiariter utendi. Annon ſæpius accidit, ut avi educarent neptes ex filio? Certè nihil freqventius eſt, qvàm ut aviæ neptes ſuas amore ad exceſſum usqve proſeqvantur, eásqve multum freqventata converſatione dignentur.

§. 126.

Eadem ſuô modô & ad *ſororis filiam* applicari poſſunt, ut de aliis perſonis non expreſſis jam non ſim prolixior.

§. 127.

Qvin imò, ſi Deus ad perſonarum qvarundam convictum qvotidianum &

Digitized by Google

in obſervatum in lege hâc reſpexiſſet, neceſſe fuiſſet etiam prohibere conjugia inter *duorum fratrum aut ſororum liberos*, certè inter *liberos fratrum*, qvoniam & hi vel apud avos non rarò educabantur aut aliàs ibi occaſionem familiariter converſandi habebant, aut qvia ut diximus fratris filius patre mortuô apud patruum tanqvam agnatum proximum educabatur. Breviter ſi ob familiarem converſationem prohibita fuit patrui uxor, ob eandem cauſam æqvè & imò magis interdicendæ fuiſſent nuptiæ cum filia patrui. At horum conjugia lege divina prohibita non eſſe patet ex ſeqventibus.

§. 128.

Ergo nos potius, relictis iſtis rationibus haud genuinis, maneamus in revelatione divinâ, & in illâ ſolâ, utpote hâc parte maximè perſpicuâ, demonſtremus legem de inceſtu prout eam ſupra formavimus. Notanter verò diximus, abſtinendum eſſe à CONJUNCTIONE cognatorum & affinium, prohibetur enim ibi non ſolùm concubitus matrimonialis ſocietatem nuptialem intendens, ſed

ſed & vel maximè concubitus fornicatorius, cujus malitia inceſtu gravatur.

§. 129.

Deinde non ſine ratione Deus prohibitionibus ſpecialibus generalem præmittit: *Neminem debere concumbere cum ea, quæ ipſi ſangvine proxima eſt*, ut oſtendat ad hanc legem tanqvam generalem homines in dubio tanqvam ad rationem communem in interpretandis prohibitionibus ſpecialibus recurrere debere.

§. 130.

Dico in dubio. Unde ſi leges ſeqventes ſpecialiores apertè ſuppeditant novam rationem, qvæ à proximitate ſangvinis abit, communia principia bonæ interpretationis dictitant iis potius eſſe inhærendum, easqve extendi debere ad perſonas, in qvibus non eſt eadem ſangvinis proximitas.

§. 131.

Operabitur tamen iſta generalis ratio perpetuò, ut ubi eadem eſt ſangvinis proprietas ibi eadem qvoqve ſit prohibitio etiã in perſonis non expreſſis. Etſi rationes ſpecialiores indicaturæ ſint, in qvibus caſibus ultra proximitatem ſangvinis

pro-

prohibitio locum ſibi vindicet. Breviter valebit argumentatio ex iſta ratione affirmativè non negativè.

§. 132.

Qvare non opus erit ut, qvod multi faciunt, prolixè inculcemus doctrinam de computatione graduum, qvoniam rationes à Deo nobis traditæ oſtendent ſenſum prohibitionum commodè absq; mentione certorum graduum poſſe exponi.

§. 133.

Qvod ſi qværas, qvænam ſit rationis ratio, & cur Deus ob proximitatem ſangvinis conjugia qvædam interdicere voluerit, reſpondebo, id ut inqviramus non eſſe neceſſe, qvia non interpretamur legem humanam, in qva communiter ſcrutari ſolemus utilitatem Reipublicæ, qvam Princeps in legibus ſuis reſpicere debet, ſed divinam, cujus rationes non indicatas ſubtilius inqvirere velle pugnat cum reverentiâ ipſi debitâ.

§. 134.

Qvin &, ſi non omnium, qvæ legibus civilibus conſtituta ſunt dari poteſt ratio, & multò minus rationis ratio, ſed ſæpius

lex

lex etiamſi dura, tamen qvia ſcripta eſt, obſervanda eſt à ſubditis, multò magis homines rationem ſuam compeſcere debent in revelationibus divinis, ut non tendant plus ultrà, cùm certiſſimum ſit Deum omnia ſapientiſſimè agere, etiamſi rationes ſapientiæ ejus non capiamus.

§. 135.

Et niſi me omnia fallunt, Potentiſſimum Numen in verbis qvæ legi iſti generali addidit: *Nam ſum Jehovah Dominus tuus*; præter alia, qvæ per eadem innuuntur, etiam curioſitatem humanam præſcindere voluit, ut non ulterius de ratione prohibitionis hujus philoſopharentur, ſed id ſaltem cogitando, eſſe Deum Optimum Maximum, qvi hæc velit, ſancto terrore pruritus ulteriorum meditationum compeſcant.

§. 136.

Ergo nunc ad ſpecialia. Dixi prohibitam eſſe conjunctionem PARENTUM ET LIBERORUM. De *conſangvinitate* enim incipiendum eſt, & ab hac pergendum ad *affinitatem*, utpote qvæ eſt conjunctio perſonarum cognatarum cum cognati conjuge. Inter cognatos *linea*

*recta* præcedit collateralem, itaque primò videndum de parentibus & liberis, & in his etiam ipſe Deus incipit.

§. 137.

Prohibet verò concubitum *cum patre & matre, item cum filiô & filiâ aut filiâ filii*, iſtam rationem ſuppeditans intuitu matris; *eſſe illam matrem, ac propterea nuditatem ejus non eſſe detegendam*; Intuitu liberorum; *qvod ſit propria parentum nuditas*, qvo ipſo, ni fallor, Divinus legislator innuere voluit, ob *reverentiam* parentibus à liberis debitam, qvæ perpetua eſt, hos abſtinere debere à concubitu cum parentibus, cum pater & mater maneant pater & mater, etiamſi liberi maximè ſint adulti, illos contra propter *pudorem* debere abſtinere ab inceſtuoſa commixtione, qvoniam maximè impudicum habetur, ſi qvis propriam nuditatem detegat.

§. 138.

Sentio autem qvid velis. Id ſcilicet mones, qvod capite præcedenti rationes prohibitarum nuptiarum in lineâ rectâ à *reverentia* & *pudore* deſumptas rejecerim. Ita eſt. Sed rejeci ſaltem ſub ea limitatione,

Digitized by Google

ne, qvod hæ rationes non inferant demonſtrativè, abſtrahendo à revelatione, nuptiarum illarum prohibitionem ex lege naturæ. Recordari ergo debuiſſes, nos jam occupatos eſſe in legibus poſitivis, qvæ uti præter rationem qvid jubent aut prohibent, ita regulariter rationes iis adjunctæ ſunt præter dictamen naturale. Non tamen ſtatim, qvod præter rationis dictamen eſt, eſt etiam contra illud.

§. 139.

Ex iſta itaqve prohibitione ſpeciali formo primam Regulam: JURE DIVINO IN LINEA RECTA NUPTIÆ SUNT PROHIBITAE IN INFINITUM. Qvod ſint prohibitæ, nullus dubitat. Probandum igitur ſolum, qvòd hæc prohibitio tendat *in infinitum*.

§. 140.

Probo 1. ex *terminis*. Voces *patris* & *matris*, *filiæ* item & *filii* in legibus etiam ex idiomate Hebræo ſumuntur vel late ſtrictè. Hoc modô pro ſolis parentibus & liberis primi gradus. Illô pro gradu qvocunq; in infinitum. Media acceptio, ut forte gradum tertium aut qvartum ſaltem cum excluſione ulteriorum denotent,

rent, non datur. Neceſſe igitur erit, ut al-teruter horum ſignificatuum & hic ſub-intelligatur.

§. 141.

At ſtricta acceptio huc non qva-drat, tum qvia hac parte conſentiunt omnes interpretes Chriſtiani, proavos & abavos interdictô contineri, tum qvod qvæ Deus de *filiæ filiâ* addit, ex neceſſitate relationis evincunt, ſub patre etiam avum comprehendi. Seqvitur igitur ut Deus latiorem acceptionem intenderit.

§. 142.

Probo 2. ex *ratione legis*, ſive eam ſecundum interpretationem noſtram ſpectes, ſive etiam in verbis hæreas. Nam avia tua etiam in decimo gradu *mater tua eſt*, qvoniam ex ejus ſangvine es natus, & neptis tuæ in decimo gradu conſtitutæ nuditas *tua nuditas* eſt, qvia & hæc de ſangvine tuo participat.

§. 143.

Porrò qvo magis aſcendis, eò ma-jorem *reverentiam* debes aſcendentibus tuis, qvoniam his & qvi intermedii ſunt reverentiam debent omnes, tu verò in-ſuper & intermediis omnibus. Et qvò

ma-

magis deſcendis, eò major eſt pudendi tio, utpote qvæ reverentiæ cohæret.

§. 144.

Diſſentiunt ab hac regula pauci, in lineâ rectâ ultra *abaviam* & *abneptem* nuptias non prohiberi aſſerentes, ineptè, cum ferè locô rationis à Deo expreſſæ fundamentum qværant in mixtura phyſica quatuor temperamentorum aut elementorum aut participatione de identitate eſſentiæ vel aliâ ſimili.

§. 145.

Rectius iſti, qvi tradunt ita in infinitum hic eſſe prohibitas nuptias, ut nec *Adamus* ſi reſurgeret, ullam ex hominibus in uxorem ducere poſſet.

§. 146.

Sed iſte qvidem diſſenſus eſt curioſus magis, qvàm ad applicationem utilis. Neqve enim Adam eum in finem reſurget, neqve hodie caſus accidet, ut vel effœta atavia atnepotis ſui concubitum vel matrimonium appetat, aut atneptis conſveſcat cum atavo.

§. 147.

Ergo relictâ lineâ rectâ tranſeo ad collateralem, & initio qvidem ad FRA-

TRES & SORORES. Prohibet inter has perſonas Deus inceſtum apertiſſimè: *ne qvis detegat nuditatem ſororis ſuæ, quæ patris ipſius aut matris eſt filia, domi vel foris edita.*

§. 148.

Hinc oritur ſecunda Regula: IN LINEA COLLATERALI ÆQVALI NUPTIÆ TANTVM SUNT PROHIBITÆ INTER FRATRES & SORORES Ipſa propoſitio demonſtratur per verba legis divinæ modò adducta. Excluſiva regulæ adjecta, inde deducitur, qvia in lineâ collaterali æqvali poſt fratres & ſorores ſunt fratrum & ſororum liberi, de qvibus nulla extat prohibibitio Et qvamvis Jus humanum *Eccleſiaſticum* etiam inter Chriſtianos circa licentiam *conjugii conſobrinorum* aut *fratrum patruelium* maximè variaverit, nemo tamen unqvam defendit, iſta conjugia eſſe contra legem divinam exceptò ſolô Ambroſiô, qvi tamen aſſertionis ſuæ nullum attulit fundamentum. Neque enim habuit.

§. 149.

Cæterum fratres ſunt vel germani vel

uni

unilaterales, illiqve vel uterini vel conſangvinei. De ſingulis perſpicuè legitur ex divina. Sororem germanam intelligit per eam, quæ *domi nata* eſt, unilateralem, quæ *foris*, id eſt ex aliô conjugiô, uterinam, *qvæ eſt matris tuæ filia*, conſangvineam, *qvæ patris*.

§. 150.

Tranſirem ad aliam legem ſpecialem, niſi iterata prohibitio ulteriorem meditationem poſtularet. Mox enim Deus ſubjicit. *Non deteges turpitudinem filiæ uxoris patris tui, genitæ patri tuo, & ita ſororis tuæ.* In hunc ſenſum reddidit Lutherus & ferè reliqvæ verſiones. Et communis horum verborum eſt expoſitio, qvod hic iterum interdicatur conjugium cum ſorore conſangvinea.

§. 151.

Sed fuerunt tamen, qvamvis pauci, alia omnia hac prohibitione ſubintelligi opinantes, & nempe vetari *conjugium cum comprivignâ*, cujus mater peperit patri meo.

§. 152.

Rationes, qvas afferunt, potiſſimum duæ ſunt, 1. communem expoſitionem eſſe otioſam, qvia hôc pactô committe-

retur tavtologia, utpote cum modò in præcedentibus ſoror conſangvinea inter reliqvas ſatis diſtinctè fuiſſet prohibita. At Spiritum Sanctum non eſſe tavtologum.

§. 153.

2. In lingvâ Sanctâ extare *Moledeth*, non *Muledeth*. Iſtud eſſe participium activæ ſignificationis, hoc paſſivæ. Malè igitur ſecundum paſſivum ſignificatum vocem accepiſſe verſiones communes, cum potius ita fuiſſet reddendum. *Non deteges turpitudinem filiæ uxoris patris tui* (id eſt comprivignæ tuæ) *poſtquam ex* (noverca) *peperit patri tuo* (ſororem vel fratrem tibi cum comprivigna communem) *& ita* (comprivigna mediante iſtô fratre communi) *ſoror tua facta eſt*.

§. 154.

Qvamvis verò multi hoc dogma tanquam novum, ut fieri ſolet, refutare aggreſſi fuerint, ſi tamen fatendum eſt, qvid ſentiam, non reſponderunt ex aſſe ad illa duo argumenta.

§. 155

Qvin & plerique vel ex hoc fundamento iſtam opinionem deſtruere ſunt conati,

Digitized by Google

ti, qvod comprivigni neqve cognati ſint neqve affines, neqve cognatio inter eos aut affinitas per nativitatem fratris communis oriatur, qvod facilè ex definitionibus cognatorum & affinium omni Jure receptorum demonſtrant.

§. 156.

Sed hoc, ni fallor, eſt leges humanas normas facere, ex qvibus debeat interpretatio Juris divini ſumi, cum tamen potius res ſit invertenda. Eſto Jure humanô tantum prohiberi propter cognationem & affinitatem nuptias, an propterea Deo ligandæ ſunt manus, ut prohibitionem ſuam non poſſit extendere ulterius.

§. 157.

Qvin imò & leges humanæ ob alias qvoqve rationes civiles conjugia interdicunt præter cognationem & affinitatem; annon idem liceret Deo?

§. 158.

At, inqvies, Deus in iſtis prohibitionibus, qvas inter controverſa hæc ferè medio in loco collocata eſt, continuâ ſerie agit de inter dictis ob proximitatem ſangvinis, hoc eſt, ob conſangvinitatem &

affinitatem, Ergo inconveniens foret iſtam legem de alia cauſa velle interpretari.

§. 159.

Admittã & hoc, ſed tum urgebo, ipſum ſatis apertè aſſerere in hoc caſu proximitatem ſangvinis (ſive affinitatem eam velis appellare, ſive conſangvinitatem, ſive ex horum utroqve aliqvid mixtum) ortam ex generatione fratris communis: ut nempe illa quæ cum fratre meo proximitatem ſangvinis habeat, habeat intuitu hujus medii & mecum, & adeo fiat mea ſoror, qvoniam fratris mei ſoror eſt.

§. 160

Nec obſtat qvod hunc modum, conſangvinitatem & affinitatem augendi ignorent leges, & qvod conſangvinitas atqve affinitas ſint termini technici. Nam hic iterum committitur μετάβασις. Permitte illis, ut in ſua arte loqvantur ut velint. Annon Deus autor ſermonis poteſtatem habebit, in ſuâ arte ſignificationem vocis extendere ad eum caſum, qvem alia diciplina ignorat?

§. 161.

Digitized by Google

§. 161.

Ita non rarò evenit, ut inter homines unus artifex vocabulô utatur in aliâ ſignificatione, qvam alter, qvi diverſam artem profitetur.

§. 162.

Imò ſæpius unam artem excolentes terminis utuntur diverſimodè.

§. 163.

Qvare potius aberrarunt homines, qvod in hoc caſu nullam ſangvinis proximitatem admiſerunt, qvam tamen perſpicue pro tali habuit Deus.

§. 164.

Eadem prohibitionis ratio obtinebit in caſu ſimili, ſi *noverca mea*, qvæ nullam comprivignam ad patrem meum attulit, peperit tamen patri meo, poſteâ eô mortuô, ad alia vota tranſiens *filiam* edat. Ergo nec hanc ducere potero.

§. 165.

Qvod ſi autem noverca patri meo partum non ediderit, poſſem ejus filiam ab altero marito, cui poſt mortem patris mei nupſit, conceptam matrimonio mihi jungere, etſi hæc filia nata ſit, poſtqvam noverca cum patre meo una caro fa-

Digitized by Google

facta erat, nam lex divina rationem prohibitionis non in unione carnis ponit, ſed in partu fratris communis.

§. 166.

Igitur & valeret conjugium cum comprivigna, ſi noverca ſobolem ex patre meo non edat, qvia & tum deficeret medium nos uniendi.

§. 167.

Sed qvid ſi hoc caſu poſtqvam jam qvis duxit comprivignam, naſcatur frater & ſoror communis. An poſteà conjugium bene formatum erit reſcindendum ob metum inceſtus? Non arbitror.

§. 168.

Adeoqve ſimul notabis *differentiam inter hanc probibitionem & reliqvas omnes*. In reliqvis inceſtuoſis nuptiis ſeparatio omnino facienda, qvoniã omnes commixtiones ſunt inceſtuoſæ. At hic non ſunt.

§. 169.

Scilicet in *inceſtu* reſpicitur ad *initium* commixtionis, ſi hæc inceſtuoſa ſit, & reliqvæ omnes pro talibus habendæ, ſin minus nec reliqvæ vitium contrahent, etiamſi circumſtantia ſuperveniat, qvæ ſi ab initio adfuiſſet, feciſſet inceſtum.

§. 70.

§. 170.

Ita ſi frater tuus miſceatur cum tuâ uxore aut vidua, qvia primus fratris tui concubitus eſt inceſtuoſus, & reliqvi omnes erunt.

§. 171.

At ſi tu adulterium & inceſtum condones uxori, absqve inceſtu cohabitare porrò ei poteris, etiamſi jam cum fratre tuo ſit una caro facta, qvia initio conjugium tuum inceſtu erat vacuum, qvod idem inceſtuoſum fuiſſet, ſi jam eo tempore, qvo tu id contrahebas, frater tuus cum iſta fœminâ rem habuiſſet. Et ita in cæteris.

§. 172.

Iam ad lineam collateralem inæqvalem, ubi incipit controverſiarum & diſſenſionum fertilitas. Nos viæ cœptæ inſiſtemus. Interdicit Deus *revelationem nuditatis amitæ tuæ, eò quod patris tui proxima conſangvinea ſit, itidem & materteræ, utpote matri tuæ proxima.*

§. 173.

Hinc formo tertiam regulam, IN LINEA COLLATERALI INÆQVALI NUPTIÆ TANTUM SUNT PRO HI-

HIBITÆ INTER EAS PERSONAS, QVÆ SIBI PARENTUM ET LIBERORUM LOCO SUNT ETIAM EX UNO LATERE IN INFINITUM.

§. 174.

*Parentum loco* dicuntur eſſe omnium adſcendentium meorum fratres & ſorores. *Liberorum loco* omnes fratrum vel ſororum mearum liberi. Ideò verò hæ perſonæ ad invicem parentum & liberorum loco eſſe dicuntur, qvia poſt parentes proximi ſunt in conſangvinitate, ad qvos adeo parentibus mortuis communiter onus tranſit educandi & qvandoqve alimentandi liberos fratrum.

§. 175.

Etſi itaqve Deus mentionem ſaltem in prohibitione faciat *amitæ* & *materteræ*, tamen *ratio Divina* ſatis clarè oſtendit, reſpexiſſe Deum ad iſtum qvaſi reſpectum parentelæ, & filiationis, ut inde rectè inferatur, cuilibet prohibitum eſſe conjugium cum iis, qvi parentibus ejus in latere proximi ſunt.

§. 176.

Ergo in linea collaterali aſcendente prohibitæ erunt nuptiæ cum *patruo &*

*avun-*

*avunculo*, cum *amita* & *matertera*, in deſcendente cum *fratris* aut *ſororis filio* aut *filiâ*.

§. 177.

Ulterius *in infinitum* ſe extendit iſta prohibitio, qvoniam in toto hoc capite, ut ſuprà innuimus, vocabulum patris & matris accipitur in lato ſignificatu pro omnibus adſcendentibus. Igitur ſi hoc loco ſtrictè ſupponerètur, haud dubiè id Deus expreſſiſſet.

§. 178.

Accedit, qvod ratio divina, à *proximitate attinentiæ ad perſonas parentum* deſumpta, ſi jungatur cum ratione cur nuptiæ in lineâ recta ſint interdictæ, id velit, qvod qvemadmodum inter adſcendentes & deſcendentes nuptiæ propter *reverentiam* & *pudorem* ceſſare debent, ita & ob eandem *reverentiam* fratrum liberi debent abſtinere à connubiis patruorum aut amitarum &c. & ob eundem *pudorem* avunculi aut materteræ inter vetita numerare matrimonia cum neptibus aut nepotibus ex ſorore &c.

§. 179.

Qvoniam igitur hæc ratio augetur in avo-

Digitized by Google

avorum, proavorum & ita in infinitum fratribus aut ſororibus, neceſſe erit, ut & prohibitio in infinitum extendatur.

§. 180.

Deniqve dixi in regula, qvod hæc lex divina ſpectet etiam ad fratres & ſorores *unilaterales* parentum, qvia non ſolum in præcedentibus fratrum & ſororum termini ita latè fuerunt uſurpati, unde & hic eadem præſumenda eſt vocabulorum ſignificatio, ſed &, qvia ad hos æqvè qvadrat ratio divina, ſunt enim & ipſi proximi parentum noſtrorum, niſi qvis afferre velit, qvod Jure Saxonico fratres unilaterales cenſeantur uno gradu remotiores, qvam germani, qvod tamen profectò hic eſſet argumentari à baculo ad angulum:

§. 181.

Qvi diſſentiunt, illi partim negant prohibitas eſſe nuptias inter *patruum & fratris filiam*, item inter *ſororis filiam & avunculum*, partim indulgent nuptias *nepotum aut neptium fratris*, cum *avi & aviæ ſororibus & fratribus* partim arbitrantur prohibitionem regulæ noſtræ ſaltem pertinere ad fratres & ſorores parentum *germanas*.

§. 182.

§. 182.

Sed hi omnes nituntur ſolùm iſto *fundamento*, qvòd prohibitio divina non ſit extendenda ultra perſonas hic expreſſas, qvodqve ante legem Moſaicam nuptiæ in linea collaterali non fuerint interdictæ, & qvod adeò lex iſta, tanqvam corrigens & reſtringens libertatem præcedentem, pro odioſa haberi debeat, qvæ non admittat extenſionem.

§. 183.

Qvod non ſolum paulò ante deſtruximus, in hoc capite, ſed & ſuprà, ubi de interpretatione tractabamus, oſtendimus, leges corrigentes perperam haberi pro odioſis.

§. 184.

Major diſſenſus eſt circa prohibitionem intuitu *affinitatis*, ubi dixi, qvod illorum omnium, qvi hactenus DICTIS RESPECTIBUS INTER SE SUNT AFFINES, matrimonia non procedant. Verba legis divinæ eò tendunt: *Non deteges nuditatem uxoris patris tui, qvia eſt nuditas patris tui. Non deteges nuditatem uxoris patrui tui, qvia eſt affinis tua. Non revelabis turpitudinem nurus tuæ, eſt enim uxor*

*filii tui, qvare non revelabis ejus nuditatem. Non deteges nuditatem uxoris fratris tui, qvia eſt nuditas fratis tui. Non revelabis turpitudinem uxoris tuæ & filiæ ejus, filiam filii ejus & filiam filiæ ejus non ſumes, ut revelas ignominiam ejus, qvia caro illius ſunt, & talis concubitus ſcelus eſt.*

§. 185.

EX his verbis ſtruo ultimam regulam QVÆCUNQVE PERSONÆ RATIONE CONSANGVINITATIS UNI CONIUGIUM SUNT INTERDICTÆ ILLÆ ETIAM PROHIBITÆ SUNT ALTERI CONJUGI PROPTER AFFINITATEM.

§. 186.

Planiſſimè enim ad hanc regulam ducũt rationes, qvas Deus in legibus recẽſitis prohibitioni addidit: quæ etiãſi aliquantum varient, cum modò dicat, *qvia eſt nuditas patris item fratris tui*, modò: *qvia eſt affinis tua*, modò, *qvia eſt affinis tua*, modò, *qvia eſt uxor filii tui*, modò, *qvia eſt caro (vel proxima) uxoris tuæ*, tamen reipſâ coincidunt.

§. 187.

Nam duplici intuitu qvis affinis dici poteſt, unô, reſpectu *conſangvineorum* uxo-

uxoris ſuæ, alterô, reſpectu *uxorum* qvæ nupſerunt conſangvineis ejus.

§. 188.

Ad *priorem* reſpectum pertinent interdicta conjugia cum *marito* & *privigna*. Hic verò ratio eſt, *qvia privigna eſt proxima uxoris tua*, hoc eſt, qvemadmodum uxor tua non poterit miſceri cum carne ſua, ita tu qvi factus es una caro cum uxore, non poteris te conjungere cum ejus carne.

§. 189.

Ad *poſteriorem* reſpectum pertinet prohibitio *noverca* item *fratria*; ubi iterum additur ratio, *qvia eſt nuditas patris & fratris tui*, hoc eſt, qvemadmodum tu non poteris jungi adſcendentibus & ſorori, ita nec poteris ducere eam, qvæ propter unitatem per nuptias cum patre & fratre facta eſt mater & ſoror tua.

§. 190.

Evidentior res eſt in ratione, qvæ apponitur prohibitæ conjunctioni cum uxore patrui, *qvia eſt affinis tua*. Lutherus reddidit: Denn ſie iſt deine Waſe: Alii: *qvia eſt amita tua*. Ut ſenſus ſit: Qvemadmodum nuptias inire neqvis cum amita,



Digitized by Google

ita nec cum uxore patrui, qvæ ob unionem cum patruo æſtimatur ac ſi ſit amita.

## §. 191.

Itaqve jam ſubſumimus. *Inter affines in linea recta nuptiæ ſunt probibitæ in infinitum.* Nam uti *patris* vocabulum omnibus adſcendentibus eſt commune, ita vox *filii* denotat iterum omnes deſcendentes.

## §. 192.

Quare ex *una parte* prohibitæ ſunt nuptiæ in lineâ *adſcendente* cum *vitrico* aut *novercâ*, in deſcendente cum *genero* aut *nuru*, qvia horum nuditas eſt patris tui vel matris, item filii tui vel filiæ. Et ita in *provitrico* & *progenero* in infinitum.

## §. 193.

Ex *alterâ parte* interdicta eſt conjunctio cum *ſocero* vel *ſocru*, cum *privigno* vel *privigna*, qvia hi ſunt caro mariti aut uxoris. Et ita in *proſocero* & *proprivigno* in infinitum.

## §. 194.

Atqve de harum perſonarum prohibitione non credo eſſe dubitatum, niſi ab his, qvi prohibitionem ratione conſanguinitatis ne qvidem in lineâ recta ultra

qvar-

qvartum gradum volebant extendi debere, ergo multò minus admittent prohibitionem propter affinitatem ultra gradum qvartum.

§. 195.

Porro inferimus. *In lineâ collaterali æqvali nuptiæ ſunt prohibitæ inter eas perſonas, qvæ ſe habent in affinitate ut frater & ſoror.*

§. 196.

Atqvi tales ſunt ex *unâ* parte *Levir & Fratria*, ex *altera Sororius & uxoris ſoror.*

§. 197.

De *priori* nullum eſt dubium propter expreſſa legis divinæ verba.

§. 198.

De *poſteriori* acriter, ut notum, diſceptarunt inter ſe Theologi & JCti, *an qvis poſſit in matrimonium ducere defunctæ uxoris ſororem?* Ne verò tædium ſuſtineas magna volumina perlegendi momenta utrobiqve ſunt iſta.

§. 199.

Qvi licentiam hujus conjugii aſſerunt, fundantur iterum in doctrinâ Rabbinica; qvaſi leges hæ divinæ non valeant *in perſonis non expreſſis.*



Digitized by Google

§. 200.

Qvi pro turpi verò habent iſtam conjunctionem, magnam occaſionem litigandi ſuppeditarunt, qvod probationem aſſertionis ſuæ qvæ ſiverint in *verbis expreſſis* legis divinæ, ubi Deus diſponit, *qvod nemo debeat ducere ſororem uxoris ſuæ, ut ipsâ invitâ & vivente revelet turpitudinem ejus.*

§. 201.

Ut enim taceam, hic diſceptatum fuiſſe non ſine rationibus, utrum per *ſororem uxoris* intelligatur ejus conſangvinea, an qvælibet gentilis, uti ſæpius in jure Moſaicô per fratrem denotatur qvilibet judæus; iſtud ſanè integer contextus oſtendit, in illô locô principaliter diſponi *de polygamia.*

§. 202.

Adeoqve ſenſum eſſe vel iſtum (ſi per ſororem qvælibet Judæa intelligitur) qvod in polygamia virili hactenus qvidem diſpenſatum ſit in Veteri Teſtamento; modò ne qvis uxore invitâ aliam ſuper inducat.

§. 203.

Vel iſtum (ſi denotetur cognata uxoris)

ris) polygamiam virilem hactenus permitti, ut aliam uxorem priori qvis etiam invitæ addere poſſit, modò non ſit uxoris ſoror.

§. 204.

Igitur cum in defendendâ qvacunq; doctrinâ qvilibet operam dare debeat, ut ſtringentes rationes afferat, etſi paucas, maneamus potius *in ratione divinæ legis*. Sororius non poterit ducere ſororem uxoris, qvia ea eſt caro uxoris ſeu ejus proxima. Et ſoror uxoris non poteſt nubere ſororio, qvia nuditas hujus eſt nuditas ſororis ejus.

§. 205.

Deniqve concludimus. *Jn lineâ collaterali ineqvali nuptiæ ſunt interdictæ cum cognatorum qvi ſunt parentum & liberorum locô, maritis & uxoribus, & cum cognatis, qvi ad alterum conjugem reſpectum parentum & liberorum habent.*

§. 206.

Id eſt ex *una parte* non valet conjugium cum *patrui* & *avunculi* aut *propatrui* & *proavunculi* & ita porro in infinitum *uxoribus*, tum & cum *amitæ* & *materteræ*, & ita porro, *maritis* in linea deſcendente,



Digitized by Google

cum *uxore fratris* vel *ſororis filii* & ita porro, aut cum *marito neptis ex fratre vel ſorore*. Ratio eſt, qvia nuditas eorum eſt nuditas proximorum tuorum.

§. 207.

Ex *altera parte* illicita ſunt matrimonia cum *uxoris* aut *mariti* tui *amita* & *matertera*, *patruo* aut *avunculo* & ita porro, item cum *eorum fratris aut ſororis filia & filio*, ac ita deinceps. Ratio iterum eſt, qvia ſunt proximi mariti vel uxoris tuæ.

§. 208.

Diſſentientes ſaltem concedunt prohibitionem inter *uxorem patrui* & *mariti fratris filium*, inter *uxorem avunculi* autem & *mariti ſororis filium*, item inter *amitæ & materteræ maritos* atqve *uxoris fratris aut ſororis filias* nuptias haud qvaqvam interdictas eſſe arbitrantur.

§. 209

Multo minus verò admittunt extenſionem prohibitionis ad *gradus ulteriores*, unde nec interdictas ajunt nuptias inter *mariti fratris nepotem* & *uxorem propatrui*.

§. 210.

Qvoniam autem hic *nihil novi* afferunt ſed ſolum rationibus aliqvoties memo-

ratis

-atis innituntur, non opus erit, ut & nos qvicqvam reſponſionis addamus.

§. 211

Iſtud verò non omittendum, qvòd, ut notum, Jus Canonicum faciat *tria genera* affinitatis, ita ut genus affinitatis mutetur, qvoties perſonæ affini accedit alia perſona diverſi ſexus per nuptias. Ita privigni uxor eſt affinis vitrico mariti in ſecundo genere. Ita eadem uxor privigni eſt in tertio genere affinis illi fœminæ, qvam poſtea mariti vitricus duxit in matrimonium.

§. 212.

Hæc generum variatio *Juris Canonici figmentum* eſt, inventa etiam ad augendum fiſcum Pontificium. Eam verò ignorat Jus Divinum, & hactenus adducta oſtendunt, nullam perſonarum ſecundo aut tertio affinitatis genere aliam attinentium in lege divina memorari: qvamvis non improbandum ſit, ſi magiſtratus civiles publici decori cauſa prohibitionem ad ſecundnm genus extendant, moderatè, qvod faciunt leges noſtræ.

§. 213.

Igitur etiamſi *illa* non admittant con-

 jugia

Digitized by Google

jugia inter *vitricum* & *privigni viduam* aut inter *privignum* & *vitrici viduam*, etiamſi ejusmodi conjunctiones etiam à *jure Romano* improbentur, non tamen deduci poterit iſta prohibitio ex *lege divina*, qvamvis non defuerint viri eruditi, qvi id aſſeruerunt.

§. 214.

Qvi qvidem non contemnendam rationem pro ſuâ ſententia attulerunt, qvod nempe *extenſiva eorum interpretatio iiſdem regulis utatur, qvibus nos uſi fuimus* in deductione, quod prohibitio legis divinæ ſpectet ad perſonas in lege non expreſſas. Sicuti enim nos intulimus v. g. conjugia cum uxoris ſorore, aut cum avunculi uxore eſſe interdicta, qvod vel nos cum uxoribus noſtris, vel uxores alienæ cum cognatis noſtris factæ ſint una caro per concubitum, adeoqve ex rationis identitate verba legis ad caſus ſub verbis non comprehenſos extendimus, ita & ipſi ex *identitate rationis* theſin ſuam derivant.

§. 215.

Qvemadmodum enim, dicunt, vitricus haud dubiè privignam non poteſt ducere, qvod vitricus ſit una caro cum matre

pri-

privignæ, & privigna ſit proxima uxoris vitrici, & iterum noverca non poteſt nubere privigno ex iisdem rationibus; ita nec vitricus poterit matrimonium inire cum privigni vidua, qvoniam hæc vidua erat una caro cum privigno, neqve privignus cum vitrici vidua, qvia hæc erat una caro cum vitrico, adeoqve iſta carnis unio facta per concubitum id operata eſt, ut ibi privigni vidua repræſentet privignam, hic vitrici vidua haberi debeat pro noverca.

§. 216.

Non diffitemur itaqve, *ſpeciem habere* iſtud argumentum, ſed qvæ facilè repelli poterit, ſi modò exactè attendas ad *naturam interpretationis extenſivæ*. Si illa locum habere debet, poterit qvidem extenſio fieri ad *caſum ſimilem* ſub verbis non comprehenſum, modò maneat identitas rationis, qvæ ſi & ipſa extendatur ad caſum qvi habeat ſaltem *ſimilem rationem*, non eandem, vitioſa fiet interpretatio.

§. 217.

Et nos qvidem, ut puto, perpetuo in hoc capite regulam bonæ interpretationis obſervavimus. Nam v.g. ideò dixi-

mus

Digitized by Google

mus à conjugio cum uxoris ſorore aut cum avunculi uxore eſſe abſtinendum, qvia evidens erat, *eandem rationem*, quam Deus qværebat in unitate carnis qvæ conjugibus intercedit, & proximitate ſangvinis, qvæ eſt inter unum conjugem & ejus cognatos, ut adeò nullum ſit dubium, qvod qvemadmodum frater fratri propinqvus eſt, & uxor fratris una caro eſt cum marito, ita & eodem modo ſoror ſorori propinqva eſt, & maritus ſororis eſt una caro cum uxore ſuâ, item, qvòd qvemadmodum nepos ex fratre proximitate attinet patruum, & patrui uxor unita eſt cum patruo, ita idem proximitatis genus eſt inter nepotem ex ſorore & avunculum, eadem carnis unio inter avunculum & uxorem ejus.

§. 218.

At in iſto diſſentientium argumento non *evidens eſt applicatio rationis* ad vitrici aut privigni viduam. Etſi enim vitricus erat una caro cum matre privigni (à qva tanqvam à conſangvineâ proximâ privigni, ut ſemper fit in affinitate, prohibitio transferebatur ad vitricum, ut is v. g. non poſſet ducere privignam) tamen non

evi-

evidens, ſed valdè dubium eſt, *an vitrici vidua ſit una caro cum matre privigni*, & in alterô caſu, *an privigni vidua ſit proxima conſangvinea uxoris vitrici*.

§. 219.

Quodſi dicas, dubium hoc facilè tolli poſſe, ſi a *pari argumenteris*, ut qvemadmodum vitricus eſt una caro cum matre privigni; ita & vidua vitrici ſit una caro cum vitrico, & qvemadmodum privignus eſt proximus conſangvineus uxoris vitrici, ita & privigni vidua ſit una caro cum privigno; reſpondebo apertum jam eſſe, non ſubſumi à diſſentientibus caſum ſimilem ſub eadem ratione legislatoris, ſed *extendi rationem legislatoris* ad aliam rationem ſimilem.

§. 220.

Ideò enim Deus prohibet conjugium inter vitricum & privignam, *qvia nuditas vitrici eſt nuditas matris privigni*, & *qvia privigna eſt proxima uxoris vitrici*: At diſſentientium ratio ſe ita habet: *qvia viduæ vitrici nuditas eſt nuditas vitrici*, & *qvia viduæ privigni nuditas eſt nuditas perſonæ uxori vitrici proximæ*: qvæ à priori in hoc diſcrepat, qvod ibi Deus nolit, ut qvis

con-

Digitized by Google

*conſangvineorum conjuges* & conjugum *conſangvineos* ducat, hic verò interdicitur conjugium cum *affinium conjugibus*, & conjugum non conſangvineis, ſed horum *conſangvineorum* rurſus *conjugibus*.

§. 221.

At facilè, inqvies, poſterior hæc ratio poterit reſolvi, ut ſit eadem cum ratione divina. Nam vel ideò qvod nuditas viduæ vitrici eſt nuditas ipſius vitrici, & nuditas vitrici eſt nuditas matris privigni, nuditas viduæ vitrici erit ſimul *nuditas matris privigni*, cujus revelationem privigno vetabat lex divina. Et vel ideò, qvòd viduæ privigni nuditas ſit nuditas privigni, privignus autem ſit proximus uxoris vitrici, vidua qvoqve privigni erit *proxima uxoris vitrici*, cujus nuditatem Deus retegere prohibebat vitrico.

§. 222.

Sed facilè etiam, reſpondebo, hæc reſolutio poterit rejici, qvoniam procedit non ex rei veritate, ſed per *fictionem*. Siqvidem revera vidua vitrici non eſt una caro cum ejus priore uxore, ſed per imputationem ſaltem duplicis conjugii.

§. 223.

§. 223.

Neqve juvabit quicqvam, ſi ad Deum provoces, etiam ipſius rationem, dum dicit, novercæ nuditatem eſſe nuditatem patris &c. reſpicere ad *fictionem* ſeu imputationem moralem.

§. 224.

Nam hic non ſolùm obſtat iſtud, qvòd *fictio hominis* neqvaqvam oneretur illud, qvod ſeqvitur ex *fictione legislatoris*, ſed & opponi poterit vulgatus canon JCtorum; non admittendam eſſe *fictionis fictionem*, qvod tamen in iſta argumentatione fiebat.

§. 225.

Cum verò ea, de qvibus hactenus diſſeruimus, pertineant ad legem Dei poſitivam qvidem, ſed univerſalem & qvæ omnes homines ſtringit, hinc facilè patet, qvæ ſit poteſtas relicta *legislatoribus humanis intuitu conjugii*. Nimirum ea, ut qvæ Deus præcepit, non poſſint prohibere, qvæ prohibuit, non poſſint admittere, ſed circa res & actus medii ſaltem generis boni ac decori ordinis gratiâ in civitate ſpeciales contrahendi matrimonii regulas ferre.

§. 226.

Digitized by Google

§. 226.

Qvare, uti injuſtum foret, ſi legis lator indiſtinctè omnes homines ſine conſideratione facultatum & conditionum vellet *ad conjugium adigere*, uti ſtolida inſuper eſſet lex, qvæ omnibus civibus *matrimonio vellet interdicere*, ita nihil videtur obſtare, qvo minus per legem civilem *cælibes* tantùm *ad munus aliqvod* in civitate, qvod longè commodius illi qvàm conjugati obire poſſunt, *admittantur*, modò tanta ſit copia ejuſmodi hominum, qvibus caſtam agere vitam conceſſum ſit, qvàm ad illud munus reqviritur. Ita licebit lege civili *tempus ætatemque & ſtatum* connubio jungendorum definire.

§. 227.

Deinde ex ſuprà dictis jam inferre licet, peccare principem Chriſtianum, ſi per legem *maritos imperio uxorum ſubjicere aut uxores ſaltem eximere à ſubjectione maritorum* velit; ſimul alia diſputatio ſuperius inſtituta oſtendet, qvare in alterâ controverſiâ, *an princeps ultra malitioſam deſertionem & adulterium adhuc alias qvasdam divortii cauſas admittere valeat?* judicium noſtrum ſuſpenderimus.

§. 228.

Digitized by Google

§. 228.

Porrò non poterit Princeps permittere publicè *concubitus libidinoſos*, qvo pacto legi divinæ eſt adverſum habere *lupanaria publica*. Alia qvæſtio eſt, *an princeps omnem libidinem gravibus pœnis coercere & in clandeſtinam libidinem exactè inqvirere teneatur?* qvæ ex infra dicendis in capite de pœnis eſt definienda.

§. 229.

Ulterius pugnat cum Chriſtianiſmo, ſi admitteretur *polygamia utraqve ſimultanea*.

§. 230.

Deniqve qvòd *inceſtum* attinet, *in gradibus lege divinâ probibitis princeps non poterit* diſpenſare, multò minus per leges qvicqvam qvod cum jure divino hac parte pugnat diſponere. Unde etſi Papa, ut Pſeudovicarius Dei, ferè poteſtatem hic diſpenſandi ſibi vindicet, non immeritò tamen, etiam ab ipſis Principibus Pontificiæ religioni addictis, potiſſimum in Gallia, hæc poteſtas diſpenſandi in dubium fuit vocata.

§. 231.

Cæterum in gradibus à Deo prohibi-

tis non ſolum impediendum eſt matri-
monium contrahendum, ſed etiam diri-
*mendum eſt ſemel contractum.* Qvod non
ſolum ex verbis legis divinæ, qvæ vult
*ut extirpentur perſonæ inceſtuoſæ*, clarum
eſt, ſed vel maximè ex *natura inceſtus* de-
monſtrari poteſt, qvippe inceſtus fit per
conjunctionem carnis cum perſonâ pro-
hibitâ. Tot ergò in matrimonio inceſtuo-
ſo occurrunt actus inceſtuoſi, qvot con-
cubitus. Ergò ſi Princeps Chriſtianus non
dirimeret conjugium cum perſonâ pro-
hibita initum, reverà vindicaret ſibi po-
teſtatem diſpenſandi in lege divina.

§. 232.

Unde non difficile eſt perſpicere, qvid
ſentiendum ſit de ſententia qvorundam
ſcriptorum aut de obſervantia qvorun-
dam judiciorum, ubi, ſi vel inſciis Magi-
ſtratibus in gradu divinâ lege prohibito
matrimonium contractum ſit, aut Magi-
ſtratibus malè informatis aut doloſè in-
ductis illud permiſſum ſit, aſſeritur, non
poſſe poſt conſummatum matrimonium
aut celebratas nuptias tales conjuges di-
rimi, extra caſum connubii inter adſcen-
dentes, qvia ſcandalum majus poſtea in-
de

le naſceretur & conſcientiæ conjugum graviſſimè læderentur, &c.

# CAPUT IV.

# De Officiis Parentum & Liberorum.

§. 1.

POſt ſocietatem conjugalem conſiderationem meretur ea, qvæ eſt *inter Parentes & Liberos*, qvæ communiter *ſocietas Paterna* appellari conſvevit. Intenditur ſiqvidem, ut diximus, liberorum procreatio in conjugio: Hanc comitatur ſocietas paterna.

§. 2.

Maximè autem variare ſolent ſcriptores in *deducendo jure Parentum in liberos*; aliis ad *generationem* hic provocantibus, aliis id derivantibus ex *voluntate divinâ*, aliis ad *legem naturalem* provocantibus & *conſenſum tacitum*.

§. 3.

Similis diſſenſus eſt de prærogativâ parentum, qvoad exercitium juris iſtius, qvibusdam primariò *ad patrem* hic reſpici

ſpicientibus, qvibusdam primas partes indulgentibus matri.

§. 4

Nobis, ut negotium tractetur ordine, initio in *differentiam generalem* hujus ſocietatis à reliqvis naturalibus, inqvirendum videtur, tum de *fine* ejusdem erit diſpiciendum, ex qvibus rectè cognitis quæ*ſtiones occurrentes* ſuâ ſponte reſolvi poterunt. Deinde perpetuò operam dabimus, ut ſeparemus hic jus naturale à lege poſitivâ.

§. 5

Ergò cùm in confeſſo ſit, *eſſe qvandam ſocietatem inter parentes & liberos*, & nulla gens ſit tam barbara, qvæ eandem non agnoſcat, id præprimis animadverſione dignum eſt, qvod, cum reliqvæ ſocietates omnes, *conſenſum perſonarum* in ſocietate illâ viventium præſupponant, etiam conjugalis, qvamvis à Deo ipſo ſit inſtituta; ſola *ſocietas paterna* ſine *directo & ſpeciali conſenſu mutuo* ineatur.

§. 6

Nam initio, qvod *parentes* concernit, etſi illi qvodammodo in hanc ſocietatem *conſentire* videantur, dum ſcientes & vo-

lentes

entes *generationi* liberorum dant ope-
am, dum conſentiunt in *nuptias*, qva-
um finis eſt ſobolis procreatio, tamen
onſenſus iſte *immediatè* tendit ad ſocieta-
am nuptialem, à qva ſocietas paterna
pecie eſt diverſa, & præpoſterè ex con-
enſu in *generationem* deducitur conſen-
us in ſocietatem paternam, qvamdiu
non demonſtratum eſt, qvod genera-
io ſit fundamentum patriæ ſocietatis.

§. 7.

Qvare nec obſtabit regula vulgata, *qvod qvi vult antecedens velit etiam neceſſarium conſeqvens*, qvippe jam qværimus, qva ratione ſocietas paterna pro neceſſario conſeqventi ſocietatis nuptialis vel generatæ ſobolis haberi debeat.

§. 8.

Deinde, etſi daremus, conſenſum adeſſe ex parte parentum, nulla tamen ſocietas ex conſenſu orta dici poteſt, ubi non adeſt *mutuus* conſenſus, qvi ex parte *infantum* deficit.

§. 9.

Qvoniam enim ſocietas paterna mox poſt partum editum incipit, qvomodo infans poſſet conſentire, qvi ad edendum ul-

nullum *actum animæ rationalis* eſt incapax.

§. 10.

Simul verò neceſſe eſt, ut corruat con-*ſenſus infantum tacitus*, qvoniam ſupra oſtendimus, nullum eſſe poſſe conſenſum tacitum ejus, qvi expreſſè conſenſum ſuum non valet declarare.

§. 11.

Unde, qvi fundamentum juris patrii qværunt in pactô tacito infantum, qvaſi nempe infans propter latitantem adhuc rationis uſum reciproca officia parentibus expreſſè qvidem non poſſit promittere, ex ipſa tamen parentum operâ obligationem erga eos non minus contrahat, qvàm ſi expreſſus ipſius conſenſus acceſſiſſet (:præſumi enim, ſi uſum rationis eo, qvo ſublatus eſt, tempore habuiſſet, ac perſpexiſſet, vitam ſeſe citra parentum curam junctumqve illi imperium ſervare non poſſe lubenter ipſum in idem conſenſurum, commodamqve educationem ſibi ab iisdem fuiſſe ſtipulaturum, qvi conſenſus cum ratione præſumptus pro expreſſo valeat, non ſecus ac in legibus Romanis conſenſus præſumptus ejus, cujus *abſentis & ignorantis nego-*

*gotia geſta ſunt;* ) illi apertè ſatis loco onſenſus *taciti* ſuppeditant conſenſum *reſumptum*, qvem à tacito multis modis ifferre ibidem oſtendimus.

§. 12.

Qvos inter & iſte erat, qvod *conſenſus reſumptus* non ſit *propriè* dicti conſenſus pecies.

§. 13.

Facit maximè ad ſententiam noſtram confirmandam, qvod à *domino negotii geſti* ad infantes inferebatur, nam negotiorum geſtionem, cum omnibus qvaſi contractibus, ad exempla taciti conſenſus, non referri debere ſimul notavimus.

§. 14.

Sed & illa ratio videtur oſtendere, ſocietatem paternam ex conſenſu deduci non poſſe, qvod *conſenſus*, qvocunqve titulo veniat, ſeu expreſſus ſeu tacitus, locum habere propriè ut *origo obligationis* non poſſit, niſi *in actionibus ante conſenſum liberis*. Atqvi nec patri liberum eſt nec filio educationis jura cum annexo cuiqve debito declinare.

§. 15.

Neqve hanc rationem puto deſtrui, ſi

qvis fortè adverſus eandem excipiat, non repugnare ſibi, aliqvid oriri *ex præcepto legis naturalis* & *oriri ex conſenſu tacito.* Sane enim, homini non eſſe liberum. Deo non parere, & tamen Deum à fidelibus obſeqvium fœdere ſtipulari voluiſſe. Sic civem utiqve munia militaria debere Reipublicæ, & tamen cum miles ſcribitur, conſenſum ejus accedere & ſacramentum. Sic qvare dici non poſſit infantis conſenſum tacitum intelligi, dum parens actu ejus educationem ſuſcepit, cujus hic ſit effectus, ne qverendi cauſam habeat, qvaſi imperium paternum invito ſibi & fruſtrà ſit impoſitum. Nam adverſus iſtam exceptionem multa poſſent in medium afferri.

§. 16.

Initio per *originem juris vel obligationis* hic non intelligi *originem ultimam*, qvam ſuprà ſuo loco ſemper in lege qværendam eſſe declaravimus, ſed *immediatam*, qvæ nonnunqvam etiam, imò ſæpius *ex conſenſu* derivari poterit, & hactenus non erit dubium qvòd repugnantia non ſint, aliqvid oriri ex præcepto legis naturalis & oriri ex conſenſu tacito.

17.

§. 17.

Sed ut *obligatio* dicatur *immediatè oriri ex conſenſu*, neceſſe eſt, ut ea ante conſenſum vel *planè non* affuerit, vel non affuerit intuitu *certæ perſonæ*, aut in *eodem obligationis genere*.

§. 18.

Ita citra conſenſum ſubjectionis *non ſum* obligatus, ut ulli homini ſervitia præſtem, qvare *obligatio ſervi* rectè ex conſenſu oriri dicitur.

§. 19.

Ita & obligatio, qvæ *inter conjuges eſt*, conſenſui originem debet, qvia ante conſenſum in utriuſqve libertate erat poſitum, *cui perſonæ* fidem conjugalem promittere vellet, etſi jam adeſſe poterat obligatio *ad ineundum matrimonium*.

§. 20.

Ita *ſi pauperi dives centum promittat*, utiqve dives rectè ex conſenſu obligatus dicitur, etſi ante conſenſum obligatio ad promittenda centum adeſſe poterat, ſed ea qvidem *imperfecta*.

§. 21.

Qvodſi verò vinculum præexiſtentis obligationis per conſenſum ſive expreſ-

ſum ſive tacitum in *eodem obligationis genere* ſaltem duplicetur, non videtur, abstrahendo à legibus civilibus, *origo* obligationis iſtius *conſenſui accuratè loquendo adſcribi* poſſe. Sed tum conſenſus ſaltem ad conteſtandam promptitudinem ſatiſfaciendi obligationi, aut ad majorem ſecuritatem alterius adhiberi ſolet.

§. 22.

Ita, ſi v. g. *in fœderibus* nihil aliud promittatur, qvàm ad qvod paciſcentes jam anteà ex lege naturali erant obſtricti, obligatio non commodè ex fœdere iſto orta eſſe dicitur, qvin & iſtæ pactiones vix fœderum nomine dignæ cenſebuntur.

§. 23.

Ita ſi promiſſum jam antea, firmem *juramento*, obligatio neqvaqvam ex juramento oritur, ſed ex promiſſo.

§. 24.

Eadem eſt ratio exemplorum allatorum. *Fideles* ante ſtipulationem Deo jam ſunt obſtricti, *cives* ante ſacramentum militare Reipublicæ debent munia militaria. Jtaqve his obligationibus qvidem ſtipulatio vel conſenſus *accedit*, ita tamen

ut

ut exinde obligatio *ortum* non ducat.

§. 25.

Denique nec conſenſus tacitus infantis in ſocietate paterna videtur eſſe neceſſarius ad illum effectum, *ne qverendi cauſam habeat*, qvaſi imperium paternum invito ſibi & fruſtrà ſit impoſitum, qvia & citra eundem liberi cauſam qverendi non habent.

§. 26.

Nam *multa ſunt obligationes*, qvæ homines *invitos* obligent, qvales ſunt omnes illæ, qvæ ex præceptis abſolutis libro ſecundo expoſitis deſcendunt. Neqve *ſuperior* opus habet ad introducendam obligationem conſenſu ſubjecti.

§. 27.

*Fruſtrà* verò non eſſe imperium patris filio impoſitum, oſtendent modò dicenda.

§. 28.

Nam *finis* ſocietatis paternæ communiter ponitur in *educatione ſobolis*, cui, etſi addere velis *imperium parentum*, mox tamen collatio utriusqve finis oſtendet *educationem ſobolis* eſſe finem *primarium*, imperium parentum, & qvod illi correſponde

ſponde

Digitized by Google

ſpondet, *obſeqvium liberorum*, finem *ſecundarium*.

§. 29

Haud dubiè enim is finis pro primario erit habendus, qvi *perpetuò in* ſocietate attenditur, qviqve eſt *norma* alterius, & qvo obtento ſocietas ſolet *deſinere*.

§. 30.

Sed *educatio* ſobolis *ſtatim* poſt partum editum ſe exerit anteqvam liberi obſeqvii ſint capaces: Ipſum imperium patris nil aliud eſt, qvàm *medium* ſine qvo educatio obtineri neqvit; educatione abſolutâ *naturaliter ſolvitur* ſocietas paterna.

§. 31.

Ergò primum præceptum in hac ſocietate dirigit officium Parentum erga liberos: PARENTES LIBEROS SUOS EDUCENT.

§. 32.

*Educatio* hoc loco nihil eſt aliud qvàm ſobolis â prima infantiâ ad maturitatem tum corporis tum animi conveniens perductio.

§. 33.

Continet igitur ſub ſe *duas partes alimentationem*, qvæ ad *corpus* infantis pertinet,

net, & *doctrinam*, qvæ *animum* ejus reſpicit.

§. 34.

Fluit hoc præceptum ex lege *de præſtandis officiis humanitatis*. Qvod ita demonſtro.

§. 35.

Dum *infantes* in hanc lucem eduntur, haud dubiè conſtat eos eſſe *homines*. Etſi enim philoſophi & moderni & antiqvi de initio humanitatis, qvamdiu infans eſt in utero diſſenſerint graviter, & adhuc diſſentiant, qvibusdam, qvi traducem defendunt ſtatim ad conceptionis tempus reſpicientibus, qvibusdam, qvibus hodie infuſio animarum placet, incertum qvoddam intervallum, ex qvo fœtus animatus eſſe incipiat, conſtituentibus, qvibusdam, ut olim Stoicis, planè animam humanam in partu demum ſupervenire defendentibus, in eo tamen conſentiunt unanimiter, qvod infantes recens nati hominibus ſint accenſendi.

§. 36.

Qvia igitur homines ſunt, neceſſe eſt ut *jurium, qvæ hominibus competunt* & ex ſtatu humanitatis in libro ſecundo deducta

ſunt

ſunt, qvantum admittit ipſorum conditio, *ſint participes*.

§. 37.

Unde adverſus præceptum de *vitandâ ſuperbia* in ipſos aliqvatenus peccari poteſt, ſi qvis eos nimis contemptim habeat; & qvamvis, præter corporis bona, bonis omnibus & animi & fortunæ deſtituantur, ſaltem illorum reſpectu *lædi poſſunt*

§. 38.

Igitur parentes, qvi liberos *interficiunt* aut alia bona corporis iis *corrumpunt*, non tam in ſpecie contra officium parentibus peculiare peccant, qvàm id violant, qvod ipſorum liberis alii etiam, & qvod ipſi viciſſim omnibus hominibus debēt, quamvis qvalitas parentum augeat ejusmodi delicta, utpote qvi non ſolùm non lædere debebant liberos, ſed & inſuper commoda ipſorum qvàm maximè promovere.

§. 39.

Etenim non ſolum præcepta *negativa* intuitu infantum ſunt obſervanda, ſed & *affirmativa*; Et iſtud qvidem qvod *pacta ſervare* jubet non adeò magnum hic exerit uſum, qvoniam infantes, ut diximus

mus, pacti ſunt incapaces, niſi qvatenꝰ alii homines ipſorum perſonas hac parte repræſentant, ut ſunt in civitate tutores & curatores. Aſt præceptum de *exhibendis humanitatis officiis* potiſſimum hic obſervari meretur.

§. 40.

Nam cùm certum ſit, ſi nemo infantes alimentis ſuſtentet vel doctrinis imbuat, fame interituros eos eſſe, aut eorum vitam beſtiis non fore abſimilem, neceſſe eſt, ut alii homines eorum *commoditates* hactenus promoveant, ut & *vivant* & *cum ratione vivant*.

§. 41

Etſi verò aliàs obligatio ad exhibenda humanitatis officia *indefinitè omnes homines* ſtringat, qvoniamtamen educatio liberorum pertinet ad officia, qvæ *impenſâ* & *operâ laborioſâ* conſtant, & vulgari adeò humanitati non adſcribenda eſt, ſed inter beneficia caput exerit, & præterea *periculum hic eſt in morâ*, cùm liberi ipſi aliorum opem implorare neqveant, neceſſe fuit, ut lege naturali *certa perſonæ* ex genere humano determinentur, qvi ſtatim ſciant, præ reliqvis ſibi hoc beneficium incumbere.

§. 42.

§. 42.

Atqvi cùm communiter ad exhibenda alteri beneficia unus homo majori gradu obſtrictus ſit qvàm alter, & multum contribuat *proximitas* ad obligationis augmentum, ſua ſponte fluit, qvod *parentes*, utpote qvi propter generationem proximi ſunt, & qvibus adeò qvod infantes vitam ſemel acqviſiverint præ reliqvis hominibus maximè imputari poteſt, hoc munus in ſe ſuſcipere debeant.

§. 43.

Qvod ergo *alimentorum* ſuppeditationem attinet, non opus erat, ut in liberis obligatio peculiaris correſponderet, cum jam inſtinctus naturalis eos, qvà animalia ſunt ad eadem recipienda impellat, & qvæ hoc paſſu ipſis incumbit obligatio, ex regulis communibus officia hominis intuitu ſui ipſius dirigentibus dependeat.

§. 44.

Alia ratio eſt *doctrinæ*, qvæ qvoniam in hominibus adultis vix, in infantibus verò ne vix qvidem ſine diſciplina & jure coercendi concipi poteſt, ſequitur ut parentibus

bus jus competat cum *coercitione dirigendi* actiones liberorum.

§. 45.

Habes hôc pactô ſecundum præceptum hujus ſocietatis, exponens officium liberorum erga parentes: LIBERI QVAMDIU IN SOCIETATE PATERNA VIVUNT PARENTIBUS OBTEMPERENT.

§. 46.

*Obſeqvium* eſt vinculum libertatis, vi cujus homo obligationem in ſe deprehendit, ut actiones ſuas, externas potiſſimum, ſecundum voluntatem ejus, qvi ſuperior eſt in ſocietate, inſtituat.

§. 47.

Cùm autem obſeqvium, ut omnis obligatio, ſimul cum metu pœnæ conjuncta ſit ſi contra voluntatẽ ſuperioris qvid fiat, & verò hic metus inter eos, qvi familiares invicem ſunt, eſſe non poſſit, neceſſe eſt, ut familiaritas illa in ſocietate paternâ ceſſet, qvæ ceſſatio in parentibus *gravitas*, in liberis *reverentia* appellatur.

§. 48.

Vides adeò *obſeqvium* & *reverentiam* iſtam eſſe qvidem conjuncta, non tamen

eadem. Unde poterit qvidem obſeqvium non eſſe ſine reverentia. Reverentia tamen poterit eſſe abſqve obſeqvio.

§. 49.

Scilicet *reverentia* in ſe eſt actus, qvo quis actionibus externis ſponte & citra juſſum ſpecialem declarat, eum, cui actum iſtum exhibet, à ſe æſtimari ut ſibi ſuperiorem.

§. 50.

Cùm ergò *ſuperioritas* alia ſit *imperii*, alia *beneficii*, alia *dignitatis*, alia *ordinis*, tot etiam erunt *reverentiæ* ſpecies, qvot ſuperioritatis; qvare & nobis erit opera danda, ut ne iſtas ſpecies inter ſe confundamus.

§. 51.

Debent autem liberi obſeqvium cum reverentia parentibus *qvamdiu ſocietas paterna durat*, tantiſper enim imperium parentum qvoad actiones liberorum vires ſuas exerit.

§. 52.

Neqve enim ſocietas paterna eſt *indiſſolubilis* ut conjugalis, ſive jus naturale, ſive legem poſitivam univerſalem ſpectes; ſed hic valet regula vulgata: ceſ-

ſante

ſante fine ceſſat actio, ceſſat adeò & ſtatus ex pluribus actionibus compoſitus.

§. 53.

Qvare *naturaliter expirare debet ſocietas paterna*, cum liberi ipſi capaces ſunt de alimentis ſibi proſpicere, & educatione amplius non habent opus.

§. 54.

Qvæ *duo conjunctim* reqviro, reqviruntur enim regulariter conjunctim *ad fundandam* ſocietatem paternam.

§. 55.

Deinde etſi demus, aptos eſſe liberos ut de *alimentis* ſibi proſpiciant aut aliundè jam habere, unde ſe ſuſtentent, ſed multa adhuc deſiderare in *gubernatione* actionum propriarum, neceſſe erit, ut duret ſocietas, qvoniam hujus reſpectu parentibus primariò competit imperium.

§. 56.

Contrà ſi liberi ipſi qvidem capaces ſint ad *dirigendas actiones* proprias, non verò poſſint *alimenta* ſibi comparare, etſi hic videbatur imperio nullo eſſe opus, qvaſi ceſſante fine imperii, qvoniam tamen regulariter, qvi beneficium mihi præſtat, exigere à me poteſt jure ſuo ut

durante beneficiô actiones meas ſecundum ipſius placitum, ſub pœna beneficii amittendi, inſtituam, neceſſe eſt, ut & hanc poteſtatem concedamus parentibus.

§. 57.

Accedit, qvod, cùm vivamus in ſtatu imperfecto, in qvo mores humani perpetuò augmentum aſſumunt, vel eô habent opus, abstrahendo à legibus civilibus, nullis regulis certis determinari poſſint fines & termini bonæ educationis, ſed hæc res relinqvi debeat arbitrio & conſcientiæ patris, tanqvam naturâ prudentioris.

§. 58.

Qvare & hoc exinde ſeqvitur, in ſtatu naturali *patrem poſſe filium deſidem & immorigerum etiam invitum ejicere* ex familia ſi ad annos diſcretionis pervenerit, etſi modò pater ipſe non defecerit in educationis officio.

§. 59.

Sed *filius* contrà non poterit regulariter *recedere à ſocietate invitô patre*, niſi evidentiſſimis argumentis iniqvitatem paternam & virtutes proprias demonſtrare valeat.

§. 60.

Digitized by Google

§. 60.

Ulterius, ſi maximè ſocietas paterna eſt finita, remanet tamen perpetuò in liberis *debitum reverentiæ* ob *beneficia* ſcilicet alimentationis & educationis exhibita, qvæ ſemel facta non poterunt unqvam infecta fieri.

§. 61.

Sed *imperium* tum ceſſat, qvod probè notandum, qvoniam plerumqve ſcriptores hæc duo confundunt.

§. 62.

Hoc eſt, liberi obſtricti ſunt eô tempore, ut parentibus ſigna honoris exhibeant, & actiones qvæ aliqvod momentum afferunt ad familiam paternam, ex parentum conſiliô & beneplacito, ſi fieri pôteſt, ſuſcipiant, tum & beneficia ipſa beneficiis compenſent, in tantum ut graviter peccent, ſi id facere negligant.

§. 63.

Qvod ſi tamen id facere detrectent, parentibus nullum amplius competit jus cogendi liberos ad actiones iſtas, qvin imò, ſi parentes tum per evidentem iniqvitatem conſenſum ſuum denegent, liberos abſqve vitio actiones ipſas non

 com-

commodè differendas ſuſcipere poſſe arbitror.

§. 64.

Ex his patet in liberis cum de officiô ipſorum erga parentes qværitur, regulariter ſpectari *duo tempora*, dum ſunt in poteſtate parentum, & dum ſunt eâdem liberati, etſi alii *tria* conſtituant, prius videlicet ſubdividentes in tempus *imperfecti judicii* & *judicii perfecti* liberorum adultorum in familia tamen paternâ conſtitutorum.

§. 65.

Qvæ diviſio qvamvis tolerari *poſſit*, neſcio tamen an magnum *ſit* uſum præbitura, cum illa tempora judicii *perfecti & imperfecti* differant ſolùm ratione *gradus educandi & imperandi*, qvi major eſt in infantibus, ut qvorum actiones minimæ emendatione opus habent, qvam in adultis, de qvo ferè non eſt dubium.

§. 66.

Ex dictis jam facilè definiri poſſunt *controverſiæ* ſpeciales 1. *Cui ex parentibus principaliter competat poteſtas in liberos, matri an patri?* Reſpondemus enim, ex merâ ratione naturali competere *utriq;*

qvo-

Digitized by Google

Qvoniam ad fundamentum hujus poteſtatis concurrunt uterqve, niſi ipſi parentes in ſocietate nuptiali convenerint aliter.

§. 67.

At ſi *legem divinam poſitivam* ſpectes, potiores haud dubiè erunt partes *patris* qvam matris, cum iſte & matris actiones ad utilitatem familiæ dirigere valeat.

§. 68.

Niſi pater præcipiat ea, qvæ jam lege divinâ, vel alius ſuperioris ſunt interdicta, tum matris juſſus erit præferendus, qvi tamen tunc propriè non conſideratur ut juſſus matris.

§. 69.

II. *An Poteſtas patria ſe etiam extendat ad bona liberorum?* Qvod regulariter *negandum*, cum educatio tendat ad actiones liberorum non ad res, alimentatio verò ſit onus non titulus, aut modus acqvirendi.

§. 70.

Igitur parentes in liberis primæ ætatis qvidem proſpicient, qvid utile ſit iis, ut acqvirant, qvid non, & ipſorum perſonas in acqviſitione & adminiſtratione repræſentabunt, adultis verò leges acqviſiti-

 onis

Digitized by Google

onis præſcribere poterunt, ut tamen utrobiqve filio dominium acqviratur.

§. 71.

Qvoniam tamen parentes jure ſtrictô non tenentur alimenta exhibere liberis, ſi ipſi poſſideant bona ad ſuſtentationem ſufficientia, non peccabunt, ſi vel alimenta deſumant ex bonis liberorum vel aliqvatenus lucrum ex operis & bonis liberorum alimentationi correſpondens capiant.

§. 72.

III. *An per alium parentes officio ſuo poſſint ſatisfacere?* Qvod *affirmandum*, nō ſolum, qvod ſæpe accidat, ut finis educationis & alimentationis aliter obtineri neqveant, ſed &, qvod morali æſtimatione idem habeatur, ſi qvis per alium agenda peragat qvoties induſtria perſonæ non eſt electa, qvod hic dici neqvit, qvoniam generatio, ut fundamentum obligationis paternæ nullam peculiarem parentibus præ aliis induſtriam tribuit.

§. 73.

Ergo parentes non ſolum *præceptoribus* idoneis filii informationem rectè committent, ſed & eundem alteri *adoptan-*

*tandum* dare poſſunt, ſiqvidem exinde in filium aliqvod emolumentum ſit redundaturum. Et, ſi nulla alia ratio ſit prolem alendi, potius qvàm inopia extingvatur, parentes eum *oppignerare* aut *vendere* in tolerabilem ſervitutem poſſunt, ſaltem ſub lege retractus, ubi parentes ad lautiorem fortunam pervenerint aut qviſpiam ex cognatis iſtum redimere velint.

§. 74.

Qvod ſi verò parentes per inhumanitatem prolem *expoſuerint* & *abjecerint*, is qvi eandem ſuſtulerit atqve educaverit, in parentum qvoqve jus ſuccedet, ita ut iſte alumnus educatori ſuo filialem obſervantiam & obſeqvium debeat.

§. 75.

IV. *An reverentia & obſervantia, quæ parentibus perpetuò debetur magis ex generationis qvàm ex educationis beneficio dependeat?* Ubi præter rationes ab aliis fuſius adductas vel ſuperius dicta junctis iis, qvæ modò notavimus, oſtendunt magis prò *educatione* eſſe pronunciandum.

§. 76.

V. *An liberis liceat nuptias contrahere in-*

*vitis parentibus*? Ubi diſtingvendum erit inter liberos, qvi in *patria poteſtate* vivunt & eos, qvi *ex familia paterna* exierunt. *Illi* jure obſeqvii conſenſum reqvirere debent in tantum ut citra eundem putem nuptias eſſe ipſô jure nullas, qvoniam hic actus eſt maximi momenti, & ſimul intereſſe parentum potiſſimum reſpiciens, qvibus aliàs vel invitis accreſceret onus alendi perſonam adductam, vel auferretur invitis jus patrium.

§. 77.

Qvod ſi verò liberi jam ſe *ſeparaverint* à parentibus, in reverentiæ debitum peccant, ſi conjugium ineant inſciis parentibus, ipſum tamen conjugium non erit nullum: Qvin &, ſi parentes conſenſum ſuum rogati ſine juſta cauſa denegent, ſine violatione obſervantiæ iſtius conſummare idem poterunt liberi.

§. 78.

Deniqve ſi liberi jam educati & adulti matrimonium contrahere cupientes *parati ſint exire* familiâ paternâ, parentes verò ob duritiem & moroſitatem evidentem nec eos dimittere nec in matrimonium conſentire velint & tum liberos,

ſalva

ſalva in reliqvis pietate & reverentiâ ſibi proſpicere poterunt.

§. 79.

Hæc tamen omnia, qvæ hactenus in hoc capite diſſeruimus intellige de officio parentum & liberorum abſtrahendo à *legibus civilibus*; qvare ſi his aliud qvid ſit conſtitutum, id neqve à nobis hôc locô impugnatum eſſe, neqve nobis contradicere arbitrare.

## CAPUT V.

# De Officiis Dominorum & Servorum.

§. 1.

Societatem berilem in *ſtatu integritatis* non obtinuiſſe demonſtravimus librô primô.

§. 2.

Qvin & in ſtatu *poſt lapſum* nullus fuit locus huic ſocietati, qvamdiu obtinuit communio bonorum & dominia non fuerunt diſtincta. *Indigentia* enim hujus ſocietatis ultima eſt origo. At ubi bona omnia ſunt communia, non dominus

eſſe

Digitized by Google

eſſe poteſt, qvi peculiariter ſibi præ reliqvis acqvirere ſtudeat, nec ſervus qvi ſuſtentandi ſui gratiâ alterius dominio ſe ſubjiciat.

§. 3.

At *poſt diſtinctionem dominiorum*, cum qvilibet paterfamilias neceſſe habuerit de acqvirendis opibus ad ſuſtentationem familiæ facientibus tum & de adminiſtrandis iis & conſervandis proſpicere, alius verò opibus deſtitutus, & ad acqvirendas easdem ex ingenio proprio fuerit ineptus, neceſſe fuit ut ille *ſervũ* ſibi qværeret, qvo tanqvam inſtrumentô domeſticô uteretur, hic ſibi *circumſpiceret* de *domino*, à qvo alimenta pro operis expectaret.

§. 4.

Adeoqve *finis* ſocietatis herilis ex parte *domini* eſt *acqviſitio & conſervatio divitiarum*, ex parte *ſervi ſuſtentatio vitæ per alimenta*.

§. 5.

Etſi verò *indigentia* iſta *mutua* homines ad ineundam ſocietatem herilem impellat, reqvirit tamen eadem ordinarie *conſenſum mutuum* ad ſui exiſtentiam.

§. 6.

§. 6.

Ipſe autem finis, qvem dominus inten-it, oſtendit, ipſum conſenſum in ſoci-tatem herilem naturaliter ex parte ſer-i includere *ſubjectionem*, ex parte domi-i *imperium*.

§. 7.

Nam acqviſitio & conſervatio opum b infinitam circumſtantiarum varieta-em infinitis modis variat, qvare illi mo-i in pacto ſocietatis determinari neqve-unt, ſed relinqvendi ſunt determinationi futuræ unius ex contrahentibus toties exponendæ, qvoties eſt opus.

§. 8.

Ergo cum dominus hac parte principalis cauſa ſit & ſervus inſtrumenti vices gerat, neceſſe eſt, ut *dominus* dirigat actiones ſervi.

§. 9.

Et qvidem, ſi à legibus civilibus abſtrahas, cum *coercitione*, qvantum ad iſtum finem obtinendum eſt opus, qvoniam ſine ea directio actionum eſſet fruſtranea.

§. 10.

Hæc tamen regulariter ad *gravem corporis afflictionem*, multò minus ad *mortem*

pro-

propriâ autoritate ſumendam procedere neqvit; qvoniam his pœnis finis ſocietatis herilis non obtinetur, neqve ſervorum negligentiam in opere exeqvendo expellunt, neqve mores ad decus & tranqvillitatem familiæ componunt.

§. 11.

Qvod ſi *atrox delictum* ſervus admiſerit, ſi in alium extra familam, expelli inde poterit, idqve ei qvi læſus eſt, extra civitatem ſufficiet, ſi in ipſam familiam, dominus id per extrema in ſervo vindicare poterit, non qvidem ut ſervo, ſed ut hoſte.

§. 12.

Ergo officium *ſervi* ſummatim iſtô præcepto continetur: PRÆSTA DOMINO OPERAS PROMISSAS, & vice verſa *Domini*: EXHIBE SERVO CONVENTAM MERCEDEM.

§. 13.

Cæterum, prout indigentia aut hebetudo ingenii major vel minor eſt, vel in perpetuum ſervitium qvis ſeſe addicere ſolet domino, vel ad breve & determinatum tempus, qvandoqve etiam ad determinatas operas.

§. 14.

§. 14.

*Hic* utrobiqve conventa merces & opera præſtanda ſunt: *Ibi* dominus perpetua alimenta & qvæ alia vitæ neceſſaria ſunt, ſervus perpetuas operas, qvaſcunqve dominus præſcripſerit præſtare debet, & qvicqvid ex illis provenit, domino fideliter conſignare.

§. 15.

In imponendis tamen operis dominus virium & dexteritatis ſervi humaniter rationem habebit, ne vires ipſius excedentem laborem cum aſperitate exigat.

§. 16.

Non tamen *invitus alteri vendi poterit ſervus perpetuus*, qvia ultro hunc & non alium dominum adſcivit, & ipſius intereſt utri ſerviat.

§. 17.

Accedit qvod conſenſerit ſaltem in *imperium* & hactenus adhuc perſonæ vicem ſuſtineat, alienatio verò præſupponat *dominium* rerum.

§. 18.

Denique alienatio nihil facit ad obtinendos *fines* ſocietatis herilis.

§. 19.

Digitized by Google

§. 19.

Alia ratio erat *liberorum*, utpote qvorum ſocietas cum parentibus non oriebatur ex conſenſu, & ubi alienatio obtinebat ſæpius finem iſtius ſocietatis, neqve liberorum intererat à qvo educarentur.

§. 20.

Et hæc obtinent in *ſocietate berili naturaliter* conſideratâ. Aliam *ſervitutem* introduxerunt *mores* qvarundam *Gentium* in *bello captis*, ut ii, qvibus vita donata eſſet, ſervitia perpetua pro alimentis exhiberent.

§. 21.

Et in iſtos qvidem ſervos à pleriſq; *durius* agi coeptum, qvod hoſtilis adhuc iræ qvid in eos ſupereſſet, & qvia ipſi extrema nobis noſtrisqve fortunis intentaverant. Qvamprimum tamen inter ejusmodi victorem victumqve mutua fides circa conſociationem in familiam interceſſit, omnis antegreſſa hoſtilitas remiſſa cenſetur.

§. 22.

Et tunc utiqve *injuriam* etiam taliter adqviſito ſervo facit *dominus*, ſi vel neceſſaria ad victum non ſuppeditet, vel

citra

citra rationem in eum ſæviat, multoqve magis ſi citra condignum delictum eundem occidat.

§. 23.

Circa illos qvoqve ſervos, qvi bellicâ vi in eam conditionem fuerant abſtracti, receptum, ut non ſecus ac *alia res noſtra* in qvemcunqve placeret transferri, & ad inſtar mercium venire poſſent. Sic ut ipſum corpus ſervi domini eſſe intelligeretur.

§. 24.

Ubi tamen humanitas jubet, ut nunqvam obliviſcamur, ſervum utiqve hominem eſſe; adeoqve neqvaqvam eum ita tractemus, velut alias res noſtras, qvibus pro lubitu uti abutiqve, easqve deſtruere poſſumus. Et ubi talem ſervum alienare placet, ne iis datâ operâ aut præter meritum addicatur, apud qvos inhumana ipſum tractatio eſt manſura.

§. 25.

Deniqve id paſſim receptum, ut, qvæ ex ſervis parentibus naſcitur *proles*, ſervilis & ipſa ſit conditionis, pertineatqve tanqvam mancipium ad dominum matris.

§. 26.

Id qvod iſthoc argumento defenditur, qvod cujus eſt corpus, ejus qvoqve par ſit fructum eſſe, qvi ex eo corpore provenit. Et qvia iſta proles naſcitura planè non erat, ſi dominus jure belli in parentem uſus fuiſſet,

§. 27.

Qvibus adde, qvod parentes ejus nihil habeant proprii, unde nulla ratio prolem ejusmodi alendi ſupereſt, niſi ex bonis herilibus. Cum igitur dominus alimenta præbeat ejusmodi proli diu ante, qvam ipſius opera utilis eſſe qveat, & ſeqventes operæ ſui temporis alimenta non multum ferè excedant; effugere eidem ſervitutem invitô dominô non licebit.

§. 28.

Manifeſtum tamen eſt, cum ejusmodi vernæ nullâ ſuâ culpâ in ſervitutem perveniant, nullum eſſe prætextum, qvare iſti durius debeant tractari, qvàm conditio *perpetuorum mercenariorum* admittit.

§. 29.

Cæterum iſta ſervitus etſi non æqvè naturalis ſit, ut præcedentes duæ ſpecies

qvæ

quæ conditionem communem humanæ naturæ ſeqvuntur, non tamen eſt adverſa dictamini rationis, qvin potius, ſi aliter mihi ab hoſte cautum eſſe non poſſit, ex ejusdem dictamine rectè deducitur.

§. 30.

Nempe ut *licita* & jure exercita, non ut præcepta, unde nec peccaverunt gentes, apud qvas illa ſervitus rurſus *exolevit*, ut inter Chriſtianos.

§. 31.

Qvi tamen nec ipſi peccarent, etſi eandem rurſus etiam inter ſe *introducerent*, qvoniam videlicet iſta ſervitus neqve cum lege poſitiva univerſali pugnat, neqve regulis Chriſtianiſmi eſt adverſa.

## CAPUT VI.

# De Officiis Viventium in Civitate.

§. 1.

De officiis viventium in civitate facilis eſſet diſcurſus, niſi qvoad theoriam ipſius ſocietatis civilis, ſine qva fruſtra de

officiis differitur; difficultates multas nobis peperiſſent nimia adoratio dictorum Ariſtotelis, vel potius interpretum, ejus mentem non rectè percipientium, tum ſtudium erroneè ſentientibus, rationibus undecunq; conqviſitis, contradicendi, locorum itidem ſcripturæ contra regulas bonæ interpretationis & præcepta logica facta expoſitio, & deniqve meditationes hominum inutiliter curioſorum ſtatum integritatis tam profundè rimantium, ut illi neſcio qvas ſocietates elegantiæ gratiâ affingerent.

§. 2.

Non futuras fuiſſe *reſpublicas* & civiles ſocietates in iſto *perfecto ſtatu* demonſtravimus libro primo, unde pro floſculo rhetorico haberem ad perſvadendam plebem apto, ſi qvis afferret, civitatem cum *perfectiſſima* ſit ſocietas, *perfectiſſimum* ſtatum dedecere non potuiſſe.

§. 3.

Uti enim iſtud dogma Peripateticorum de *Civitate ſocietate perfectiſſima* jam *ſupra* expendimus, ita ad iſtam aſſertionem idem haud dubiè reſponderem, qvod mihi reſponſuri ſint alii, ſi ſimili modo aſſere-

aſſererem ædificia perfectiſſimè ſtructa, cibum delicatiſſimum, veſtes pretioſiſſimas, medicamenta ſaluberrima perfectiſſimum iſtum ſtatum dedecere non potuiſſe.

§. 4.

Jam ut ulterius progrediamur, tentabo annon ex *conceſſis* poſſim diſputare cum Peripateticis. Nam in eo conſentimus, Finem civitatis eſſe duplicem *principalem* & ultimum εὐδαιμονίαν, id eſt veram *beatitudinem* civilem, non uni homini, ſed toti populo inſinuandam, & *ſubordinatum* alterum αὐτάρκειαν, ſeu omnium rerum & bonorum externorum ſufficientiam, qvippe jam ſuprà obſervavi, præſidia externa contra violentiam magis pertinere ad εὐδαιμονίαν qvàm ad αὐτάρκειαν, cum beatitudo civilis ſine pace & tranqvillitate communi non poſſit concipi.

§. 5.

Conſentimus & in eo: qvod *forma* civitatis ſit reſpublica, hoc eſt, ordo imperantium & parentium, item ſummi imperantis & inferiorum magiſtratuum.

§. 6.

Unde videtur ſuâ ſponte fluere *defini-*

*tis civitatis* â forma & fine: Civitas eſt ſocietas naturalis ſummum imperium continens, omnis ſufficientiæ & beatitudinis civilis gratiâ.

§. 7.

Neqve enim & illud negamus, civitatem eſſe *ſocietatem naturalem* aut cujusqvam abſurditatis arguimus Ariſtotelem, qvod dixit, hominem φύσει eſſe ζῶον πολιτικὸν, ſed exinde tamen non ſeqvitur, qvod interpretes Ariſtotelici poſtulant, hominem non ferri ſolùm naturâ ad civitatem, *ſed rapi*, ita ut *natura ſit principalis cauſa impulſiva* ineundæ civitatis; reliqvæ omnes, & inter eas qvoqve indigentia & metus, pro cauſis ſaltem ſecundariis & accidentalibus ſint habendæ.

§. 8.

Nam verbi gratia *ſocietas herilis* nihilominus naturalis eſt, etſi homines propter indigentiam eam invenerint.

§. 9.

Deinde, dum qvalitas aliqva *creaturæ naturâ ineſſe* aut illa ad aliqvid *apta nata* eſſe dicitur, per illam locutionem qvandoqve notatur aliqvid *actu ineſſe* rei cujpiam per naturam, citra omne antegreſ-



ſum

ſum ipſius aut alterius factum, qvo ſenſu v.g. piſcis aptus natus eſt, ut natet, avis ut volet, qvercus ut glandes ferat.

§. 10.

Interdum autem notatur alicui rei ineſſe *aptitudinem* ſeu habilitatem recipiendi perfectionem qvampiam per culturam & diſciplinam, qvæ ut ipſi inſit, natura intendit, aut ſaltem tanqvam ſibi congruum & non repugnans approbat: qvo ſenſu natura aptus eſt v.g. eqvus, ut greſſus ſuperbos glomeret, id qvod aſino negatum, pſittacus ut garriat, ager ut frumentum, collis ut vitem ferat, ipſe homo ut ſermocinetur, ut varias artes & ſcientias addiſcat.

§. 11.

Atqve hoc ſenſu *hominem* etiam τῇ φύσει eſſe ζῶον πολιτικὸν, vel certè non inſtinctu intrinſeco naturæ, ſed *extrinſeco impulſu* potiſſimum ferri ad ſocietatem civilem jam demonſtravimus, etſi de genuino ſenſu phraſeos Ariſtotelicæ, qvæ & ipſa forte non incommodè pro noſtrâ ſententiâ explicari poterit, nullam litem ſectatoribus ejus moturi ſimus, utpote qvibus magis curæ eſt qvid Ariſtoteles dice-

dicere debuerit, qvàm qvid dixerit.

§. 12.

Statuimus igitur, non inſtinctum aliqvem naturæ intrinſecum ut in ſocietate nuptiali & paterna fiebat, ſed *ab extrinſecum malorum quæ homini ab homine imminent*, eſſe cauſam principalem, qvæ homines ad ſocietatem civilem impulit, indigentiam verò bonorum ad vitam ſuſtentandam neceſſariorum eſſe cauſam ſecundariam.

§. 13.

Prius probamus inde, qvia *ſi naturali inſtinctu* homines ferrentur ad Rempubl. neceſſe foret, ut etiam *in ſtatu integritatis* Reſpublicæ æqvè ut conjugium & paterna ſocietas futuræ fuiſſent. At hujus contrarium jam evicimus.

§. 14.

Nec eſt qvod ad *naturam corruptam* provocare velis, ſive enim intendas *corruptionem hominis moralem*, & ex hujus inſtinctu civitatem deducas, ſeqveretur, civitatis appetitum eſſe peccaminoſum, ſive ad imbecillitates *naturales* reſpicias, haberem qvod volo, qvia indigentia & metus illarum imbecillitatum notæ ſunt.

§. 15.

§. 15.

Et qvid multis eſt opus? vel ex *finibus* civitatis ſententia noſtra firmari poteſt. Suprà oſtendimus cauſam impulſivam & finalem actionis alicujus ſibi invicem eſſe oppoſitas, unde, qvicqvid reluctentur Peripatetici, neceſſe eſt, *metum eſſe cauſam primariam* impulſivam ad civitatem ineundam, qvia huic correſpondet finis primarius, tranqvillitas communis, & *indigentiam cauſam ſecundariam*, qvia opponitur huic omnium rerum ſufficientia ut finis ſecundarius.

§. 16.

Et qvod *metum* attinet, de qvo potiſſimum lis eſt, ſi ſtatuant diſſentientes citra eundem etiam civitatem concipi poſſe (qvod neceſſe eſt, ſi metus foret tantùm cauſa ſecundaria) inde ſeqveretur, ut aut fruſtrà qvis appeteret civitatem, qvi jam in tranqvillitate eſt conſtitutus, aut appeteretur civitas ſine tranqvillitate.

§. 17.

At utrumqve hoc vel ex ipſorum doctrina abſurdum eſt: qvippe non ſolùm, *ceſſante fine ceſſat actio*, ſed & civitas ſine fine primario eſt nõ ens, qvippe cum fate-

antur, ſocietatum differentias dependere à fine.

§. 18.

Repetenda verò hic ex iis qvæ docuimus librô ſecundô, *diſtinctio metus*, qvoniam per eum hic non intelligimus vehementem animi terrorem ob intentatum grave malum, ſed ſuſcipionem læſionis futuræ & diffidentiam.

§. 19.

Qvo ipſo eluditur qvorundam argumentum, qvi objecerunt, tantùm abeſſe ut metus cauſam civitatibus conſtituendis dederit, ut potius, ſi homines mutuò ſe metuiſſent, *ne conſpectum qvidem mutuum potuiſſent ferre*, ſed dum unus hac, alius alia ſeſe proripit, perpetuò ſeparati manſiſſent. Nam ii apertè ſatis metum in priore acceptione ſupponunt, & cogitare debuiſſent, qvod & hoc ſit metuentis, providere ne probabilem metus cauſam habeat.

§. 20.

Uti verò qvi doctrinam Ariſtotelis ſeqvuntur, de indigentia, qvod illa ſit cauſa civitatis ſecundaria, litem nobis non movent, ita adverſus alios tamen, qvi homi-

homines ut in civitatem coirent, per intelligentiam fuiſſe motos arbitrantur, tenendum, id qvidem certum eſſe, vix miſerius fore animal homine, ſi ſinguli ſolis ſibi relinqvantur citra ullam ab aliis hominibus accedentem opem, & nec illud qvidem negari poſſe, ad delicias usqve vitam humanam excoli coeptam, poſtqvam in civitates fuit conceſſum, interim tamen nec illud negari poterit, jam ante civitates, qvando adhuc per familias ſegreges diſperſi agebant homines, ſatis conſultum fuiſſe neceſſitatibus vitæ, inventa agricultura & pecuariâ, vinicultura, veſtiariâ aliisq; artibus, unde patribus familias, qvi affatim agri, pecorisqve ac ſervorum poſſident, nihil deeſt ad tolerandam hanc vitam, aut ſi qvid deſit, per commercia id ſuppleri poterit.

§. 21.

Illuſtrari dicta maximam partem poterunt tum ex *conſideratione conditionis humanæ*, qvatenus eadem cum vita civili comparatur, tum ex *meditatione ſtatus naturalis* & ejus incommodorum. *Illa* firmabit, qvod homo natura non appetat ſocietatem civilem; *hæc* oſtendet, cur me-

metui iſti ingruentium homini malorum ab aliis hominibus citra civitatem non potuerit ſatisfieri.

§. 22.

*Homo* per inclinationes congenitas fertur, ut nemini ſubjectus eſſe & omnia ſuô agere arbitrio velit, & vix per metũ pœnarũ ad id adigi poterit, ut imperantibus obſeqvium præſtet, & ferociam, ac in plurima vitia, qvorum nec ſimulacra in beſtiis deprehenduntur, proclivem animum deponat.

§. 23.

Qvi verò *civis* fit, libertatis naturalis jacturam facit & imperio alieno, qvod jus vitæ & necis complectitur, & cujus juſſu plurima facienda, abs qvibus qvis aliàs abhorrebat. *Bonus* verò *civis* ille dicitur, qvi juſſis imperantium promptè paret & ad bonum publicum omnibus viribus nititur, etiamſi id à bono proprio videat diſcrepare.

§. 24.

Porrò, etſi lex naturalis præcipiat, ut ab omnibus injuriis inferendis homines abſtineant, etſi eadem ſatis inculcet, non impune laturos, qvi alios injuria affecerint

rint, tamen *ejus legis reverentia id præſtare non poteſt hominibus*, ut in libertate naturalitatis tutò degere qveant, qvia magna ibi hominum turba datur, qvibus omne jus vile eſt, qvoties ſpes lucri arriſerit, & fiducia propriarum virium aut ſolertia qva repellere aut eludere læſos ſeſe poſſe ſperent; neqve metus divini numinis neqve conſcientiæ morſus ſat validam deprehenduntur vim habere qvorumvis hominum malitiæ coërcendæ, cum multi præſentibus tantùm immineant, futurorum parum curioſi ac non niſi iis moveantur, qvæ in ſenſus incurrunt.

§. 25.

Qvodſi urgeas, hominis naturam non conſiderandam eſſe, prout *corrupta* eſt, ſed in ſua *perfectione*, reſpondebo, non ſolùm jam in libro primo exploſum eſſe dogma, qvod inculcat, diſciplinas & ſcientias tradendas eſſe ſecundùm ideas ſtatus alicujus perfectiſſimi, etiamſi ille non exiſtat, ſed & parum per hanc objectionem te eſſe lucraturum, cùm jam toties dictum ſit, nec in naturâ perfectâ ob ſummam perfectionem, fuiſſe Reſpublicas futuras.

§. 26.

Digitized by Google

§. 26.

Excuſſa igitur cauſâ, qvæ homines ad ineundam ſocietatem civilem movit, proximum eſt, ut inveſtigemus, *qvâ ratione civitates ſint extructæ*. Ubi illud qvidem manifeſtum eſt, adverſus mala ab hominum pravitate imminentia ſingulis hominibus neqve *locum* aliqvem neqve *arma* neqve *animantia bruta* commodum ſatis & efficax præſidium poſſe ſuppeditare; ſed ad id neceſſe eſſe alios homines eosqve *conjunctos*, neqve paucos, ſed *inſignem hominum multitudinem*, neqve ſubito & inconſiderato coeuntes aut ſententiis diſtractos, tendentes in diverſa, ſed *conſentientes circa adhibenda media ad eundem finem idonea, & in conſenſu iſto perſeverantes*.

§. 27.

Cùm verò iſti fini obtinendo in hominibus multis ſui juris & à ſe invicem non dependentibus duo potiſſimùm vitia obſtent; unum *diverſitas inclinationum & judicii, hebetudo* [illegible] ingenii, & *pervicacia* propria placita mordicus defendendi; alterum *torpor* & *averſatio* ultrò faciendi qvod in commune utile ſed cum labore con-

conjunctum eſt, neceſſe eſt, ut iſtis vitiis occuratur, *priori* qvidem unitis in perpetuum voluntatibus omnium, qvod fit, ſi unuſqvisqve ſuam voluntatem voluntati unius hominis aut unius concilii ſubjiciat, *poſteriori* verò, ſi conſtituatur aliqva poteſtas, qvæ præſens & in ſenſus incurrens malum infligere poſſit communi utilitati reluctantibus, qvod fit, ſi omnes & ſinguli ſe obligaverint, qvod eo modo vires ſuas ſint applicaturi ſicut illa poteſtas voluerit.

§. 28.

Ubi igitur voluntatem & virium unio facta fuerit, tunc demum multitudo hominum in validiſſimum corpus, *civitatem* nimirum animatur.

§. 29.

Ex dictis patet, regulariter ad coalitionem civitatis reqviri *duo pacta & unum decretum. Primum pactum* ineunt multi in libertate naturali hactenus conſtituti, inter ſe ſinguli qvod in unum & perpetuum cœtum coire & concives mutuò fieri velint; in qvod pactum *omnes & ſinguli* ut conſentiant neceſſum eſt, nam qvi non conſenſerit, is extra futuram civitatem manet.

§. 30.

§. 30.

Poſt hoc pactum oportet ut *decretum* fiat, qvalis forma regiminis ſit introducenda.

§. 31.

Poſt decretum circa formam regiminis *altero pactô* opus eſt, qvo conſtituuntur ille vel illi, in qvem vel qvos regimen naſcentis civitatis confertur, qvo qvidem pactô hi ad curam communis ſecuritatis & ſalutis, reliqvi ad obſeqvium his præſtandum ſe obſtringunt, ſuasqve voluntates & vires illius vel illorum voluntati & directioni ſubjiciant.

§. 32.

Cùm verò à *forma regiminis* ipſæ civitates dividantur, hæ *diviſiones* pauciſſimis erunt tradendæ, ſunt enim formæ civitatum vel *regulares* vel *irregulares*. *Regulares* ſunt, ubi imperium ſummum in uno ſubjecto ita eſt unitum, ut illud indiviſum & inconvulſum ab una voluntate per omnes civitatis partes atque negotia ſeſe diſpenſet. Ubi hoc non deprehenditur, irregularis forma civitatis erit.

§. 33.

*Civitatis regularis* tres ſunt formæ; aut

enim

enim regimen collatum eſt in unum hominem, qvi dicitur *monarcha*, & civitas *monarchia*, aut in concilium, & hoc qvidem vel ex ſelectis civibus ſeu *optimatibus* conſtans, & vocatur *ariſtocratia*, vel ex *univerſis* patribusfamilias ſeu populo, & eſt *democratia*.

§. 34.

Contigit verò ſæpius ut regimen alicubi *benè*, alicubi *pravè* & imprudenter adminiſtretur. Unde fit, ut aliæ civitates *ſanæ* aliæ *morbidæ* & corruptæ dicantur, etſi propter iſtiusmodi morbos peculiares formas aut ſpecies rerumpublicarum comminiſci neceſſum non ſit, ſicuti nec homo ſanus ab ægroto differt ſpecie.

§. 35.

Eorum autem morborum, qvibus civitates infeſtantur, alii in *hominibus* alii in *ipſo ſtatu* hærent. *Vitia hominum* ſunt, ſi, qvibus imperii adminiſtratio incumbat, ad id munus gerendum ſint inepti, vel officiô ſuô negligenter aut pravè fungantur, & ſi cives, qvibus ſola obſeqvii gloria relicta eſt, frenum mordeant.

§. 36.

*Vitia ſtatus* ſunt, ubi leges aut inſtituta

civitatis non ſunt attemperata ad genium populi aut regionis, aut ubi eadem cives diſponunt ad turbas internas, aut ad juſta vicinorum odia incurrenda, aut ſi eosdem ineptos reddunt ad obeundas functiones, quæ Reipublicæ ſervandæ ſunt neceſſariæ, aut ſi leges fundamentales ita ſint diſpoſitæ, ut per eas negotia publica non poſſint non tardè & difficulter expediri.

§. 37.

*Morbidis* ejusmodi Rebuspublicis multi peculiaria qvoqve vocabula applicant; ita ut vitioſa monarchia vocetur *tyrannis*; vitioſus ſtatus paucorum *oligarchia*; vitioſus ſtatus popularis *ochlocratia*. Etſi freqventer contingat, ut multi per iſthæc vocabula non tam morbum Reipublicæ, qvàm ſuum affectum aut diſplicentiam in præſentem ſtatum, imperantesve exprimant.

§. 38.

*Reſpublica irregularis* eſt, in qva non ita perfectè unio illa, in qva eſſentia civitatis conſiſtit, deprehenditur; idqve non per modum morbi, aut vitii in adminiſtratione Reipublicæ hærentis; ſed ut publica lege

ge aut conſvetudine ea velut legitima ſit ecepta.

§. 39.

Cùm autem aberrationum à rectitudi e *infiniti eſſe modi* qveant, non poſſunt e- iam irregularium Rerumpublicarum ertæ & definitæ ſpecies conſtitui. Indo- es tamen ejus ex uno aut altero *exemplo* lanè poteſt intelligi, v. g. ſi in aliqva Re- ublica ſenatus & populus ſummo utrin- qve jure negotia publica tractent, ita ut euter alteri obnoxius ſit. Aut ſi in regno aliqvo procerum potentia ita invaluerit, ut regi deinceps non alio modo qvàm in- æqvales fœderati ſubſint.

§. 40.

Cæterum vel deſcriptio Reipublicæ irregularis oſtendit, qvod, ſi præceden- tem diviſionem Rerumpublicarum, ſe- cundùm qvam aliæ ſanæ erant, aliæ mor- bidæ, huc applicare velis, irregulares morbidis eſſe accenſendas, non qvidem vitio imperantium tales, ſed vitio ſtatus.

§. 41.

Eqvidem vulgus impium planè & in- jurium eſſe putat, ſi qvis certam rempu- blic. aliqvam pro irregulari & morbida prædicet, tanqvam hoc pacto contra re-



Digitized by Google

verentiam ſummis poteſtatibus debita[m] & contra boni civis officium peccetur, u[t] pote qvi optimè de republica, in qva de[git], ſentire, & mutationem nullam eidem inferre vel deſiderare debeat.

§. 42.

Sed hi profectò ſophiſticè diſſerunt, ne qvid dicam gravius. Initio qvippe *morbidum* eſſe in ſe haud qvaqvam *contumelioſum* eſt, aut, qvod ſemper culpam ejus, qvi morbo laborat, importet, qvippe cum ſæpius diſpoſitio imbecillis ſtructuræ corporeæ aut conditio vivendi honeſta & neceſſaria etc. morborum cauſæ exiſtant; ita v.g. vita ſedentaria eruditorum multorum morborum occaſionem præbet.

§. 43.

Similiter & in rebuspublicis morbidis, etſi vitia qvædam comitentur *ſtatum*, iſta tamen neqvaqvam imputari debent ipſis *imperantibus* aut parentibus, ſed ſi non ſemper, certè ſæpius, neceſſitas ingens Reipublicæ puta v.g pacis & tranqvillitatis turbatæ iterum recuperandæ ſtudium, illum morbum in ſtatum introduxit.

§. 44.

Et qvamvis, ut diximus, naturalis Rei-

publi-

Digitized by Google

...ublicæ ortꝰ pacto & conſenſui libero in-...ntium rempublicam debeatur, unde ...debatur dicendum eſſe, qvod vitia ſta-...s imputari qvoqve debeant ipſis civi-...s; rarius tamen evenit, ut prima origo ...eipublicæ alicujus nobis nota ſit, in mu-...tionibus verò ejuſdem ſæpius unius ...rtis voluntas non ita eſt libera, ſed à ...ultis exterioribꝰ turbis graviter inclina-...r. Qvin imò non putandum eſt, vitia ...tatus *ab initio* ſtatim formatæ Reipublicæ ...dfuiſſe, ſed pleraqve rempublicam jam conſtitutam *ſenſim* invaſerunt.

§. 45.

Qvemadmodum ergò per declarationem morbi, utpote rei per ſe non contumelioſæ, in reverentiam reipublicæ & imperantibus debitam non peccatur, ita non omnis, qvi *morbidi* terminum de aliqvo prædicat id *animo contumelioſo*, qvi injuriam importet, facere cenſendus eſt, qvid? qvod ſæpius peccaret contra officium ſuum, *morbum diſſimularet*.

§. 46.

Exemplo ſit in corpore humano *Phyſicus & Medicus*, qvibus non ſolùm vitio verti non poterit, ſi morbum homini ape-

riant, ſed &, ut ignorantia aut malitia imputaretur, ſi corpus morbidum tanqvam ſanitate perfecta præditum ſit, deprædicarent.

§. 47.

Eandem rationem eſſe puta *Doctoris* & *Conſiliarii* in morbis Reipublicæ. Peccaret *Doctor*, ſi rempublicam pro ſanâ venditaret, qvæ talis non eſt, non ſolum ſi à Principe ea de re qværatur, ſed &, ſi à qvovis alio, cui veritatem profiteri ex pacto vel aliàs obſtrictus eſt, qvemadmodum peccaret *Phyſicus*, qvi à diſcipulô interrogatus tertium ægrotantem defenderet eſſe ſanum. Peccaret *Conſiliarius* ſi Principem qværentem remedia conſervandæ Reipublicæ perſvaderet nullis remediis eſſe opus.

§. 48.

An verò officium boni civis eſſe putas ei, cui veritatem loqvi obſtrictus ſum, falſum dicere, hoc eſt mentiri?

§. 49.

Sed fortè toleras iſta, ſi qvis ea loqvatur intra privatos parietes, & peccatum in eo qværis, qvod qvis opinionem ſuam *publicè divulget*, hoc enim pertinere ad con-

contemptum Reipublicæ, cùm potius ... ævi domeſtici ſint diſſimulandi.

§. 50.

Qvaſi ea *prudenter diſſimulemus*, qvæ omnium oculos incurrunt, qvæq; publicis legibus exponuntur omnium ſcientiæ, qvaſi *Medicus* pro contemptore & irriſore habeatur, qvi ſæpius publicè exempla perſonarum morbô aliqvô periculoſô laborantium adducit, qvatenus nempe tales morbi ſunt, qvi ægrotis non imputantur.

§. 51.

Deniqve ſicut iſtud axioma, qvod *omnis mutatio Reipublicæ ſit pernicioſa*, infinitis limitationibus & declarationibus eſt obnoxia, ita potiſſimum id intelligendum eſt de mutatione in perſonis imperantibus.

§. 52.

At hanc qvidem non intendit, qvi *Doctoris* munus gerit, ſed ſaltem morbum declarat, curam ejus relinqvendo aliis.

§. 53.

Qvi & ipſi tamen peccarent contra regulas prudentiæ & pietatis, ſi poſitô & cognitô Reipublicæ morbo *conſilia* ſuppe-



Digitized by Google

ditarent de tollendis imperantibus, qvemadmodum ſtultus pariter & injuſtus eſſet *Medicus*, qvi cognito morbo hominis medicamenta eidem ſuppeditaret, caput, animæ ſedem, corrumpentia.

§ 54.

Qvin potius uti officium boni *Medici* ſæpius eſt, in corpore multis impuritatibus repleto, camarinam medicamentis planè non movere, ne totus homo deſtruatur, ſed potius ſuppeditare confortantia partes maximè vitales, ſic *Conſiliarii* ſæpius erit, morbum, qvi in Republica altas radices egit, tolerare inconcuſſum; & ſaltem conſilia eò dirigere, ne latius ſerpat malum.

§. 55.

Neqve tamen cuilibet erit integrum, *privato conſilia ſua* hac parte ſponte offerre Reipublicæ, cum omninò pro vitio (etſi ſatis obvio,) haberi debeat, ſi qvis talia tentet, ſed pro vitio magis *imprudentiæ* qvàm *injuſtitiæ*, qvale nempe eſt vitium ejus, qvi non vocatus ab ægroto medicamenta ſua eidem offert.

§. 56.

Sed vereor ut & iſti, qvi publicè declaman

mant in aſſertores Rerumpublicarum irregularium & morbidarũ, à ſimili ineptitudinis vitio ſe liberare poſſint, cùm ſanè non rogati *vindicationem honoris & reverentiæ Reipublicæ debitæ ſibi arrogent*, qvaſi ipſis incumbat Atlas curandæ tranqvillitatis publicæ, principe interim qvieto, & iſtos togatos milites vano conatu hoſtes ſibi fingentes, & ſtramineis armis oppugnantes, ridente.

§. 57.

Cui controverſiæ Politicæ cognitæ ſunt, digreſſionem hanc noſtram fortè non judicabit intempeſtivam. jam in viam. Cum iſtis, qvas huc usqve recenſuimus formis rerumpublicarum non confundenda ſunt *Syſtemata Civitatum*, ubi nimirum plures perfectæ civitates aliqvo peculiari vinculo vel communis regis vel perpetui fœderis ita connectuntur, ut ipſarum vires fere pro unius civitatis viribus haberi qveant.

§. 58.

Cave verò *diviſionem hanc formarum* Reipublicæ eandem eſſe arbitreris cum ea, qvæ communiter proponitur. Nam *primò* doctrina de *ſyſtematis civitatum* pla-



Digitized by Google

nè negligitur, qvæ, ſi comparando ad reliqvas terminis diſtinctis circumſcribere velis, fortè appellare poſſes *reſpublicas compoſitas*, illas verò *ſimplices*.

§. 59.

Non tamen puta, ac ſi *ſecundo* diſtinctio hæc in *ſimplices* & *compoſitas* coincidat cum diviſione communi Reipublicæ in *ſimplicem* & *mixtam*. *Mixtam* enim vocant, qvam nos *irregularem* dicimus, etſi nec dum terminus mixtæ Reipublicæ exhauriat ambitum Reipublicæ irregularis.

§. 60.

*Tertio* nos Rempublicam irregularem *morbidis* accenſuimus, illi mixtam ſuam omni præconio extollunt; qvam benè, mox dicemus.

§. 61.

*Qvarto* illi diviſionem Reipublicæ in *rectam* & *corruptam* habent pro diviſione in ſpecies; qvamvis hoc leve ſit.

§. 62.

Diximus hactenus de *conſtitutione civitatis*. Civitas *conſtituta* ad modum unius perſonæ concipitur, unoqve nomine ab omnibus particularibus hominibus diſtingvi-

ſtingvitur, atqve dignoſcitur, habetqve peculiaria jura ac res proprias.

§. 63.

Unde jam *civitas* pleniùs *definiri* poteſt qvod ſit *perſona moralis compoſita, cujus voluntas ex plurium pactis implicita & unita, pro voluntate omnium habetur, ut ſingulorum viribus & facultatibus ad pacem & ſecuritatem communem uti poſſit.*

§. 64

Non verò difficilè eſt concipere, qvomodo *voluntas* civitatis ſe exerat, qvoties penes *unum* hominem, regimen civitatis eſt. Verùm ubi id eſt collatum in *concilium* plurium hominum regulariter illud habetur pro voluntate civitatis, in qvod conſenſerit *major pars concilii,* qvoniam commodior alia litium & diſſenſuum evitandorum ratio haberi non poteſt, niſi expreſſè ſtatutum ſit, qvota pars concilii conſentiens reqviratur ad repræſentandam voluntatem univerſitatis.

§. 65.

Civitate ſic conſtituta, ille, in qvem imperium eſt collatum *Imperantis* nomine gaudet, reliqvi *ſubditi* audiunt vel *cives,* qvamvis & in lata acceptione *civium*

*um* vox utrumqve ordinem ſub ſe comprehendat.

§. 66.

Poteſtas verò imperantis in civitate unô vocabulo *Majeſtas* appellatur, de qva profectò magnos in ſimpulo fluctus excitarunt, qvi *ejus cauſam immediatam Deum eſſe defenderunt*.

§. 67.

Scilicet, ut ſæpius contingit, falſâ aliqvâ ſententiâ ortâ, ut eam refutare aggrediantur Viri docti pariter & ſemi-docti, ſolidis iſti rationibus adverſarios impugnantes, hi ineptis & ridiculis; ita & evenit, cum *Machiavelli* ſcripta de Principe, in qvibus Autor vel impius vel ſatyricus principem omnia ex utilitate propriâ metiri, callidè tamen & clandeſtinè jubebat, avide legerentur, ut inter eos, qvi huic doctrinæ ſe opponebant, aliqvi in alterum extremum prolapſi, qvi communiter *Monarchomachorum* appellatione veniunt, docerent; principem ita teneri ad procurandam utilitatem publicam, ut ſi ſecus faceret, populo ad rationes reddendas, qvin & ad pœnam eſſet obſtrictus.

§. 68.

Sed hos qvidem uti ſolidè ex genuinis prin-

principiis politicis refutarunt Viri qvidam celebres, ita non defuerunt tamen, qvi in novum extremum ruentes nimium qvantum ſobriæ Politicæ adverſus tradita Monarchomachorum accedere putarent, ſi theſis iſta, *qvod Deus ſit cauſa immediata majeſtatis*, omnibus viribus propugnaretur.

§. 69.

Qvare & in *Gallia* aliqvando à certa ordinum claſſe propoſitio iſta ut in publicis comitiis approbaretur, & autoritate regia confirmaretur, fuit poſtulatum, tanqvam ſine qva tranqvillitas publica in regno non ſit ſperanda. Sed res effectu caruit, reliqvis ordinibus demonſtrantibus, in ea ſalutem Galliæ non eſſe ſitam, ſed controverſiam iſtam cathedris ſcholaſticis eſſe relinqvendam.

§. 70.

In *Germania* verò ſimile qvid vel tentatum ſaltem eſſe non meminimus, ſed affectui magis ſuo qvàm veritati indulſiſſe arbitramur, qvi publicæ traditionis autor fuit: *Non tutam fuiſſe Germaniam Galliamqve anteqvam ſolennibus comitiis ſancire-*

*tur*

Digitized by Google

*tur: Deum eſſe ſolam cauſam Majeſtatis, qui aliter doceret, caſtigandum deportatione.*

§. 71.

Ergo vanum iſtud terriculamentum cerebrinæ alicujus deportationis non terrebit, qvin ſententiam noſtram de *cauſa Majeſtatis* aperiamus liberè: de qva *tres* præcipuæ ſunt opiniones. *Una, populum* regulariter, conſenſu ſuo in reges transferendo imperium, *Majeſtatem producere, Deum* vérò ſalubre hoc hominum inſtitutum *probare.*

§. 72.

*Altera*, illa eminentium Monarchomachicæ ſectæ oppugnatorum, *Deum* nō ſolum eſſe autorem & *originem* Majeſtatis, ſed & ejusdem *cauſam immediatam*, non ſolum in primis & antiqvis Rerumpublicarum temporibus, ſed & hodiè ſemper qvotiescunqve Princeps aliqvis vel conſenſu populi, vel vi bellica, ſ. juſta ſ. injuſta, regnum nanciſcitur; nam conſenſum populi & reliqvos modos eſſe qvidē media ad acqvirendam majeſtatem, non verò cauſas medias, & v. g. populum qvidem eligere principem, huic verò lecto majeſtatem immediatè conferri à Deo &c.

§. 73.

§. 73.

Nobis *tertia* eaqve media placet opinio ſtatuentium; reverà *Deum antecedenter* præcepiſſe hominibus, ut ſocietates civiles inſtituantur, qvoniam ſine iis pax & tranqvillitas humani generis ſubſiſtere non potuit, adeoqve Deum rectè dici *autorem* imperii in civitate ſeu Majeſtatis, non demum ex poſtfacto illud probaſſe, & ita *originem* Majeſtatis ad Deum utiqve pertinere, tanqvam ad autorem legis naturalis.

§. 74.

Sed ut imperium *immediatè* in civitate producatur, *proximè* ex *pactis* per qvæ civitas coaleſcit, & qvæ hactenus expoſuimus, promanat, dum nempe populus vires ſuas & voluntatem principi ſubmittit, princeps verò iſtam ſubjectionem acceptat.

§. 75.

Et hinc eſt, qvod *unus Apoſtolorum* imperium politicum vocat *ordinationem divinam*, reſpeciens ad divinam ejus originem, *alter* id refert ad ordinationes humanas, referens ſe ad ejusdem ortum ſpecialem.

§. 76.

Digitized by Google

§. 76.

Sed forte ſcire cupis, qvibus rationibus illi, qvi Deum immediatam cauſam faciunt, ſententiam ſuam defendant? *Omnino nullis*, niſi imbecillibus maximè & ad qvæ tyro facilè reſpondere poſſit, qvare nec memorabimus qvidem.

§. 77.

Ergo opus fuit, ut defectum *rationum* ſpecie *pietatis* ſupplerent, coacervando multa *ſcripturæ dicta*, de divina Majeſtatis *origine* qvidem teſtantia, ſed de *immediatate* nihil firmantia, niſi forte apud vulgus & logicæ imperitos homines.

§. 78.

Ad qvos alliciendos maximè conducere videbatur dictum Apoſtoli: *Non eſt poteſtas niſi à Deo, ubi verò eſt poteſtas, à Deo eſt.* Qvid enim? dixerunt, annon ſatis apertum eſt, Apoſtolum hic utramqve aſſertionem noſtram probare, & qvod Majeſtatis origo ſit à Deo, & qvod nullam aliam cauſam agnoſcat præter Deum; adhibet enim particulam *niſi*, qvæ excluſiva eſt, & omnes alias cauſas præter Deum excludit. Neceſſe verò eſt, ut qvæ cauſa ſola ſit, ſit etiam immediata.



Digitized by Google

§. 79.

Qvo pacto parum abſuit, ut non ſimul ſe egregriè præcepta ratiocinandi obſervaſſe gloriati ſint, cùm analyſis logica doceat, propoſitionem excluſivam in ſe continere duas propoſitiones communes, unam affirmativam, alteram negativam.

§. 80.

Sed ad hoc qvidem *ſophiſma* facillima eſt reſponſio. Nam initio *contextus* oſtendit, Apoſtol. ibi per poteſtatẽ intelligere non ſolùm ſummam illam, qvæ majeſtas dicitur, ſed & *ſubordinatas* omnes, qvæ magiſtratibus competunt. Si ergo in locutione iſta: *Non eſt poteſtas niſi à Deo* voluiſſet innuere: Deum eſſe cauſam immediatam poteſtatis illius, de qva loqvitur, ſeqveretur etiam illud abſurdum, qvod Deus ſit cauſa immediata poteſtatis in qvocunqve magiſtratu etiam infimo. At hoc nec ipſi diſſentientes admittunt.

§. 81.

Deinde commiſerunt inſignem errorem logicum & in doctrinam de *æqvipollentiis* & in caput de *propoſitionibus excluſivis*, dum iſtam propoſitionem: *Non eſt po-*



Digitized by Google

*teſtas niſi à Deo*, qvæ nulli alii æqvipollet qvam illi: *Non datur poteſtas, quæ non ſit à Deo*, ſeu: *Omnis poteſtas eſt à Deo*; habuerint pro excluſiva: ac ſi Apoſtolus dixiſſet: *Poteſtas eſt non niſi à Deo*. Nam hæc verè excluſiva eſſet, illi æqvipollens, *Poteſtas eſt tantùm ſeu immediatè à Deo*.

§. 82.

Res ita clara eſt, ut puderet, ulterius qvid addere niſi hic impegiſſet ſæpius homines non de turba. Ergo liceat illud inſuper paucis monere, non ſolùm Apoſtolum perſpicuè periphraſin priori phraſi omnis dubii tollendi gratiâ adjeciſſe, dum ſtatim ſubjicit: *Ubi verò eſt poteſtas, à Deo eſt*, cum aliàs dicere debuiſſet, *ubi verò eſt poteſtas, tantùm à Deo eſt*, ſed & veritatem dictorum illuſtrari poſſe ſimili exemplô.

§. 83.

Ita rectè dico: *Non eſt homo niſi ab Adamo (à Deo)* ſed hæc profectò propoſitio non æqvipollet illi: *Homo eſt non niſi ab Adamo (à Deo)* qvæ ſimul etiam falſa eſt.

§. 84.

Vides adeò, eos, qvi cum ejusmodi armis Monarchomachos aggrediuntur, *bonam cauſam malè defendere*. Nam uti ſine hoc

Digitized by Google

hoc ſomnio iidem non difficulter vinci poſſunt, ita fallor, annon ex eadem hypotheſi *Monarchomachi* ſpicula poſſint retorqvere adverſus ſuos aggreſſores.

§. 85.

Cum enim illi ſtatuant omni principi, etiamſi injuſtiſſimè v.g. per regicidium ad regnum pervenerit, à Deo immediatè majeſtatem infundi, ſeqvitur ex communi Politicorum hypotheſi (qvod majeſtas non ſolùm in monarchia, ſed & in Ariſtocratia & Democratia locum ſibi vindicet) idem dicendum eſſe de populo regem ſuum injuſtè de ſolio deturbante & Monarchiam transmutante in ſtatum Democraticum.

§. 86.

Qvidſi itaqve urgeant Monarchomachi, etſi majeſtas ſit immediatè à Deo, exinde tamen neqvaqvam ſeqvi, injuſtum eſſe, ut populus regem, poteſtate divinitùs conceſſa abutentem deponat & puniat, qvinimò, dum Deus rege fortè interempto *majeſtatē ab ipſo in populum transferat*, vel ex hoc clarum eſſe, qvod *interemptio regis non ſit injuſta*.

§. 87.

Niſi fortè illud abſurdum admittere velint iſti AntiMonarchomachi; *Deum eſſe*, non dicam cauſam peccati, ſed qvod majus eſt, *peccati*, qva talis, ut ita dicam, *præmiatorem*.

§. 88.

Ex his anguſtiis qvomodo ſe extricare velint eqvidem non video, niſi refugium qværant in diſtinctionibus nihil ſignificantibus, aut ad vanum terriculamentum autoritatis propriæ provocent, oſtendentes videlicet barbam & pallium.

§. 89.

Cæterum etſi conſenſus populi, ut hactenus diximus, ad imperium legitimè acqvirendum reqviratur, *modi* tamen qvibus iſte conſenſus elicitur, variant, unde jam ordo poſtulat, ut pauca de *modis acqvirendi imperii* diſſeramus.

§. 90.

Cum autem in diſqviſitione, qvo qvis modo imperium acqviſiverit regulariter præſupponatur diverſum eſſe eum, qvi imperium dicitur acqvirere, ab illis, à qvibus vel in qvos idem acqviritur, & verò in *monarchiis*, iſtud diſcrimen longè clari-

us

ſſe pandat, qvam in Ariſtocratia & De-
ocratia, de *monarchia* hic potiſſimum
rimus ſolliciti, à qva poſteà ad Ariſtocra-
am & Democratiam ſuo modo facilè
oterit fieri applicatio.

§. 91.

Etſi enim *ſucceſſio* rarius in *Ariſtocratiâ*, nunqvam in *Democratia* habeat locum, ad hanc etiam nec *electio* propriè accommodari poſſe videatur, tamen ad utramqve ſpeciem poterit accomodari diſtinctio inter modum acqvirendi *violentum* & non *violentum*.

§. 92.

Nam ſi per ſeditionem pulſis optimatibus & rege *Democratia* conſtituitur, etſi populus regem ejiciens, non poſſit dici violentô modo imperiũ in ſeipſum conſtituiſſe, cum in Democratia imperantes & ſubjecti non phyſicè ſed morali ſaltem reſpectu diſtingvantur, revera tamen violento modo regi vel optimatibus imperium abſtulit qvod hic ſufficit.

§. 93.

Imperium igitur *monarchicum* vel acqviritur per *violentiam* vel *ultroneo* populi conſenſu. *Violentia* vel *juſta* eſt vel *injuſta*.

 per

Per qvamcunqve imperium acqviratur, modus iſte appellari ſolet *occupatio*, qvæ cum illa occupatione qvâ res domino vacuæ per ſolam apprehenſionem dominio noſtro ſubjiciuntur, non eſt confundenda.

§. 94.

*Juſta violentia* imperium acqviritur, ſi qvis juſta bellandi cauſa ſubnixus favente vi armorum & fortunâ populum aliqvem eò redigit, ut ipſius deinceps imperio ſe ſubjicere cogatur.

§. 95.

Ergo non ſtatim poſt victoriam imperium habet in victos, ita ut conſenſum ſubjugatorum non expectare debeat, qvomodo enim ex ſtatu belli in pacem poterit deſcendi ſine *interveniente pacto*.

§. 96.

Illud duntaxat habent juſto bello victores, ut conſenſum devictorum non per ambitum aut preces eblandiri neceſſe habeant, ſed eundem per intentata extrema mala poſſint *extorqvere*.

§. 97.

Idqve *duplici* ex fundamento. Nam *primò* victor, ſi rigore belli voluiſſet uti, vitam

jam planè victis adimere potuiſſet, atqve ſic, dum minore iſtos incommodo defungi patitur, clementiæ inſuper laudem nanciſcitur.

§. 98.

*Secundo*, qvi cum altero in bellum deſcendit, qvem ipſe antea læſerat, & cui æqvam ſatisfactionem præbere renuit, omnes ſuas fortunas aleæ Martis expoſuit, ſic ut jam in anteceſſum qvaſi tacitè conſenſerit in qvamcunq; conditionem, qvam eventus belli ipſi ſit aſſignaturus.

§. 99.

Qvod *invaſorem injuſtum* concernit, prius diſcernendum eſt, an per vim *democratiam* verterit in monarchiam, an *monarcha* ejecto in ejus locum ſe immiſerit.

§. 100.

*Poſteriori* caſu obligatio *reſtituendi* non prius exſpirat, qvam aut expulſus rex ipſiusqve hæredes, qvibus ad regnum jus qvæſitum fuerat, ſint extincti, aut ipſi pro derelicto id habuerint.

§. 101.

Interea tamen temporis, etiam qvamdiu adhuc invaſoris conſcientia laborat,



Digitized by Google

*ſubditos* poſt conſenſum ſuum fides data validè ſtringit, ſiqvidem tunc demum eandem dederunt, qvando pro expulſo rege, qvicqvid ab ipſis poſtulari potuit, fecerunt.

§. 102.

Circa *priorem* caſum probabiliſſimè videtur dici, cùm populus æqvè in monarchia qvam democratia felix eſſe qveat, facilè eſſe, ut popularis libertatis deſiderium digeratur, ſi rempublicam novus iſte rex bene gubernaverit, id qvod etiam ex modici temporis patientia atqve aſſvetudine præſumi poteſt. Et hoc facto acqviſitionis vitium purgatum intelligitur.

§. 103.

Qvodſi autem aliqvis poſt mutatam violenter rempublicam cives miſeris modis habeat, vitium ejus ne diuturnitate qvidem temporis purgabitur, qvia diuturna poſſeſſio hic nihil aliud erit qvàm diu continuata injuria.

§. 104.

*Ultroneo* autem conſenſu populi paratur regnum interveniente electione, qva populus *conſtituendus* aut jam *conſtitutus*

*tutus ultro* certum hominem ſuo judicio imperii capacem deſignat, cui qvando decretum populi fuerit ſignificatum, idqve ille acceptaverit, promiſſo populi obſeqvio imperium confertur.

§. 105.

Dixi *ultro*: id eſt non adigente ad id populum, eo per vim majorem, qvi regnum adipiſcitur. Cæterum ad hanc claſſem referri meretur, ſive populus ex ſolo ſtudiô commoditatis ſuæ promovendæ & *inſtinctu* qvodam qvaſi *intrinſeco* alicui transferat imperium, ſive ad id compulſus fuerit *neceſſitate qvadam extrinſeca* metu nempe vis majoris ab alio imminentis, fame &c. Oſtendet tamen hæc inſtinctus diverſitas mox ſuum uſum ubi ad affectiones imperii civilis pervenerimus.

§. 106.

Dixi: electionem fieri à populo vel *conſtituendo* vel *conſtituto*. Poſterior præ priore id habet peculiare, qvod ſuſcipiatur rege priore defuncto & tunc regulariter illam antecedat *interregnum*.

§. 107.

In *interregno* licet ad imperfectam formam recidat civitas, dum cives primò



Digitized by Google

tantum pacto inter ſe connectuntur: multum tamen firmitatis ei adhuc addit nomen & affectus communis patriæ, civiumqve plerorumqve fortunæ iſti loco fere affixæ; qvæ bonos cives ſubigunt, ut ultro tantiſper pacem inter ſe colant, & quam ocyus ad plenum imperium inſtaurandum incumbant. Etſi magnopere ad incommoda ex interregnis oriri apta, evitanda faciat, ſi in anteceſſum conſtituantur, penes quos ſolio vacante interim Reipublicæ adminiſtratio eſſe debeat.

§. 108.

Cæterum alicubi qvidem ſingulis monarchis defunctis nova inſtituitur electio: Alicubi autem regnum eâ lege in alterum confertur, ut citra novam intervenientem electionem in alios per ſucceſſionem tranſeat. Illud ſi fiat, vocatur regnum *electivum*, ſi hoc, *ſucceſſivum*.

§. 109.

Jus autem *ſucceſſionis* conſtituitur vel arbitrio *regis* vel arbitrio *populi*: prout nempe regnum eſt vel *patrimoniale* vel *uſufructuarium*, de qua diſtinctione mox plura.

§. 110.

Digitized by Google

§. 110.

Horum uterqve ſi voluntatem ſuam manifeſtaverit *expreſsè*, bene eſt, qvod ſi id non fuerit factum, difficillimæ ibi oriuntur controverſiæ, qvoniam deficiente voluntate expreſſa recurrendum eſt ad voluntatem *tacitam*.

§. 111.

Cujus certæ qvædam exactæ regulæ tradi non poſſunt, non ſolùm, qvod *voluntas humana*, ſi ullâ in re, certè in translatione bonorum ſuorum infinitis modis *variet*, ſed &, qvod, ſi ad *æqvitatem* fortè recipere velis, nullus facilè reperiatur modus ſuccedendi ab inteſtato receptus, qvi non aliqvam æqvitatem ſecum habeat.

§. 112.

Neqve verò illa conjectura hic obtinet, qvod in *regnis* eadem *ſucceſſio* debeat obſervari, qvæ recepta eſt in *bonis privatorum*, ob magnam differentiam inter regna & hæc bona.

§. 113.

Igitur in ſimilibus controverſiis ſæpius inter principes ortis, uti facilè eſt conjecturas reperire conjecturis con-



Digitized by Google

trarias, cum fundamentum conjecturandi ſit lubricum, ita ingenio ſaltem opus eſt, ad jura principis hac parte defendenda, ut non mirandum ſit, ſi in tali negotio qvatuor diverſiſſimæ partes vel plures jura ſua publicis ſcriptis deducere fuerint auſæ, &, ſi unqvam axioma aliqvod firmitatem obtinuit, certè hic obtinet vulgatum iſtud: *Beati poſſidentes.*

§. 114.

Si tamen controverſiæ dijudicandæ ſunt ſecundum id, qvod *plerumqve fieri ſolet*, non diffitemur, præiviſſe hâc parte Viros Celebres, qvi fusè regulas qvasdam ſuppeditant, qvibus inſtar normæ plerumque uti ſolent ſcriptores de qvæſtionibus ejusmodi diſceptantes.

§. 115.

Definitur verò *imperium* in civitate, quod unô vocabulô *majeſtas* dicitur, de cujus origine & modis acqvirendi hactenus diſſeruimus, qvòd ſit *ſumma poteſtas dirigendi actiones civium, & cum iis qui extra rempublicam ſunt, nomine civitatis negotia pacifica pariter & bellica ſuſcipiendi, ad obtinendos civitatis fines.*

§. 116.

Digitized by Google

§. 116.

Dico: *poteſtas ſumma*, id eſt, in ſui exercitio à nullo homine tanqvam ſuperiore dependens, ſed ex propriô judiciô ſeſe exſerens, ſic ut ejusdem actus à nemine tanquam ſuperiore qveant irriti reddi.

§. 117.

Inde etiam eſt, quod idem imperium ſit ἀνυπεύθυνον, ſeu nemini mortalium obſtrictum ab reddendas rationes, eo cum effectu, ut ſi eas alteri non adprobaverit, pœnis humanis aut coercitioni, velut à ſuperiore profectis, eô nemine ſit obnoxium.

§. 118.

Cui conjunctum eſt, ut idem ſummum imperium *legibus humanis* & civilibus ut talibus ſit *ſuperius*, iisdemque adeò directè non obſtringatur. Iſtæ enim leges à ſummo imperio tam in origine quam in duratione dependent. Inde fieri non poteſt, ut per iſtas idem obligetur; cum alias idem ſeipſo ſuperius foret.

§. 119.

Neqve ulterius concipi commode poterit ſummitas imperii, niſi ſimul conjun-

junctam eidem eſſe arbitremur peculiarem *ſanctimoniam*, ut non ſolum ejus juſſis legitimis reſiſtere nefas ſit; ſed & ejusdem aſperitas non ſecus atqve à probis liberis parentum moroſitas, à civibus ſit patienter ferenda. Qvin & ubi atrociſſimas injurias intentaverit, ſinguli potius fuga ſibi conſulent, aut qvantamcunqve calamitatem ſuſtinebunt, quam ferrum in durum quidem, ſed tamen parentem patriæ ſtringent.

§. 120.

Ergò cum ſanctimoniam hanc impugnent *Monarchomachi*, inepta ſecta, & ab aliis jam dudum profligata, neceſſe eſt, ut eorum rationes ſimul ſummitatem tollant, utque adeò majeſtas, quam ipſi regibus tribuunt, talis non ſit.

§. 121.

Quorſum etiam pertinet ipſorum diſtinctio *Majeſtatis* in *realem* & *perſonalem*.

§. 122.

Occaſione autem *ſummitatis*, quæ Majeſtati cohæret, Politici quæſiverunt: *an dici poſſit monarcha temporarius*? hoc eſt, cu-

cujus imperium certo ac definito temporis ſpatio ſit adſtrictum, ut finitô eô iterum privatus fieri debeat, & ad id jure cogi poſſit?

§. 123.

Mihi videtur quæſtio *affirmanda* eſſe, quia *ſummum* eſſe & *temporarium* eſſe non implicant, & ſi illorum principum poteſtas revera pro majeſtate habenda eſt, qui ſponte abdicarunt imperium & vitam privatam amplexi ſunt, nulla ratio videtur obſtare cur non & iſtorum, de quibus loquitur quæſtio.

§. 124.

Nam etſi hi ad depoſitionem jure cogi poſſint, coactio autem juſta repugnet ſummitati, non tamen antè locum habet coactio, quàm tempore finitô, quo poteſtas eorum ceſſavit ſumma eſſe.

§. 125.

Modo ejuſmodi monarcha temporarius non ſit obſtrictus, ut depoſito imperio *rationes reddat* populo, aut *pœnæ* ob rem malè geſtam ſit obnoxius. Nam tum imperium ejus non eſt ἀνυπεύθυνον, ergò nec ſummum, ſed potius habendus erit pro magiſtratu aliquo majore.

§. 126. A-

§. 126.

Alia controverſia eſt, ubi de dictorum applicatione eſt quæſtio, ut dum quæritur; *an Dictator Romanus habuerit veram majeſtatem?* Hic enim præſuppoſita iſta ad circumſtantias factorum ex hiſtoriis eruendas debent accommodari, quod hujus loci non eſt.

§. 127.

Porrò neque cum ſummitate *imperii* pugnat *reſtrictio* ejusdem, quin potius idem in monarchiis potiſſimum & ariſtocratiis dividi poteſt in *abſolutum* & *limitatum*.

§. 128.

*Abſolutum* imperium monarcha habere dicitur, qui illud adminiſtrare poteſt proprio ex judicio, non ad normam certorum, ac perpetuorum ſtatutorum, ſed prout præſens rerum conditio videtur exigere, quique adeò proprium ad arbitrium ſalutem Reipublicæ, prout ejusdem tempora poſtulaverint, procurat.

§. 129.

Verùm quia unius hominis judicium ab erroribus non eſt immune, & voluntas in prava flexilis, in tanta cumprimis

mis libertate; qvibusdam populis conſultum viſum, ejus imperii exercitium *certis limitibus* circumſcribere.

§. 130.

Id qvod factum, dum ad *certas leges* circa adminiſtrationem *partium* imperii in delatione regni regem adſtrinxerunt; & ſi, qvando negotia ſummam rerum ſpectantia, qvæqve in anteceſſum definiri neqveunt, inciderent, voluerunt ea ſuſcipi non niſi *præſciente* & *conſentiente* populo, aut ejusdem deputatis in comitia convocatis, ut eo minor occaſio regi præbeatur à ſalute regni aberrandi.

§. 131.

Vocantur autem iſtæ leges, qvæ poteſtatem principum ita limitant, *leges fundamentales*, voce legis impropriè & abuſivè acceptâ, cùm potius ſint *pacta*.

§. 132.

Deniqve Rex cum ſummo imperio aut habet etiam poteſtatem *alienandi regnum idque dividendi* pro lubitu, aut eadem *deſtituitur*.

§. 133.

Priora regna melioris diſtinctionis gratia Grotius vocavit *Patrimonialia*, po-



Digitized by Google

ſteriora *Uſufructuaria*, qvoniam nempe uſufructuarius rem, in qva uſumfructum habet, alienare non poteſt, qvi in pleno patrimonio, poteſt.

§. 134.

Meminiſſe ergò debeant ii, qui hanc diviſionem Grotii impugnarunt, denominationem iſtam non extendendam eſſe ultra *tertium*, in qvo Grotius qværebat ſimilitudinem; & adeò recordari vulgati proverbii, qvod *omne ſimile claudicat.*

§. 135.

Qvamvis non diffitendum ſit, commodiorem fore denominationẽ regnorum poſterioris claſſis, ſi locô uſufructuariorum vocarentur *fideicommiſſaria*, qvod & alicubi facit Grotius.

§. 136.

Cæterum cum à priori qværitur; qvænam regna pro uſufructuariis habenda, quænam in patrimonio ſic tenendum: Si populus in pactis, quibus conſenſum ſuum declaravit, *poteſtatem alienandi tranſtulit* in regem, tum haud dubiè regnum erit in patrimonio.

§. 137.

Qvod ſi id factum non fuerit, pro-

*patrimoniali tamen* habendum erit illud, quod *armis* ſibi qvæſivit rex, aut qvod rarò contingit, ubi *ſuum ſibi populum ipſe fecit*, exemplo Romuli.

§. 138.

Ex illis verò, quæ *ultroneo conſenſu* in principem translata ſint, pro *uſufructuariis* habenda erunt, qvæ populus *noluit eſſe ſucceſſiva*, cum eo ipſo ſatis declaraverit, ſe nolle alienationem principi concedere, cum ne quidem ad progeniem ejus regnum tranſire voluerit.

§. 139.

In *ſucceſſivis* (aut ubi dubitatur, an regnum ſit electivum an ſucceſſivum) illa pro *uſufructuariis (& electivis)* haberem, ubi populus inſtinctu quaſi *intrinſeco* ſolo motus abſque impellente gravi neceſſitate exteriore regem elegit, iſta pro *patrimonialibus*, (*& ſucceſſivis*) ubi neceſſitas gravis *exterior* populum ad qværendum ſibi regem impulit.

§. 140.

Nam ſi de hac qvæſtione ab initio delati regni mentio fuiſſet injecta, præſumendum eſt, in priori caſu regem acceptum fuiſſe regnum adempta ipſi alienan-



Digitized by Google

ſtandi & ſuccedendi poteſtate, in poſte-
riori populum aſſenſurum fuiſſe regi po-
teſtatem alienandi & ſucceſſionem po-
ſtulandi.

§. 141.

Regulariter enim in contractibus leges præſcribit alteri, cujus minus intereſt, contractum fieri, is vero conditiones qvamvis duras acceptat, ad quem major ex contractu redundat utilitas. At ſi populus nulla ad id neceſſitate adactus ſibi regem eligat, majus intereſſe regis eſt, qvàm populi; ſin neceſſitas gravis populum urgeat, magis populi intereſt quàm regis.

§. 142.

Exerit autem ſe majeſtas, ut in definitione diximus, non ſolum in *relatione ad ſubditos*, ſed & in *ordine ad pares extra* rempublicam, unde *particulae* ſummae poteſtatis, quæ communi nomine *regalia* dici conſueverunt, commodè dividi poſſunt in regalia *immanentia*, ubi prior reſpectus attenditur, & *tranſeuntia* ubi poſterior.

§. 143.

Nam diviſio alia, quâ regalia dividuntur in *majora & minora*, uti multis tri-
cis

Digitized by Google

cis eſt obnoxia, ita magis uſum præbet in controverſiis ex jure humano, cui etiam ortum debet definiendis, quam in jurisprudentia naturali, ubi minora æque ad obtinendos fines reipublicæ requiruntur atque majora.

§. 144.

Majorem cum primâ diviſione convenientiam habet ea, quæ à *finibus* rerumpublicarum eſt deſumpta. Promoventur enim illi tum ſi omnia bene & ordine gerantur *in Republica* & cives à vi intrinſeca reddantur ſecuri, tum ſi defendantur adverſus *vim extrinſecam* tempore belli.

§. 145.

Itaque regalia vel diriguntur *primario ad unum* horum modorum promovendi fines Reipublicæ, vel inſerviunt *communiter utrique*.

§. 146.

Ad *pacis* tempora pertinet quam maxime *poteſtas legiſlatoria*, qua imperantes civibus ſignificant, quæ ipſorum circa negotia ad ſalutem civitatis facientia ſit voluntas, cui ſe cives in pacto conſtituendæ civitatis ſubmiſerunt.



Digitized by Google

§. 147.

Eodem pertinet *poteſtas pœnas ſumendi*, qua intenditur, ut cives tuti ſint adverſus damna & injurias, qvæ à concivibus invicem inferri poſſunt & ſolent, & ſine quâ poteſtas *legislatoria* foret fruſtranea.

§. 148.

Tum & poteſtas judiciaria, quâ deciduntur controverſiæ ſuper rectâ legum applicatione ad facta ſingularia & factis civium contra leges ortæ. Unde inſervit hoc regale poteſtati *legislatoriæ* & juri *puniendi*.

§. 149.

Deniq; cùm ſingulorum actiones à ſua cujusqve opinione regantur; plerique autem de rebus ita ſoleant judicare, prout aſſueverunt, & prout communiter judicari vident; pauciſſimi proprio ingenio vera & honeſta diſpicere queant, inde civitati expedit, ut publicè ejusmodi doctrinis perſonet, quæ cum recto fine & uſu civitatum congruunt, ſimulqve animi civium à puero iſtis imbuantur. Ejusmodi igitur doctrinas, qui doceant publice, ſummi imperii eſt conſtituere.

Qua-

Quare huc pertinet jus erigendi *Scholas* & *Academias*, item *jus circa ſacra* ſtrictè ſic dictum.

§. 150.

Cave autem putes, nos docere, acſi præcepta *religionis* debeant dirigi *ſecundum utilitatem ſingularum rerumpublicarum*. Hæc enim eſſet cavillatoria explicatio verborum noſtrorum, qui de *fine communi* civitatum loquimur.

§. 151.

Cujus adeò habitudo ad religionem eſt iſta, ut *religio* illa *falſa* habeatur, quæ apertè *pugnat* cum tranquillitate rerumpublicarum, quoniam DEus nunquam voluit ejusmodi doctrinis imbui homines, neque etiam voluiſſe potuit, quia eſt autor rerumpublicarum, nec adeò potuit voluiſſe contradictoria.

§. 152.

Sed quoniam unius finis obtinendi plura poterunt eſſe media, non valet inverſo ordine argumentatio; *hæc religio congruit fini civitatis, ergo eſt vera*: quoniam ſuprà oſtendimus, ad veram religionem requiri, ut ſit à Deo revelata.



Digitized by Google

§. 153.

Id tamen exinde ſequetur, principem, qui religionem falſam in republicâ tolerat, quæ tamen non repugnat fini civitatis, non peccare contra *jus naturale* & officium boni principis, ſed contra legem divinam *poſitivam univerſalem* & officium boni Chriſtiani: Quare Jurisprudentiæ Naturalis defectum hic ſupplere debet Theologia.

§. 154.

Ad tempora *belli* ſpectat jus belli & pacis, itemque fœderum feriendorum, quò pertinent, jus legendi, armandi & muniendi milites & ſimilia.

§. 155.

Utrique tempori æqualiter inſerviunt *jus magiſtratuum conſtituendorum & indicendi tributa.*

§. 156.

Sunt autem iſtæ partes ſummi imperii naturaliter ita *connexæ*, ut ſi quidem regularis forma civitati conſtare debeat, omnes & ſingulæ penes unum radicaliter eſſe debeant. Nam ſi una vel altera planè *abfuerit*, mancum erit imperium, nec

nec ad finem civitatis procurandum idoneum.

§. 157.

Sin autem iſtæ *dividantur*, ita ut quædam radicaliter ſint penes unum, reliquæ penes alium, irregularem rempublicam & malè cohærentem emergere neceſſe eſt, quoniam non ſolùm tum una poteſtas orto diſſidio aut inanis erit aut alterius miniſtra, ſed & deficiente hôc pactô voluntatis unione, quæ eſt anima Reipublicæ, in ſtatu hóc corrupto maxima occaſio datur bellis civilibus.

§. 158.

Hæc quanquam manifeſtiſſima ſint, dantur tamen non pauci, qui diviſionem partium ſummi Imperii propugnent, ut exinde *reſpublicas mixtas* concinnent, quæ, ubi rite temperatæ fuerint, felicisſimam, ſi Diis placet, rempublicam producere ſint aptæ.

§. 159.

Cui fini quidem *Ariſtotelis* autoritas nequidquam imploratur, qui de longè diverſa mixtura, quàm quæ ad diviſionem partium ſummi imperii ſpectet, loquitur.



§. 160.

Digitized by Google

§. 160.

Qvemadmodum autem *non impoſſibile* eſt, dari ejusmodi reſpublicas irregulares ſeu mixtas, ita, ſi dantur, neceſſe eſt, ut eadem morbidis annumerentur, & fruſtrà ſe torqvent Peripatetici, hâc in parte nimium quantum inter ſe diſſidentes, ut mixturam aliquam comminiſcantur, quam expetendam atq; exoptandam eſſe jactare poſſint.

§. 161.

His præmiſſis exponendum nunc paucis erit *officium imperantium & parentium.* Quibus præceptis officium ſummorum *imperantium* conſtet, ex indole ac fine civitatum nec non expenſis ſummi imperii partibus perſpicuè colligitur.

§. 162.

Qvemadmodum verò nemo in qvocunque ſtatu vivat, officio ſuo ſatisfacere poteſt, ſi non exactam obligationis ſuæ notitiam habeat; ita principi vel maximè incumbit, ut hoc præceptum ante omnia obſervet: DISCE QVÆ AD PLENAM COGNITIONEM OFFICII BONI PRINCIPIS PERTINENT.

§. 163.

§.160.

Qvemadmodum ...
bile eſt, dari ejusmodi ...
lares ſeu mores, ...
ut eadem morbis ...
frustra ſe torqvent Per...
parte nimium qvantum ...
tes, ut mixturam aliqu...
tur, quam experiend...
eſſe jactare poſſint.

§.161.

His præmiſſis expon...
dis erit officium imper...
Quibus præceptis offic...
imperantium conſtet, ex i...
virium nec non expenſ...
partibus perſpicue collig...

§.162.

Qvemadmodum ...
qvocunque ſtatu vivat ...
facere poteſt, ſi non ex...
nis ſuæ notitiam habeat; in ...
maxime incumbit, ut hoc ...
ante omnia obſervet: DISC...
AD PLENAM COGNITIO...
OFFICII BONI PRINCIPIS ...
NENT.



§.163.

Tum generalis lex ſummorum imperantium eſt hæc: SALUS POPULI SUPREMA LEX ESTO. Ea enim intentione in iſtos imperium eſt collatum, ut per id procuraretur finis, ob qvem civitates ſunt inſtitutæ. Inde credere iidem debent, nihil ſibi privatim expedire, qvod non idem expedit civitati.

§.164.

Ad hunc finem dirigendum eſt exercitium particularum ſummi imperii. Hoc eſt: *cives bonis moribus imbuendi; Commoda leges ferendæ; Eadem executioni dandæ. Pœnæ rectè temperandæ; Injuriæ civium mutuæ prohibendæ; Idoneis & probis miniſtris utendum; Tributa rectè exigenda & collocanda; Facultates civium promovendæ; Factiones prohibendæ; Adverſus invaſiones exterorum vires parandæ.*

§.165.

Officium *ſubditorum* eſt vel *generale*, vel *ſpeciale*. *Illud* oritur ex communi obligatione, qua iſti imperio civili ſunt ſubjecti. *Hoc* verò ex peculiari munere & functione, quæ per ſummum imperium ſingulis eſt injuncta.

§.166.

Digitized by Google

§. 166.

Officium *generale* reſpicit vel *rectores civitatis*, vel *totam civitatem*, vel *cives*.

§. 167.

Unde præceptum *primum*: RECTORIBUS CIVITATIS PRÆSTA REVERENTIAM, FIDELITATEM ET OBSEQVIUM.

§. 168.

*Secundum*: SALUTE ET INCOLUMITATE TOTIUS CIVITATIS NIHIL HABE CARIUS.

§. 169.

*Tertium*: CUM CONCIVIBUS VIVE AMICE ET PACIFICE.

§. 170.

Circa *ſpecialia* officia commune præceptum eſt: NON AFFECTA NEC SUSCIPE OFFICIUM IN REP. AD QVOD TE INEPTUM DEPREHENDIS.

§. 171.

Qvod *ſingulas* officiorum partes attinet: qvi *conſilio* ſuo rectoribus civitatum aſſiſtunt; qui publicè conſtituti ſunt ad *ſacra* obeunda; queis publicè injunctum, variarum rerum *ſcientia* animos ci-

Digitized by Google

civium imbuere; qui *juri dicundo* præficiuntur; quibus *armorum* cura commiſſa; qui ad *militandum* conducti; quorum operâ civitas apud *exteros* utitur; qui *opibus civitatis* colligendis aut diſpenſandis præſunt, illi omnes actiones ſuas eò dirigere debent, ut *tranquillitas publica* tam intra quàm extra civitatem conſervetur, & *opum abundantia* comparetur, hoc verò potiſſimum fieri ſibi perſuadebunt, ſi præſcriptam hâc parte ab imperantibus normam obſervent.

## CAPUT VII.

# De Officiis Viventium in Civitate Circa Pœnas.

§. 1.

Diſpiciendæ nunc forent in ſpecie *partes* ſummi imperii, & quæ circa ea peculiariter obſervanda occurrerent. Sed qvoniam hic quidem non adeò magnæ aut difficiles ortæ ſunt controverſiæ, &

qvæ

qvæ hâc parte notanda veniunt, jam aliis expoſita ſunt fuſius, atqve diſtinctè, qvibus, quod addamus nihil ſupereſt; iſta quidem tranſeant.

§. 2.

Non ita tranſire patiemur illam partem, qvæ in *pœnis* inferendis eſt occupata, qvoniam circa eandem multæ qvæſtiones ſe offerunt intricatæ, & in qvarum expoſitione ſudarunt excelliſſima ingenia.

§. 3.

Ubi tamen mox ſeparandæ erunt qvæſtiones *otioſa* ab iis, qvarum non pudere debeat eum, qvi veram non umbratilem ſectatur ſapientiam.

§. 4.

Ad *otioſas* refero illam, *ad quam juſtitiæ ſpeciem pœnarum irrogatio pertineat*? Ubi variè diſſident; aliis ad juſtitiam univerſalem, aliis ad commutativam, aliis ad diſtributivam, aliis deniqve ad tertiam aliqvam juſtitiæ particularis ſpeciem, cum qvibus & nos facimus, provocantibus. Sed cui uſui? cum ſuprà totam hanc juſtitiæ diviſionem ut inutilem rejecerimus.

§. 5.

§. 5.

Qvod *reliqvas* attinet, præmuniendus anteà intellectus eſt diſtinctô *conceptu pœnæ*, qvoniam vocabulum hoc multis *ambiguitatibus* eſt obnoxium.

§. 6.

Id maximè indubium eſt, per pœnas hic intelligi aliqvid qvod *hominibus propter delicta & invitis* qvidem accidit, unde ſeqvitur *pœnam conventionalem*, à qva ſtipulatio pœnalis denominatur, hujus loci non eſſe.

§. 7.

Eorum autem, qvæ hominibus delinqventibus accidunt, varia ſunt genera, ſive ipſum *id, qvod* propterea infertur delinqventibus, reſpicias, ſive *perſonam* inferentem, ſive inferentis *intentionem*.

§. 8.

Intuitu *ejus, qvod* infertur delinqventibus; Pœna I dicitur *latè*, ut ſub ſe comprehendat *ablationem lucri*, qvod delinqvens revera habet, vel qvoad rem ipſam vel ejus æſtimationem, vel certè habuit, ſi eandem conſumſerit aut perdiderit vel donaverit. Ita dicitur: *lucra delinqventibus in pœnam eſſe auferenda.*

Digitized by Google

§. 9.

§. 9.

II. *Strictè* pro *poſitione ſolum damni*, quando delinqvẽti bonum aliqvod aufertur, in qvo lucrum ex delicto non habuit, ſive id bonum ſit bonum fortunæ ſive bonum corporis: Ad illa refer divitias & honorem, ad hæc ſanitatem (per qvam non tam intelligo abſentiam morbi qvam doloris) membrorum integritatem, vitam. *Ita pœna opponitur reparationi damni.*

§. 10.

III. *Strictiſſime* pro *poſitione damni in bono corporis vel etiam in honore*, & ita pœna pecuniaria *mulcta* dicitur & ſæpius pœnæ opponitur.

§. 11.

Intuitu *perſonæ* inferentis itidem pœna ſupponitur I. *Latè* pro illa etiam, qvæ à *Deo* hominibus ob qvævis delicta infertur, ſive id fiat immediatè, ſive mediantibus hominibus. Ita *morbi* & alia *mala*, qvæ caſibus annumerare ſolemus, pœnarum nomine veniunt, qvatenus nempe Deus per eadem delicta noſtra punit, ſic item *vulnerationes* & *incendia*, aut *rapinæ* ab hominibus illatæ pœnæ ſunt, qvatenus Deus his inſtrumentis utitur.

§. 12.

Digitized by Google

§. 12.

II. *Strictè* pro ea, qvæ ab *homine* infertur homini, ſive ille inferens ſit *par* ſive *ſuperior*. Ita *vindicta* & *pœna* ſæpius ſumuntur promiſcuè.

§. 13.

III. *Strictiſſimè* pro ea, qvæ à *ſuperiore* dictatur delinqventi ſubjecto. Et tum *pœnæ vindicta* opponitur.

§. 14.

Deniqve intuitu *finis*, qvem intendit inferens, pœna variè accipitur; qvod, ut rectius intelligatur, notandum, hoc paſſu vel reſpici ad malum *præteritum*, vel ad *futurum*.

§. 15.

*Præteritum* vel eſt *damnum illatum perſonæ læſæ*, ut illud *reparetur*, vel eſt delictum ipſum & *contemptus ſuperioris*, ut *expietur*.

§. 16.

*Malum futurum* vel conſideratur in *læſo* & *aliis*, qvi iterum vel ſimiliter lædi poſſunt, ut *aſſecurentur*, vel in *delinqvente* & *aliis*, qvi iterum vel ſimiliter peccare poſſunt, ut *emendentur*.

§. 17.

Habes adeò *qvatuor* fines, qvos inten-

dere poſſunt, qvi delinqventibus aliqvid inferunt, *reparationem*, *expiationem*, *ſecu-rationem* & *emendationem*. Horum reſpe-ctu *Poena* accipitur I. *latè*, ut omnes hos *qvatuor* fines ſub ſe comprehendat & ita etiam *reparationem*.

§. 18.

II. *Strictè*, ut reparationi opponatur, & reliqvos *tres* ſaltem fines intendat. Sic ta-men ut ex illis vel *principaliter* intenda-tur *aſſecuratio* vel *emendatio*.

§. 19.

III. *Strictiſſimè* pro ea, qvæ ſolam *expia-tionem* intendit.

§. 20.

Jam videndum, qvænam ex tot acce-ptionibus ſit *hujus* loci. Ex *prima* claſſe hic exulat *ablatio lucri*, ut qvæ eſt pœna impropriè dicta, & pertinet ad caput libri ſecundi de non lædendis aliis. Unde & in jure ſeparantur actiones *rei perſecutoriæ* à *poenalibus*,

§. 21.

Deinde etſi pœna, qvæ *bonis corporis* vel *honori* infertur, haud dubiè ſit nobilior ſpe-cies pœnæ qvam *mulcta*, tamen hoc loco ſub pœna etiam comprehendimus mul-ctam.

§. 22.

§. 22.

Ex *ſecunda* claſſe aliena à noſtro inſtituto eſt pœna latè accepta, qvia de jure *Dei* in homines hoc loco non agimus, ſed de officiis hominum inter ſe, & qvia tractatio de pœna divina non pertinet ad ICtos, ſed Theologos.

§. 23.

Iterum huc non qvadrat qvæ infertur ab homine *pari*, qvia jam occupati ſumus in exponenda particula majeſtatis, qvæ locum habet in civitate inter imperantes & parentes, & qvia id qvod inter pares infertur propter delictum, magis vindicta eſt, qvàm pœna.

§. 24.

Ex *tertia* claſſe pœna, qvæ tendit ad *reparationem* damni, eſt improprie dicta, qvia & hæc pertinet ad caput de non lædendis aliis.

§. 25.

Illa verò pœna, qvæ ſolùm tendit ad *expiationem* propter delictum tantum, ad ſpecies pœnarum divinarum pertinet, qvia homo nunquam debet in puniendo ſpectare ſolum malum præteritum, ſed ſemper reflectere ad bonum aliqvod futurum.



Digitized by Google

§. 26.

Denique quæ magis intendit *aſſecurationem* præ emendatione, potius vindicta eſt qvàm pœna.

§. 27.

Igitur remanent ex tot ſignificatibus & qvidem ex claſſe *primâ* pœna quatenus infert *poſitionem mali cujuscunque*, ex claſſe *ſecundâ* pœna, qvæ intendit primariò *emendationem*.

§. 28.

Ex his jam formamus *definitionem pœnæ*, quod ſit *poſitio mali ſeu dolor, quem propter delictum infert ſuperior inferiori invito, in emendationem communem civium.*

§. 29.

Alii ita definiunt, qvòd ſit *malum paſſionis, qvod infligitur ob malum actionis*; contra quam definitionem varii varia afferunt, alii quod pœna aliquando conſiſtat in *actione* delinquentis, alii, quod non omne delictum ſit *actio*. Sed ad iſta quidem facilis eſt reſponſio, & poterunt eadem omnia evitari, ſi iſtam definitionem brevi & ſuccinctâ periphraſi circumſcribas, qvod faciunt alii: *pœna eſt dolor illatus propter delictum.*

§. 30.

§. 30.

Nos verò ideò ab iſtâ definitione abſtinemus, quoniam omittit mentionem *perſonæ* pœnam inferentis & *finis*, quam princeps in pœnis intendere debet: per quæ tamen reqviſita pœna quàm maximè differt à vindicta. Ad vindictam autem poteris applicare præcedentem pœnæ definitionem.

§. 31.

Qvod *perſonam* pœnam inferentem concernit, notum qvidem eſt, qvod Grotius *pari* qvoqve tribuat poteſtatem pœnæ inferendæ, illi nimirum qui ſimile delictum non admiſit. Sed quemadmodum Vir ſummus per *poenam* ſæpe nihil aliud intelligit quàm *coercitionem verbalem*, deceptus fortè in eo qvod hæc, ut pœna noſtra intendat emendationem; quæ tamen in ſe admonitio potius eſt, quàm pœna, aut pœna non niſi impropriiſſimè dicta; ita arbitratur, qvaſi per vitam à delictis abſtinentem homo nanciſcatur *ſuperioritatem* aliquam in alterum hominem, cum tamen hic non ſufficiat ſuperioritas qualiscunque, ſed requiratur ſuperioritas imperii.

Digitized by Google

§. 32.

Pœnarum *finem* quod attinet, multifariæ ſunt Doctorum, qvà veterum quà recentiorum diſſenſiones, in eo tamen ferè conveniunt, *reparationem & reſtitutionem damni* propriè hujus loci non eſſe.

§. 33.

Sed quod *expiationem*, *aſſecurationem & emendationem* concernit, duo hic probanda erunt, initio qvod ex his *emendatio* & quidem non delinquentis, ſed *communis civium* ſit *primarius* pœnæ propriè dictæ finis, deinde qvod ſub hoc fine *reliqui ſecundariò* lateant.

§. 34.

*Prius* non melius demonſtrare poſſumus, quàm ſi reliqvos fines à claſſe finis primarii removeamus. *Expiationem* quod concernit, poterit equidem *Deus* ut creator hominis multa in hominem quæ homini non licent. Et uti nullum eſt dubium, quin potentiſſimum numen, ſalvâ ſuâ ſanctitate creaturas poſſit in nihilum redigere, ita multò minor ratio dubitandi eſt, quin poſſit in pœnis delinquentium intendere primariò ſolam expiationem.

§. 35.

Et profectò nullus alius eſt finis *pœnæ æternæ*, qvippe quæ poſt hoc ævum neque ad aſſecurationem neque ad emendationem eſt opus.

§. 36.

*Hoc* autem id facere *nequit*; tum quoniam deficit ratio, quâ mediante concipimus, quod Deus ſine contradictione morali hunc finem poſſit intendere; Neque enim homo hominis creator, neque inter hominem & hominem tam infinita eſſentiarum diſtantia eſt, quæ eſt inter Deum & hominem. Et jam ſupra inculcavimus, quòd nulla ſit ſocietas hominum verè inæqualis, ſed omnes ſint mixtæ.

§. 37.

Quare cum *ſummus princeps* etiam ſubditis ſuis teneatur ad officia humanitatis, *inhumanum* eſſet, ſi ob ſolum malum præteritum homo vellet afficere hominem, præprimis pœnitentem & veniam commiſſi poſtulantem.

§. 38.

Accedit, quod jus puniendi *ſit particulæ majeſtatis*. At verò has, diximus



Digitized by Google

jam, ſubordinari debere tranquillitati reipublicæ tanquam bono futuro.

§. 39.

Unde ne mirare, quòd ſi homo in pœnis tantum reſpiciat malum præteritum, id ad vitia ſpectet, & *crudelitatis* nomine inſigniatur; ſin Deus id faciat, vitium non ſit, quia cum Deus homo non ſit, neque id omne quod in humanum eſt, contradictionem in Deo involvit.

§. 40.

Reſtat *aſſecuratio* & *emendatio*. *Utramque* equidem princeps in pœnis intendit, ut mox dicemus, ſed *magis tamen emendationem* quàm aſſecurationem, quia hic quærimus potiſſimum finem, qui diſtinguat *poenam à vindicta*, at aſſecuratio etiam in vindicta locum habet.

§. 41.

Scilicet *emendatio aſſecurationem* ſub ſe comprehendit, non vice verſâ aſſecuratio emendationem.

§. 42.

Nempe *par* tuetur ſaltem *libertatem ſuam* adverſus parem & tranquillitatem propriam, quâ ſi fruatur, ipſius non intereſt, bonus ſit iſte cum quo vivit in hoc orbe

Digitized by Google

orbe an malus; at in *Republica princeps* ſtudet *bonos* efficere ſuos cives propoſitione præmiorum & pœnarum.

§. 43.

Denique quod *emendationem* attinet, illa eſt vel *delinquentis*, vel *aliorum*, qui ſimiliter delinquere poterant. *Prior ſæpe* intenditur, *poſterior ſemper* in poenis à republica inflictis, quia nempe in emendatione communi latet etiam emendatio delinquentis, non vice verſâ. Facit quod omnia regalia magis reſpiciant utilitatem communem quàm ſingulorum.

§. 44.

Docet hoc exemplum *poenarum capitalium*, in quibus nullô modô reſpicitur ad emendationem delinquentis.

§. 45.

Jam facilè patet, etſi *emendatio* communis ſit finis primarius pœnarum, quod tamen eadem ſub ſe comprehendat & *expiationem* & *aſſecurationem*. Nam ſi v. gr. homicida capite puniatur, finis pœnæ eſt ut alii delinquentes *exemplum inde capiant* & peccare dediſcant; quod ſi fiat, communiter ſimul *aſſecurantur* cives, ut ipſi ſint de tali crimine ſecuri, principi autem

pariter de *contemptu* delinquentis, quantum fieri poteſt, *ſatisfit*.

§. 46.

Oſtendamus modò, quomodo à *pœna* differat *vindicta*, cujus tot propè ſunt acceptiones quàm pœnæ, quia vindicta & pœna ſæpius promiſcuè uſurpantur à ſcriptoribus.

§. 47.

Quamvis verò non facilè apud ſcriptores antiquos deprehenderim *vindictæ* vocem uſurpari de eo actu, qui tendit ad *propulſationem injuriæ imminentis*, ex modernis tamen nonnulli hoc vocabulum eò extendant, ſed abuſivè puto.

§. 48.

Cæterum uti iterum non ſubeſt dubium, quin hujus loci non ſit *vindicta divina*, de qua Theologi plura docent, ita quod *humanam* concernit, differentiæ vindictæ à pœna optimè apparebunt ex illius definitione. Eſt enim *vindicta* propriè dicta *poſitio mali, quæ infligitur delinquenti à pari quem læſit in ſtatu naturali, eùm in finem, ut ipſi læſo in poſterum caveatur*.

§. 49.

Ergo *poena* 1. locum habet in *ſtatu civili, vindicta* inter eos, qui degunt in *ſtatu naturali.*

§. 50.

2. *Poena* infertur ab *imperante* ſubdito, *vindicta* pari à *pari.*

§. 51.

3. *Poena* primariò intendit *emendationem communem. Vindicta aſſecurationem propriam* læſi. Nam etſi in ſtatu naturali quilibet pro ſe actiones ſuas dirigere debet, ut per id non lædatur tranquillitas communis, tamen nullus habet poteſtatem eò dirigendi actiones aliorum, quippe ad quod requiritur imperium.

§. 52.

Utrumque vocabulum & *poena & vindicta* ex eorum genere eſt, quæ à juſtitia & injuſtitia abſtrahunt, unde & pœna & vindicta dividuntur in *juſtam* & *injuſtam*. Nos utrobique *juſtam* definivimus tanquam analogatum nobiliſſimum.

§. 53.

Nam quod *poenam* attinet, illa *injuſtitiæ* notam contrahit, ſi eam inferre velit *par*, aut ſi ſuperior inferat eandem ob

Digitized by Google

*ſolam delectationem* propter contemptum ſibi illatum &c.

§. 54.

*Vindicta* autem *injuſta* eſt, ſi *par in civitate*, ubi locus judiciis eſt, ſe vindicare velit, aut ubi par in ſtatu naturali in vindictâ intendat primariò *emendationem delinquentis vel aliorum*, aut *aſſecurationem communem* aliorum.

§. 55.

Appellatur verò *pœna* propriè dicta, quam definivimus communi Politicorum ſtylo *Pœna medicinalis* eleganter & appoſite, quia ut medicus adhibendo medicamenta intendit ſanitatem individui humani ægrotantis; ita Princeps adhibendo pœnas intendere debet rectitudinem corporis moralis, id eſt, reipublicæ laborantis morbis moralibus.

§. 56.

Et profectò ſi ulla doctrina moralis illuſtrari poteſt ſimili phyſico, certè doctrina de pœnis poteſt, in tantum ut nulla ferè quæſtio ſit pœnas concernens, in qua non ab officio boni medici ad officium Punientis aptiſſimè inſtitui poſſit argumentatio, modò *quæſtionem præjudicialem*

Digitized by Google

lem difficilem illam & intricatam: *an detur planè officium hominum intuitu poenarum?* excipias, utpote quæ aliunde quæſita argumentorum pondera requirit.

§. 57.

Id tamen exinde jam apparet, ſi jus poenarum & quæſtiones circa idem occurrentes *ex ſtatu integritatis* vellemus deducere vel formaliter vel normaliter, æquè nos ineptos fore, ac ſi remitteremus medicum de officio ſuo ſollicitum ad ſtatum illum perfectum morbis & vitiis carentem.

§. 58.

Quin & fictionem committeremus Chriſtiano homini parum convenientem, ſi ex iſto fortè præſuppoſito, quod in ſtatu integro omnes actiones Magiſtratus in commodum ſubditorum directæ fuiſſent, aliquid ad quæſtiones de poenis faciens vellemus inferre, quia aliquoties jam demonſtravimus, in ſtatu integritatis nullas futuras fuiſſe Reſpublicas.

§. 59.

Ad rem: quæſtio an detur aliquod officium hominis intuitu poenarum in

Google

*duas* partes dividenda eſt, quarum *prior* quærit *de officio punientis*, *altera de officio puniendi*.

§. 60.

Qvod priorem attinet, aſſero; *ſuperiorem in Republica obligatum eſſe ad pœnam inferendam*. Hujus aſſertionis veritas perſpicua erit, ſi modò declaraverimus, cui ſuperior obligatus ſit & qvodnam ſit fundamentum obligationis.

§. 61.

Vulgaris locutio eſt: *poenam deberi illi, qvi deliqvit*. Qvæ tamen locutio planè eſt ἄκυρος. Nam cui propriè debetur aliqvid, is in debitorem jus habet, ut debitum illud ab ipſo poſſit exigere. Qvis autem dixerit delinqventem jus habere, ut à magiſtratu pœnam ſibi infligendam poſtulare qveat?

§. 62.

Neqve tamen propterea arbitrarer, ſenſum locutionis eſſe iſtum, qvòd magiſtratus à ſontibus pænam legibus definitam jure ſuo poſſit exigere. Nullum enim fortè poterit exemplum dari locutionis ſimilis, per qvam qvalitas aliqva activa per contrariam circumſcriberetur; qvin po-

potius id putarem indicari per illam locutionem: *Magiſtratum aliis debere ut pœnam inferat delinqventi.*

§. 63.

Neqve enim valet illatio, pœna non debetur delinqventi, ergo ſuperior nemini obſtrictus eſt ut eam exigat. Cui ergo tenebitur? Haud dubiè *Reipublicæ.* Probationem pete ex capite præcedenti, ubi ex lege generali officia ſummi principis concernente: *Populi ſalus ſuprema lex eſto*, mox deduximus officium ſpeciale *de poenis rectè temperandis.* Sine pœnarum enim irrogatione ſalus publica non poteſt conſiſtere.

§. 64.

Qvoniam verò determinatio ſalutis publicæ in Republica pertinet ad principem non ad privatum, & qvia princeps in republica ſuperiorem non habet, magiſtratus verò inferior eſt ſub principe, inde ſeqvitur *laxionem* eſſe obligationem *principis* qvàm *magiſtratus*, *Illius* qvidem cum poteſtate aggratiandi qvandoqve conjunctam (de qvà mox) & imperfectam, *hujus* autem perfectam & poteſtate veniam concedendi deſtitutam.

Google

§. 65.

Nec obſtat, ſi dicere velis, *ſuperiorem* habere tamen *jus* ad pœnam inferendam, ergo reſpectu unius ejusdemq; actus citra fugam contradictionis eum non poſſe *obligatum* eſſe. Nam iſta contradictio ſaltem apparens eſt, qvoniam hæc duo prædicata non ad idem referuntur. *Jus* habet ſuperior intuitu *delinqventis* & aliorum, qvi ipſum in exercitio hujus actus impedire volunt; *obligatus* eſt intuitu *Dei* & *Reipublicæ*.

§. 66.

Ita *pater jus* habet coërcendi & emendandi *filium*, & tamen *Deo & Reipublicæ tenetur*, ut hoc jus traducat in actum. Ita *miniſter publicus jus* habet faciendi qvod Princeps ipſi præcepit, ſed nihilominus *Principi tenetur* ad factum præſtandum.

§. 67.

Id tamen, ut ad alteram qvæſtionis partem veniam, ex iſta objectione firmiſſimè poteris inferre: *delinqventem propriè teneri ad poenam*, ſeu: *à delinqvente deberi poenam*. Nam ſi ſuperior habet jus ergà delinqventem ei inferendi pœnam, neceſſe eſt; ut huic juri in delinquente

cor-

correſpondeat obligatio, qvia jus & obligatio ſunt correlata, qvorum unum ſine altero exiſtere neqvit.

§. 68.

Imò hoc ipſum jus ſuo modo nos ducet ad declarandam obligationem delinqventis ad pœnam. Nam qvia jus ſuperior *habet ad inferendam* pœnam, delinqvens obligatus erit non niſi ad pœnam *patiendam*.

§. 69.

Sed *pati pœnam* eſt phraſis ambigua. Etſi enim poenam definiverimus per poſitionem mali vel doloris, tamen *pœnæ executio* ſub ſe comprehendit *plures actus* alios antecedentes proximè illationem doloris, qvare & poena hoc locô ſumitur pro complexu illorum actuum omnium & *malum immediatè inferentium*, & *proximè antecedaneorum*.

§. 70.

Ad *antecedentes* illos actus refer, v.g. adſcenſionem ſcalæ ad patibulum ducentis, porrectionem colli ad poenam gladii, vel ad circumdandum laqveum, hauſtum veneni.

§. 71.

Actus verò qvi *immediatè dolorem inferunt* & ita formale qvaſi poenæ continent, vel ſunt ita comparati ut *naturæ hominis animali* repugent, vel ita, ut dolorem in homine excitent, *qvatenus homo eſt* & à beſtiis differt.

§. 72.

Ad *priorem claſſem* refer eos, qvi vitam tollunt & ſtructuram ac cohærentiam partium corporis, qva internarum qvà externarum, ſolvunt & deſtruunt.

§. 73.

Ad *poſteriorem* pertinent illi, qvi hominem privant divitiis & honore, *mulcta* nempe & *infamia*.

§. 74.

Etſi verò utrobiqve homo *repugnantiam* aliqvam ſentiat, dum alterutro modo poena ipſi infertur, ibi qvidem *per inſtinctum phyſicum* & animalem, hic per *inclinationem communem* hominum famam & divitias conſervare ſtudentium, tamen hæc repugnantia eſt ejusmodi, ut homo recta ratione utens & ſe debito modo præparans utrobiqve eandem vincere poſſit, modo *dolor* non ſit *nimis acutus* & *durabilis*.

Digitized by Google

§. 75.

§. 75.

Ergo *pati poenam* vel denotat *non reſiſtere poteſtati publicæ, dum ipſum dolorem ipſi infert*, vel denotat *non reſiſtere poteſtati publicæ, ſed potius ſponte qvaſi peragere actus poenam proxime antecedentes vel concomitantes.*

§. 76.

*Prior* ſignificatus hujus loci non eſt. Nam etſi, ut diximus, homo ad iſtos patienter ferendos natura ſit aptus, tamen rariſſima ſunt hominum ejusmodi exempla, ut adeò legislatores communiter non cenſeantur voluiſſe ſubditos ſuos ad hunc gradum patientiæ obſtringere, tum qvia princeps in imponenda obligatione ſubditis ſuis regulariter, & ubi ſumma neceſſitas & utilitas Reipublicæ non exigit contrarium, non eam perfectionem exigere debet, cujus homo in idea qvaſi perfectus capax eſt, ſed memor eſſe humanæ imbecillitatis, tum qvia hæc obligatio nullam utilitatem afferret Reipublicæ, & imò finem communem poenarum nempe emendationem communem nõ adeò commodè aſſeqveretur, ſi non delinqventes in ipſo actu ultimo poenæ aliqvam repugnantiam declararent, tum

qvoniam non rarò per poenas inferuntur dolores acuti & durabiles, ad qvos patienter perferendos ne qvidem Stoicorum aut Epicuri ſapiens eſſet ſufficiens.

§. 77.

Excipiendam tamen eſſe arbitror ab hac poenarum claſſe *mulctam pecuniariam*, utpote in qva ceſſant rationes memoratæ. Neqve enim ad eam patienter ferendam reqviritur tolerantia extraordinaria, ſed communis, neqve ipſa ad emendationem ut forte aliqvod remedium adhibetur, ſed eſt infimus poenarum gradus

§. 78.

Ergo dum diximus delinqventem eſſe obligatum ad poenam patiendam, *hic ſenſus eſt*, teneri eum *ad peragendos actus immediatè poenam antecedentes, vel eandem concomitantes*, per qvos tamen ipſe dolor immediatè non producatur, aut teneri *ad ſolvendam mulctam pecuniariam.*

§. 79.

Nec obſtat, qvod videatur appetitus humanus ex natura ſua etiam illos actus abhorrere, qvos certò ſecuturos eſſe ſcit malum aliqvod dolorem inferens, qvippe obſervationem hanc multas pati inſtantias

Digitized by Google

ſtantias vel exemplo vitioſorum hominum declarari poteſt; & nota eſt hiſtoria de eo, cui ſub metu viſus amittendi Medicus vinum interdixerat, poculum nihilominus maximò appetitu arripiente & exclamante: Vale amicum lumen.

§. 80.

Iam paucis reſpondendum eſt ad erudita dubia, qvæ contra opinionem noſtram proponi ſolent. Nam initio illud afferri poſſet, ſupra nos dixiſſe, rempublicam naturaliter originem debere pactis populi cum rege, ex natura verò pactorum conſtare, qvod *ad impoſſibile* nemo ſe obſtringere valeat, jam autem mortem, vulnera vel alia corporis damna ferre, & ea inferenti non reſiſtere, homini eſſe impoſſibile, cum hæc mala neceſſitate naturali, qvantum poſſit, fugiat, nec aliter facere poſſit.

§. 81.

Sed, uti jam diximus, non videri abſolutè rem humana conſtantiâ majorem, mortem citra reluctantiam admittere, ita ſimul conceſſimus, cum, ut plurimum ea res conſtantiam mortalium vulgarem ſuperet, non præſumi hominem ultrò

Google

pactum ſuum ſeſe ad tale qvid voluiſſe adſtringere. Qvippe cum non minus leges humanæ ferri qvàm pacta iniri debeant cum ſenſu humanæ imbecillitatis.

§. 82.

Deinde qvod affertur, ei, *qvi pacto* tenetur, *credi*, ad *ſupplicium* autem qvi ducuntur, eos *vinculis* conſtringi, aut ſatellitibus cuſtodiri; indicio qvod non videantur pactis ad non reſiſtendum *ſatis obligati eſſe*, ad id varia regeri poterunt.

§. 83.

Nam *primò* mutatur controverſiæ ſtatus. Qværitur, *an qvis ſe pacto ad pœnam ferendam obligare poſſit?* Alia eſt qvæſtio: *an per pactum delinqvens ſatis obligatus eſſe credatur?* Prior ex natura pactorum & hominum in ſtatu corrupto qvidem, ſed qvatenus adhuc rectus eſt, viventium deducenda eſt, poſterior reſpicit ad homines corruptos qvà tales.

§. 84.

*Secundo* multæ dari poſſent inſtantiæ, ſi qvis ex eo, qvod vinculis conſtringantur delinqventes, inferre velit, qvod non ſatis ſe obligare potuerit per pacta. Nam in genere illis, qvi reverà mediantibus

pa-

Digitized by Google

pactum ſuum ſeſe ad ...
... Qvippe cum ...
ges humanæ ...
aut cum ſenſu humano ...

§. 8...

Deinde qvod ...
netur, ...
cunter, eos ...
... cuſtodiri ...
tur pactis ad non reſiſten...
..., ad id varia regeri...

§. 8...

Nam primò mutantur ...
tus Qværitur, ...
... obligare poſſit? ...
per pactum delinqventes ...
datur? Prior ex natura ...
minum in ſtatu corrupt...
qvatenus adhuc rectus e...
qvatenus adhuc rectus eſt, ...
ducenda eſt, poſterior ...
nes corruptos qvà tales.

§. 84.

Secundò multa dari poſſ...
ſi qvis ex eo, qvod vinculis ...
tur delinqventes, inferre ...
... ligare potueri...



pactis tenentur, non ita abſolutè creditur, quin violenta ſæpius præſidia cautè diſponantur prohibendæ ipſorum perfidiæ.

§. 85.

*Tertiò* vinculis conſtringuntur delinqventes, non tam propter actus antecedentes proximè poenam aut concomitantes, ſed propter fugam naturalem actuum immediatè dolorem ponentium.

§. 86.

Ulterius ſolet diſtinctio inter modos paciſcendi afferri: Sic *freqventer pacta* iniri, *niſi conſtituta die hoc fecero, interfice*, id eſt, jus habebis capitale ſupplicium à me exigendi, niſi hoc fecero. At tale pactum: *Niſi fecero, interficienti non reſiſtam*, iniri, & *inuſitatum* eſſe & *inutile*, ſive duo *concives* ita paciſcantur, ſive *civitas* cum cive, ſive duo, qvi in *libertate naturali* vivunt.

§. 87.

Etenim *concives* inter ſe ita paciſci non poſſe, qvia jus interficiendi in civitatibus privato concedi non poteſt. Ut *civitas cum cive* tale pactum ineat, inutile eſſe, ſufficere enim ut ipſa poſſit nocentibus poenam infligere, ſi ſinguli cives fidem d...

qvod non velint eum, à qvo ſupplicium ſumendum, per vim defendere. Iis qvi in *libertate naturali* vivunt, itidem tale pactum inutile eſſe. Nam in ſtatu merè naturali, ſi occidere cupias, jus habere ex ipſo ſtatu, unde hic ne qvidem pactô opus eſſe, ut interficere liceat, niſi præceſſerit pactum de non interficiendo ante præſtitutum diem. Qvin nec tum pacti hujus efficaciam aliqvam ſe exerere, qvoniam ſi præſtitum non ſit die veniente, non obſtante hôc pactô, redeat ſtatus hoſtilis, in qvo omnia licent, adeoqve & reſiſtere.

§. 88.

Hic fateor eqvidem ſuô modô vera eſſe: qvod ſi ita pactum fuerit; *interfice me, ſi hac non præſtitero, inutile eſſe* alterum pactum; *niſi hac fecero, interficienti tibi non reſiſtam*, qvatenus nimirum inutile accipitur pro *ſuperfluo* & qvod non novum producit effectum. Nam, ut modo diximus, eo ipſo, dum in alterum jus ſeu poteſtatem me interficiendi ſub certa conditione transfero, eo ipſo promitto, qvod ipſi jus ſuum exercenti nolim reſiſtere, qvia jus ridiculum eſt, qvod non poſſim

ſecu-

ſecurè in actum deducere, & ſimile alias foret hæc translatio poteſtatis interficiendi invitationi Illius, qvi hoſpites convocabat, & claudebat fores.

§. 89.

Ergo qvemadmodum in ſtatu naturali *omnium pactorum* vis huc redit, ut non ſolum *intrinſecam neceſſitatem* afferant conventa præſtandi, ſed & utriqve *jus dent* recuſantem vi compellendi malo aliquo ipſi intentato: adeoqve in hunc ſenſum pacta in genere reſolvuntur: *ſpondeo me tibi hoc præſtiturum, ni fecero habebis poteſtatem vi & malo intentato me compellendi;* ita in genere pactis ejuſmodi, ut aliud ſuperaddatur de non reſiſtendo illud malum intentanti, per qvod priora firmarentur, inutile eſſet & abſurdum.

§. 90.

Nam ſi in priori non ſatis cautum eſſet paciſcenti, nec per hoc poſterius cautum magis foret; qvin potius hoc iterum aliô pacto pœnali foret ſanciendum hoc modo: ſi tibi vim inferenti reſtiero, tunc aliqvo malo me multandi habebis poteſtatem. Ex qvo manifeſtè apparet, per alterum pactum primo nihil

Nam jam ex primo licebat pacti violationem malo multare, & eadem facillitate poſterius pactum violaretur, qvàm prius. qvid ergo opus eſſet, unum pactum per aliud velle fulcire, cum non difficilius ſit decem, qvàm unum perrumpere.

§. 91.

Si verò, ut ex objectione apparet, ea ſit intentio, *pactum de non reſiſtendo* ita eſſe *inutile*, ut omninò *nullum effectum* producat, & qvod eo non obſtante liceat reſiſtere; tunc non difficiles eqvidem erimus in aſſenſu præbendo, qvod *privatos concives* hôc modô paciſcentes attinet, ob rationem adductam. Alia verò omnia arbitramur de pacto ejuſmodi à duobus viventibus in *naturali ſtatu*, & à *civitate cum cive* inito.

§. 92.

*Priores* qvod concernit, ratio qvæ in contrarium afferebatur de ſtatu hoſtili, hypotheſin ſapit jam diu exploſam, qvin potius ex dictis inferimus: *omne pactum affert intrinſecam neceſſitatem conventa præſtandi, ergo & hoc pactum de non reſiſtendo,* ſive *expreſſe* fuerit promiſſa non reſiſtentia, ſive ſimpliciter *præſtatio rei cujuſdam*

*licitæ*

*licui ſponſa fuerit*, qvia & hoc in ſe continet tacitè clauſulam, qvod tunc alter debeat habere poteſtatem vi me congendi. Nam & iſta, puto, qvæ tacitè pactis inſunt, neceſſitatem intrinſecam conventa præſtandi (qvod hôc locô per non reſiſtentiam fit) afferunt.

§. 93.

Idem ergo de *civitate* dicendum erit, qvatenus pactum init cum futuro ſuo cive, qvoniam & hic tempore pacti hujus adhuc in libertate naturali eſt, & civis futurus ſaltem. Præterea tamen etſi ipſum pactum ejuſmodi expreſſum inter civitatem & civem celebrari pro *ſuperfluo* habeamus, effectum tamen pacti illius ſeu obligationem ad non reſiſtendum pro *ſuperflua & inutili* in civitate habere non poſſumus.

§. 94.

Qvod enim dicebatur, *ſufficere* civitati, ut ipſa poſſit nocentibus pœnam infligere, ſi *ſinguli cives* fidem dent, qvod non velint eum, à qvo ſupplicium ſumendum *per vim defendere*, id eqvidem parum ſecuritatis afferet principi, qvi hoc modo cogeretur ipſe ſpa[illegible]

Digitized by Google

periculum, pœnam exigendo à delinqventibus.

§. 95.

Sed fortè plus ſenſerunt diſſentientes, putantes, *ſufficere* civitati, ſi *ſinguli cives* fidem dent, qvod velint *vires ſuas conjungere* adverſus delinqventem ad ſumendum ſupplicium. Hic certè ſpecioſior fit objectio, non tamen verior. Nam qvid ſi *ingens multitudo* aut *magna pars populi* deliqverit, qvod nonnunqvam contigit. Hic ſanè non ita ſufficiens eſt remedium ad reducendam tranqvillitatem civium reliqvorum aſſiſtentia adverſus delinqventes *de juſtitia reſiſtentiæ ſuæ perſvaſos*, quàm ſi iidem vanâ iſtâ perſvaſione vacui, & ſtimulis conſcientiæ turbati, vel *timidius reſiſtant*, vel *ſponte pœnis ſe ſubjiciant*.

§. 96.

Qvod ſi nobis regeras, vel ex noſtra tamen ipſorummet doctrina non obligari delinqventes ad patientiam actuum immediatè mortem vel vulnera inferentium, ergo & ex noſtra hypotheſi non ita benè promoveri tranqvillitatem Reipublicæ, reſponderem; ſufficere ad illam beatitudinem, ſi modo delinqventes non

re-

reſiſtant in actibus pœnæ illationem proximè vel remotè etiam antecedentibus. Nam tum delinqvens turbare pergit pacem communem, ſi capere eum volentibus armata manu reſiſtat, ſi tempore executionis appropinqvantis violenter ſe liberare tentet. Qvod ſi jam gladius collum feriat, ſi laqueo guttur ſit obſtrictum, reſiſtentia ejus non præjudicat Reipublicæ.

§. 97.

Ultimò & illud proponitur: propriè dici non poſſe ad pœnam aliqvam teneri, *quia poena ſignificet aliquid, quod invito eſt imponendum*, & voluntatis averſionem ab illa involvit. At verò ad quæ propriè tenemur, talia eſſe intelligi, ut ad eadem præſtanda *ultrò & libenter* moveri debeamus.

§. 98.

Etſi enim ſæpius etiam in rebus reliquis præter pœnam homo, qui antè volens ſe obligavit, poſteà ex malitia ſit invitus, & hæc ejus voluntas ipſum ab obligatione non liberet; ratio tamen haud dubiè tunc illa ſubeſt, *quod debeat hic velle*. Sed in in pœnis *non debet velle*, ſed nolle.

cùm aliàs pœna non foret pœna, nec emendaret, ſi non imponeretur invito.

§. 99.

Hæc omnia concedimus ſi de aſſibus *ultimis poenæ* ſermo ſit. Hi inferuntur invitis. Ergo ad hos delinquens non eſt obligatus. In antecedentibus & concomitantibus aliud eſt, quia ad hos quidem definitio pœnæ non quadrat.

§. 100.

Facilè jam judicari poteſt, quibus præceptis includatur *officium civium* intuitu pœnarum; *Delinquentis* unicô abſolvitur. PERFER POENAM A SUPERIORE INFLICTAM. Ita ægroti unicum officium eſt, applicare ſibi medicamenta à Medico præſcripta.

§. 101.

*Principis poenam inferentis* officium reſpicit præceptum *generale*. PUNI DELINQVENTES, QVANTUM AD UTILITATEM REIPUBLICÆ OPUS EST. Ita *Medici* officium eſt, medicamenta præſcribere ægroto quantum ad obtinendam ſanitatem eſt opus.

§. 102.

§.102.

Fluunt ex hoc præcepto *duo ſpecialia* unum reſpiciens *actus puniendos*, *alterum* puniendi modum. *Prius eſt*: PUNI ACTUS DAMNUM REIPUBLICÆ INFERENTES, ET EMENDABILES. Ita *Medicus* non propter omnem aberrationem medicamenta præſcribit, ſed propter eam, quæ morbum parit & medicamentis tolli poteſt.

§. 103.

Inde pœnis humanis regulariter eximuntur *actus merè interni*, i.e. cogitatio delectabilis de peccato aliquo, cupiditas, deſiderium, deſtinatio citra effectum; etſi poſtea per ſubſeqventem confeſſionem ad notitiam aliorum perveniant. Nam cum ejusmodi motu interno nemini noxa inferatur, nullius quoque hominis intereſt, ut ob eundem quiſpiam puniatur.

§.104.

Ita *Medicus* ordinariè non medicamenta adhibet ad coercendã inclinationem hominis ipſum moventem ad exceſſum

ſum in cibo & potu, ſi modo ipſe homo inclinationem iſtam ſuperet.

§. 105.

Durum qvoqve nimis foret, poenis humanis ſubjicere *minutiſſimos lapſus*, qvos in iſthac naturæ conditione non datur effugere, quantumcunque attentionem quis adhibere inſtituat.

§. 106.

Ita *Medicus* modicam aberrationem à diæta etiam frequentatam non ſtatim medicamentis corrigere ſatagit.

§. 107.

Præterea diſſimulant leges humanæ multos actus, *quorum contrarii ſplendidiores futuri ſunt*, ſi non ex intuitu poenæ videantur ſuſcepti, ut in virtute liberalitatis & officiis humanitatis, quemadmodum *medicus* etiam ad enormem aberrationem à diæta non ſtatim medicamenta applicat.

§. 108.

Ulterius, ſicut multi ſunt *leviſſimi morbi*, ubi operæ pretium non eſt Medicum inquietari, ita & multa ſunt *delicta leviora*, ubi operæ pretium non eſt inquietari judices.

§. 109.

§. 109.

Iterum ſi res *obſcuriſſima ſit diſceptationis*, ſæpius à poenâ abſtinendum eſt, ſicuti *medicus* à medicamentis abſtinere ſolet, ſi incertiſſima adſunt morbi indicia.

§. 110.

Deinde ob defectum *emendabilitatis* à poenâ humanâ eximi neceſſe eſt illa *vitia animi* ex corruptione mortalium communi reſultantia, quæ ita *frequentia* reperiuntur, ut defuturi eſſent, quibus imperaretur, ſi ſeveris iſta poenis plectere velis, quousque in enormes actus non eruperunt: uti eſt *ambitio*, *avaritia*, *inhumanitas*, *ingratus animus*, *hypocriſis*, *invidia*, *ſuperbia*, *iracundia*, *ſimultas & ſimilia*.

§. 111.

Ita nunquam officium *medici* eò eſt extendendum, ut intendat tollere imbecillitatem ſtomachi naturalem, cauſam plurium morborum, ſed ſufficit ſi eam temperet, ne in morbos erumpat.

§. 112.

Quin & ſi *inolitum planè malum* citra convulſionem totius civitatis tolli neque-



Digitized by Google

at, puta ſi tanta ſit multitudo peccantium, ut ſuppliciis civitas exhauriretur, fruſtrà poenas adhiberet princeps, uti fruſtrà medicamenta adhiberet *medicus* in inveteratô morbô; & qui tales radices egit, ut citra præſentaneum vitæ periculum expelli nequeat. Sed utrobique ſufficiet, ſi princeps & medicus legibus & medicamentis vitium & morbum coerceant, ne latius ſerpant.

§. 113.

Quæ tamen hactenus diximus, intelligenda ſunt obtinere *ordinariè & regulariter*: quia poſſunt circumſtantiæ occurrere, ut ea ſe quandoq; habeant aliter. Ita v.g. *cogitationes*, quatenus in notitiam pervenerunt, aliquando puniri poſſunt, v.g. in crimine læſæ majeſtatis; Ita ſi neceſſitas & utilitas reipublicæ ſuadeat, princeps edictis poenalibus ad exercenda *officia humanitatis* poteſt adigere, non aliter ac *medicus* nonnunquam medicamenta adhibet ad expellendam inclinationem nimiam ad vorandum & helluandum, ſi videat eam ex pravâ diſpoſitione oriri, ac multò magis poſt craſſio-s aberrationes à diæta medicamenta ad

ad corrigendum ſtomachum ſuppeditat non raro.

§. 114.

Vice verſa & in iis, quæ propter periculum *inemendabilitatis* poenæ non videbantur obnoxia, quandoque regula fallit, ſi æquale, aut gravius ſubſit periculum, ſi poena omitteretur. Unde non deerunt exempla, quod v. g. in rebellionibus aliquot hominum centuriæ trucidati per modum poenæ fuerint. Sicut *medicus* enſe reſcindit partes humani corporis notabiliores etiam cũ periculo aliquo mortis, ſi majus citra reſciſſionem ſit periculum, ut pars ſincera trahatur.

§. 115.

Neque etiam putandum eſt, ſemper *neceſſe eſſe poenam exigi*, quoties adſunt *peccata patrata poenis humanis idonea*; Sed uti bonus *medicus* præter conſiderationem morbi reſpicit ad naturam & conſtitutionem patientis, neque adeo v. g. ruſtico, febre laboranti, applicat ſtatim medicamenta, quæ forte præſcriberet homini imbecilli, item ad alias circumſtantias, v. g. an morbus duret, an verò ſp te ceſſaverit? an indicia adſint, eum ſp

neceſſarium eſſe? &c. ita & princeps qui in pœnis ſemper ultimò reflectitur ad utilitatem Reipublicæ ſimiles circumſtantias ponderat.

§. 116.

Inter qvas ſunt, ſi fines pœnarum in certo caſu videantur neceſſariò, aut ſi venia majorem qvàm pœna producere utilitatem, ſi ille... aut, ſi fines pœnarum alia via commodius obtineri poſſint. Item ſi, qvi deliqvit, ... pet ſua aut ſibi conjunctorum eximia in ... publicam merita, peculiari præmio digna, aut, ſi ab alia qvapiam re inſigni commendetur, ... puta, à raro aliqvo artificio; aut, ſi ſperetur fore, ut peccatum illud egregiis factis eluatur: præſertim ubi aliqva ignorantia, licet non planè inculpabilis, intervenerit, aut, ſi particularis ratio legis in aliqvo facto ceſſaverit.

§. 117.

Qvare conſtat, erroneum eſſe paradoxon Stoicorum, nunqvam ſapientem ignoſcere, aut veniam dare ſtatuentium, ... Eorum enim argumentis ex dictis facile ſatisfieri poteſt.

§. 118.

Venio ad puniendi modum, ubi præcipitur

igitur: PUNIRI QVANTUM AD EMENDATIONEM COMMUNEM EST OPUS. Qvod enim pœnæ genus & qvantum præciſè ſingulis peccatis ſit infligendum, jus naturale non determinat, ſed ſummo imperio civili definiendum relinqvit, qvod hic unicè utilitatem reipublicæ præ oculis habere debet, uti medicus ſanitatem corporis curandi.

§. 119.

Unde fieri poteſt & ſolet, *ut eadem pœna imponatur duobus delictis inæqvalibus.* Nam qvæ æqvalitas judicibus circa reos obſervanda præcipitur, illa intelligenda eſt de reis, qvi idem ſpecie delictum commiſerunt hactenus, ut qvod in uno vindicatur delictum, alteri citra graviſſimam cauſam condonari non debeat. Ita *medicus* ſæpè unum medicamentum adhibet ad expellendos duos morbos diverſos.

§. 120.

Qvamvis igitur exactiſſimæ regulæ propter infinitas circumſtantias tradi neqveant, ſumma tamen eò redit, qvod princeps *in pœnarum irrogatione proſpicere debeat, ut poenæ adhibeantur proportionatæ delictis,* hoc eſt, ut illæ tantæ ſint, qvantæ

ſuffi-

ſufficiunt ad reprimendam libidinem mortalium qvæ feruntur in peccatum; nam & medicus medicamenta adhibet proportionata morbis.

§. 121.

Ut hoc autem commodè fieri poſſit, tum æſtimanda eſt *gravitas ipſius delicti*, tum & reſpectus habendus *ad perſonam delinquentem*, qvia & *medicus* in præſcribendis medicamentis eadem & ad morbum & ad patientem accommodare debet.

§. 122.

*Gravitas delictorum* æſtimatur ex *objecto, effectu* & *frequentia*, ut gravitas morbi ex loco quem occupavit, ex ſymptomatis & ex diuturnitate.

§. 123.

*Ex objecto* in qvod peccatum fuit, prout illud nobile & pretioſum habetur, graviora ſunt delicta, qvæ lædunt Deum, tum qvæ imperantes, inde qvæ pares qvoad vitam, honorem, bona &c.

§. 124.

*Ex effectu*, prout multum aut parum damni in rempublicam inde redundat.

§. 125.

*Ex frequentia*, ſi leviores pœnæ malum

lum non extirpent; nam tunc vulgatum obtinet: creſcentibus delictis creſcunt pœnæ.

§. 126.

*Perſona delinqvens* conſideranda eſt tum qvoad *habitudinem ad delinquendum*, tum qvoad *applicationem pœnæ*. Ita & *medicus* in partibus corporis humani ſæpius perpendit earum proclivitatem ad morbum & diſpoſitionem ad recipiendum medicamentum.

§. 127.

*Habitudo ad delinqvendum* ex pravitate intentionis judicatur. Hæc vero ex variis indiciiscolligitur, puta ſi facilè potuit reſiſtere cauſis, quibus qvis ad peccandum fuit impulſus; aut ſi præter communem rationem peculiaris qvædam acceſſit, qvæ à peccando debebat abſterrere, aut ubi circumſtantiæ ſingulares factum aggravant, aut ſi animum qvis habuerit idoneum ad reſiſtendum peccatorum illecebris. Sed & conſiderari ſolet, primus qvis, an aliorum exemplo ſeductus, ſemel, an ſæpius, & poſt conſumtas fruſtra admonitiones qvis peccaverit.



Digitized by Google

§. 128.

*Habitudo ad recipiendum dolorem* judicatur ex qvalitatibus, qvæ ſenſum pœnæ augere & minuere poſſunt, qvales ſunt ætas, ſexus, ſtatus, opes, vires & ſimilia.

§. 129.

Reſtat ut oſtendamus, qvid præceptis Juris naturalis in doctrina pœnarum addat *lex divina*. Addit verò aliquid præcepto illi *officium principis* dirigenti qvoad *modum* puniendi. IN HOMICIDIUM ET ALIA DELICTA LEGE DIVINA EXPRESSA POENA CAPITALI ANIMADVERTE.

§. 130.

Voluit enim Deus certis de cauſſis *quorundam delictorum pœnas ipſe determinare*, cui adeo tanqvam ſapientiſſimo, & cui intereſſe Rerumpublicarum optimè cognitum eſt, obſeqvium præſtare tenentur principes; voluntatis divinæ hac parte executores. Uti haud dubiè tenerentur *medici*, ſi Deus medicamentum aliqvod generi humano revelaſſet, ad certam morbi ſpeciem expellendam idoneum.

§. 131.

Sed potuit tamen etiam Deus in iſta deter-

determinatione non præciſe reſpexiſſe ad tranquillitatem generis humani, *ſed ad alias rationes nobis incognitas*, qvamvis id certum ſit, Deum ut generis humani & rerumpublicarum autorem, nihil ibi determinaſſe qvod generi humano noxium ſit.

§. 132.

Fluunt ex iſta obſervatione *duæ illationes. Primo*, qvod princeps, etſi alias jus aggratiandi & mitigandi habeat in pœnis ſi aliqua Reipublicæ utilitas, qvamvis in ſpe & aliqvatenus incerta, id ſvadeat, tamen in *delictis jure divino notatis aggratiandi & mitigandi jus in ejusmodi caſibus citra peccati labem exercere neqveat*, qvoniam utilitas incerta Reipublicæ debet cedere voluntati divinæ certæ.

§. 133.

Qvod ſi tamen *citra certiſſimum Reipublicæ periculum pœnam jure divino dictatam exeqvi non valeat, non peccabit, ſi eandem omittat, aut certè differat*. Huc pertinet exemplum Davidis intuitu Joabi.

§. 134.

Tantum in *recenſione ejusmodi delictorum* difficultas oritur. De *homicidio* non ſi-

nunt dubitare expreſſa ſcripturæ verba, quibus voluntatem ſuam Noacho & ejus liberis ſignificavit Deus: *Quisquis effuderit ſangvinem hominis, ſangvis ejus iterum effundendus eſt*, qvæ verba non ſolum commiuationem, ſed approbationem, non factum nudum, ſed jus continent.

§. 135.

Per *reliqva delicta* intelligo illa, qvæ in *Levitico* recenſita ſunt cum declaratione, qvod per iſtas abominationes polluerint *ſe Gentiles*, & qvod, qvi ea facit, *extirpari debeat de populo ſuo.*

§. 136.

Sunt verò 1 omnes *inceſtus* ſpecies ſupra expoſitæ 2. *concubitus cum menſtruata* 3. *adulterium* 4. *immolatio ſeminis Molocho facta.* 5. *ſodomia.*

§. 137.

Diſſentiunt eqvidem communiter Doctores, in *adulterio* & *plurimis inceſtus ſpeciebus*, determinationem pœnæ principi relinqventes, *concubitum vero cum menſtruatâ* planè negligentes, ac ſcio etiam, ita communi Chriſtianorum praxi obſervari. Sed jam qvidem non exponimus qvid fiat, ſed qvid Deus fieri velit.

§. 128.

§. 138.

Clara verò & perſpicua ſunt legis divinæ verba: *Qvicunqve iſtas abominationes perpetrant, eorum animæ extirpari debent de populo ſuo.*

§. 139.

Qvæ pro lege ſaltem *forenſi* haberi non poterunt ſolos Judæos ſpectante, qvia præceſſerat de gentibus, qvod propter illa crimina Deus eaſdem extirpaverit, & qvod ſimiliter ob eadem velit extirpare populum Iſraeliticum: neqve Deus dicit: de populo *tuo*, vel *veſtro*, ſed: de *ſuo*.

§. 140.

Nec eſt, qvòd naſum criſpes, qvaſi antiqvitatem Judaicarum ignarus non intelligam, qvid velit phraſis: *extirpare de populo*. Notum enim probè eſt, qvid Rabbini de *extirpatione* illa & *exciſione*, tum & de phraſibus parallelis *portatione peccati*, *morte ſine liberis* &c. ſomnient, ſed notum etiam eſt, ſomnia illa fundamento deſtitui & repugnare contextui & locis parallelis.

# CAPUT VIII.

## De Officiis Fœderatorum.

§. 1.

Societas *fœderatorum* eſt *ſocietas plurium Rerumpublicarum certa cujuſdam utilitatis cauſa.*

§. 2.

Dico *plurium Rerumpublicarum*, nam ſi duo *privati* utilitatis cauſa inter ſe conveniant, pactum eſt ſeu contractus, non fœdus. Eadem ratio eſt conventionis inter *principem & privatum* ſive ſuæ ſive alterius Reipublicæ.

§. 3.

Qvin etſi *princeps cum principe paciſcatur* utilitatis privatæ gratia & non *Republicæ* nomine, pactum potius eſt, qvam fœdus.

§. 4.

Sed meminiſſe etiam debebis, qvod vocaverim *ſocietatem* Rerumpublicarum, non pactum. Nam etſi ſocietas fœderatorum ſemper pactum præſupponat, aut fœdus ſit ſpecies pacti Rerumpublicarum: non

non tamen omne pactum Rerumpublicarum ſocietatem producit, nec adeo omne earum pactum eſt fœdus.

§. 5.

Scilicet *pacta rerumpublicarum* poſſunt etiam fieri de re ſtatim expedienda, ut ſi una reſpublica alteri qvid vendat; at fœdera requirunt unionem voluntatum inter duas reſpublicas longiori aliqvo temporis ſpatio duraturam.

§. 6.

Quod tamen ex natura fœderum communi indefinitum eſt, ita ut ejus duratio relinqvatur conventioni partium, nec adeò requirat *unionem perpetuam*.

§. 7.

Deniqve dixi, fieri fœdera *certæ utilitatis gratia*, per qvæ verba differt ſocietas fœderatorum à *ſyſtemate civitatum*, quæ indefinitæ utilitatis communis cauſa fiunt, & ſimul regulariter tendunt ad unionem perpetuam.

§. 8.

Dic igitur hanc ſocietatem unicum præceptum: SERVA QVOD IN FOEDERE PROMISSUM EST, idqve tanqvam concluſio ex præcepto generali de pactis

ſer-

ſervandis deducitur, nec aliter poteſt, qvia fœdera diximus eſſe pactorum ſpecies. Unde nec eſt, ut qviqvam addamus.

§. 9.

Niſi *diviſiones fœderum & differentias notemus.* *Fœdera* igitur *maxime* *primò à ſponſionibus.* Fœdera igitur poſſunt dividi in ea, qvæ conſtituunt de aliqvo officio invicem præſtando, qvod jam antea *lege naturali* præcipiebatur; & qvæ officiis legis naturalis aliqvid *ſuperaddunt* aut ſaltem eadem, qvæ alias indefinita videntur, ad *certi* qvid *determinant.*

§. 10.

*Priora* vel reſpiciunt *complexum præceptorum* juris naturalis, ut qvibus ſimplex duntaxat amicitia, citra peculiarem præſtationem ſancitur, vel *certam ſaltem juris naturalis regulam.*

§. 11.

Et vel *de damno non inferendo,* vel de *ſimplici duntaxat humanitate* exercenda, qvorſum pertinent ea, quibus ſimplex jus hoſpitii aut commerciorum, qvatenus id jure naturali debetur, ſtabilitur.

§. 12.

Ex his *tribus ſpeciebus prima & ſecunda* vix

vix merentur fœderum nomen, qvia non producunt novum finem, qvi ante fœdus non jam adfuiſſet, unde nec hodie ſunt adeò in uſu, olim verò ob vanam perſvaſionem, qva Ethnici licitum putabant in non fœderatos latrocinia exercere, non erant infreqventia.

§. 13.

*Tertia* verò, qvæ de præſtandis officiis humanitatis initur, eum ſaltem effectum producet, ut cum ante fœdus non liceret denegatum ejuſmodi officium bello vindicare, id jam liceat poſt fœdus.

§. 14.

Sed & his tamen nobiliora ſunt *poſterioris claſſis foedera*, qvæ iterum ſunt vel *æqvalia* vel *inæqvalia*. Illa ſunt qvæ utrinqve eodem ſe modo habent, ſeu qvando non ſolùm æqvalia utrinqve promittuntur, ſimpliciter aut obſervato proportione virium; ſed & æqvali modo, ita ut neutra pars præ altera ſit deterioris conditionis aut alteri obnoxia.

§. 15.

Et potiſſimum ineuntur vel ad *commercia*, vel ad *communitatem* belli ſeu auxilia mutuò præſtanda in bello offenſivo aut defenſivo vel ad *alias res*.

§. 16.

Fœdera æqvalia *circa commercia* varia eſſe poſſunt, puta ſi conveniatur, ne cives utriusqve fœderati alterutrius terras aut portus accedentes ullum vectigal ſolvant, aut non plus qvam in præſens ſolvuntur, aut ne ſupra certam qvantitatem, aut ne plus qvam cives vel alii ſocii ſolvunt &c.

§. 17.

Circa *ſocietatem bellicam*, ſi conveniatur, ut utrinqve paria præſtentur auxilia militum, navium, aut alterius apparatus bellici, idque vel utroqve tempore, ſive bello alteruter invadatur, ſive alteri bellum velit ipſe inferre, vel ſi alteruter bello impetatur. Qvandoqve etiam auxilia promittuntur ad certum duntaxat bellum, aut contra certos hoſtes, aut contra omnes qvidem, ſed exceptis utriusqve fœderati ſociis.

§. 18.

Deniqve æqvalia fœdera *circa alias res* ſunt, ne in confinio alterius alter arces habeat, ne ſubditos alterius defendat aut recipiat, aut ut comprehenſos alteri transmittat, ne iter alterius hoſti præbeat, & qvæ ſunt alia.

§. 19.

Digitized by Google

§. 19.

Poterit tamen hæc fœderum æqvalium diviſio applicari etiam ad *inæqvalia*, qvæ ſunt, quando vel inæqvales præſtationes invicem exhibentur, vel altera pars eſt deterioris conditionis. Promittuntur autem inæqualia vel à *foederato digniore*, vel à *minus digno*. *Prius fit*, ſi potentior promittat alteri auxilia, nec reſtipuletur, aut ſi majori proportione qvàm alter promittat. Poſterius contingit, ſi fœderatus inferior plura teneatur præſtare, qvàm ab altero recipit.

§. 20.

Eorum, quæ à *foederato inferiore* præſtantur, qvædam ſunt conjuncta cum imminutione ſummi imperii; puta ſi cõventum ſit, ne inferior ſocius partem aliqvam ſummi imperii exerceat, niſi cum cõſenſu ſuperioris. Qvædam autem ſummum imperium non diminuunt, licet adjunctum habeant aliqvod *onus tranſitorium*, ſeu quo ſimul & ſemel licet defungi; puta ſi ex fœdere pacis alter teneatur ſtipendium ſolvere alterius militibus, belli ſumptus reſtituere, certam ſummam pe-



Digitized by Google

cuniæ ſolvere, mœnia diruere, obſides da-
re, naves, arma tradere &c.

§. 21.

Imò nec qvævis *perpetua onera* ſum-
mum imperium diminuunt. Qvalia ſunt:
eosdem cum altero amicos & hoſtes ha-
bere, ſed non reciprocè; ne liceat certis
locis munitiones extruere, ne ad certa lo-
ca navigare &c. Item ſi unus ſociorum al-
terius ſocii majeſtatem comiter tene-
atur colere, ſeu reverentiam qvandam i-
pſi exhibere, & ſeſe ad ejusdem placitum
modeſtè attemperare.

§. 22.

Celebratur etiam communiter diviſio
fœderum in *realia* & *perſonalia*, qvorum
hæc ſunt, qvæ cum rege intuitu perſonæ
ipſius ineuntur, eoqve defuncto ſimul
exſpirant. Illa verò ſunt, qvæ nõ tam ip-
ſius regis ut talis, qvam reipublicæ & regni
intuitu contrahuntur, ac perdurant, his
licet mortuis, qvi eorundem autores fu-
erant

§. 23.

Ex definitione verò utrorumqve ap-
paret, diſtinctionem hanc non pertinere
ad omnes Reipublicæ formas, ſed maxi-
mè ad *Monarchiam*.

§. 24.

§. 24.

Nam qvod democratiam concernit, parciſſimus ejus eſt uſus, qvia populus non interit, nec ſucceſſorem habet, ſed ſemper morali æſtimatione eſt idem. Eadem dicenda ſunt de ſtatu Ariſtocratico.

§. 25.

Qvin etſi ſtatus Reipublicæ democraticæ aut ariſtocraticæ mutetur in monarchicum, fœdus manſurum eſt, republica licet mutata, qvia & hic idem populus manet.

§. 26.

Porrò qvod monarchiam attinet, magis hanc diſtinctionem haberem pro diſtinctione *æqvivoci* non pro diviſione vera, qvia qvod *perſonale* fœdus vocavimus, magis *pactum* eſt qvàm *foedus* per dicta ſuperius.

§. 27.

Qvo pacto non opus habemus ad cognoſcenda κριτήρια qvæ ſecernant fœdera realia à perſonalibus, qvæ à variis proponuntur variè. Nam cum Rex in dubio qvæ agit præſumatur agere ut rex ſeu caput Reipublicæ, in dubio quoque pacta regum pro fœderibus realibus erunt ha-



Digitized by Google

benda, niſi verbis expreſſe aliud fuerit conventum, aut natura negotii oſtendat aliud.

§. 28.

A *fœderibus* differunt *ſponſiones*, quæ propriè vocantur iſta pacta, quæ à miniſtro ſummæ poteſtatis circa negotia ad eandem ſpectantia ſine ipſius mandato ineuntur. Qvibus uti ſummus imperans non tenetur, niſi poſtqvam eadem rata habuerit; ita ſi miniſter easdem abſolutè contraxerit & ratihabitio ſecuta non fuerit ipſe viderit, qvomodo ſatisfaciat illis qvi ejus fidem ſecuti inanibus pactis decepti ſunt.

## CAPUT IX.

# De Officiis Erga Legatos.

§ 1.

Reſtat *ſocietas Gentium*, in qva jam ſupra diximus neque novum finem neqve nova præcepta eſſe expectanda, ſed ſolùm applicationem præceptorum communium librô ſecundô expoſitorum ad duo Juris Gentium capita potiora de *legationibus* & *jure ſepulturæ*.

§. 2.

§. 2.

Neqve enim hic opus erit ad jus qvoddam *voluntarium humanum* recurrere, quia ab initio mox demonſtravimus, Jus Gentium ad jus voluntarium non pertinere, ſed eſſe ſpeciem Juris naturalis.

§. 3.

Res ipſa verò loqvitur, dum de ſocietate Gentium jam ſumus occupati, de *legatis* loqvi nos velle *diverſarum rerumpublicarum*, non de legatis, qvi connectunt ſocietatem Dei cum hominibus aut hominum in ſocietate civili viventium aut ſingulorum hominum in diverſis rebuspublicis.

§. 4.

Qvare & exulare debet *legatio titularis* eorum, qvi privati tantum negotii cauſa in aliam Rempublicam diſcedentes favoris & honoris ergo cum titulo legati, ſed abſqve ullo Reipublicæ ad alteram mandato dimittuntur.

§. 5.

Rurſus eorum, qvi ab unâ Republica ad aliam rempublicam mittuntur, alii verò *repræſentant* per fictionem rempublicam ipſam, à qua ſunt miſſi, vel ejus Principem

qvi *legati* ſimpliciter & ſtrictè dicuntur, vel *ſine charactere iſto* mandatum publicum exeqvuntur.

§. 6.

Tales hodie ſunt, qvos *Agentes*, vel *Agendarios* vocant, qvi rebus pacatis, *Heraldi* item, *Tubicines* ac *Tympanotribæ*, qvi turbatô ferè ac bellicô ſtatu adhibentur.

§. 7.

*Priores* legati moribus noſtris ſunt vel *temporarii* ſeu *extraordinarii*, ſtylo publicô *Ambaſſatores*, vel *perpetui*, ſeu *ordinarii* qvi *Reſidentes*.

§. 8.

De *utriusqve generis legatis* dicemus & de iis, qvi characterem principis gerunt, & qvi eo deſtituuntur, potiſſimum tamen de illis, qvia ſunt ſpecies nobilior.

§. 9.

Qvi adeo duplici modo conſiderari poſſunt, ſemel ſub *principis ſui*, iterum ſub *ſua perſona*.

§. 10.

Qvin &, ſi nexum ſpectes, qvi ipſi cum comitibus ſuis, familia item ac rebus intercedit, poterit legatus concipi vel ut *totum phyſicum*, hoc eſt, in ſua ſolius perſo-

na

Digitized by Google

nã, qvæ tamen hic principis imaginem non excludit, vel ut *totum morale*, ſimulqve adeò in iis, qvæ ipſi connexa ſunt.

§. 11.

Porrò legati in genere reſpectu mittentis vel *ab hoſte* veniunt vel *ab amico* principe, qvo nomine & is cenſetur, qvi non eſt hoſtis, & qvi bellum ſaltem ſub conditione indici curat, ſicut is hoſtis etiam eſt, qvi conſilia pacis proponat. Illum *ſagatum* appellare poteris, hunc *togatum*.

§. 12.

Denique Legatus vel referri poteſt ad *mittentem*, vel ad eum, *ad qvem eſt miſſus*, vel ad illum, *cujus fines peragret*.

§. 13.

*Prima* relatio huc non pertinet, qvia cum eo, qvi legatum miſit Legatus vivit in ſocietate civili, non Gentium. Reliqvæ duæ hujus loci ſunt, potiſſimum tamen ſecunda.

§. 14.

Officium verò erga Legatos potiſſimum in *duobus momentis* conſiſtit, in *admiſſione*, & *inviolabilitate*. *Admiſſionem* hic tam latè uſurpo, ut audientiam & dimiſſionem ſub ſe comprehendat.

§. 15.

De *admiſſione* illud eſt præceptum: LEGATI SINE JUSTA CAUSA NON SUNT REJICIENDI.

§. 16.

Ratio dependet à præcepto de *præſtandis officiis humanitatis*. Quoniam enim & rebuspublicis inter ſe invicem mutua commercia intercedunt, & officiorum communicationes, & his alendis neceſſarium eſt, ut altera alteri voluntatem ſignificet ſuam, id verò nõ commodè per colloqvia ipſorum principum, neqve adeò bene etiam per literas ſemper, commodiſſimè verò per nuntios expediri poteſt, peccaret in officia humanitatis, qvi legatos ſine juſta cauſa rejiceret.

§. 17.

Qvod & ad eos extendo, qui *ab hoſte* ad hoſtem mittuntur. Nam & in medio ſtatu belli, humanitas poſtulat cogitare de pace & audire alterius pacis conſilia.

§. 18.

Similiter præceptum noſtrum etiam ad *tertium* pertinet, cujus fines legatus peragrat, qvatenus & is obligatus eſt mutua aliorum humanitatis officia humani-

tate

tate ſua promovere, cujus reſpectu tamen præceptum hoc magis pertinebit ad Legatum, qvi ab amico mittitur, qvam qui ab hoſte tertii.

§. 19.

Illud verò ex ratione præcepti illius fluet, quod tantum ob non admiſſum Legatum non oriatur *juſta belli cauſa*, niſi legationem extorſerit extrema neceſſitas. Ita enim ſuprà demonſtravimus ob violata humanitatis officia regulariter alterum bello peti non poſſe.

§. 20.

Cæterum diximus *ſi non juſta cauſa*: Harum autem uti infinitæ ſunt, qvæ in genere aliqvem à præſtatione officiorum humanitatis excuſare poterunt, ita & hæ eædem certis regulis includi neqveunt, ſed potius cujuslibet conſcientiæ propriæ atqve prudentiæ erunt relinqvendæ.

§. 21.

Tales ſunt v. g. ſi certum ſit, Legatum non ſuper pace aut negotiis publicis, ſed ad ſeditionem concitandam civiumqve ſollicitandos animos veniſſe, ſi non Legatus, ſed explorator, ſi ad tempus extrahendum, eaque morâ rebus ſuis ...

 conſu-

conſulendum & alteri, ad qvem miſſus eſt, nocendum venerit. Si ſimili fallaciâ jam ſæpe aliis illuſit, aut aliis modis Legati ingenium ſuſpectum ſit.

§. 22.

Iſta verò cauſa in univerſum juſta non eſt, ſi quis velit legatum repudiare eò qvod veniat *ab hoſte armato*, qvia neqve pax neqve induciæ neque ullæ aliæ conventiones inter belligerantes iniri facilè poſſunt niſi per Legatos. Hos ergo qui ex iſto ſolùm prætextu reſpueret, omnem tolleret reconciliationis & pacis reparandæ ſpem.

§. 23.

Dico *in univerſum*. Unde neqve factum Periclis ſtatim culpare vellem, qvo autore Meleſippus Lacedæmoniorum Legatus dimiſſus eſt extra fines agri Attici, qvòd ab hoſte armato veniret. Nam quemadmodum aliàs in ſtatu pacis non peccat, qvi, cum ejus non in pari gradu interſit, contractum ni celebrari, alteri paciſci volenti leges qvaſdam pacti & conditiones præſcribit, ita & qui bello ſuperior eſt, cæteris paribus non peccabit, ſi alterius illic pacem tractare cupientis Legatum non an-

natea admittat, quam ipſe arma depoſuerit.

§. 24.

Porrò uti in univerſum propter *ſolùm atheiſmum aut hæreſeos labem Legati* non videntur eſſe rejiciendi, qvia jus Gentium pertinet ad officia populorum qvà taliū, non qvà Chriſtiani ſunt aut Ethnici; ita tamen rurſus nollem taxare factum Lyſimachi, qvi audire noluit Theodorum qui *ἄθεος* vocabatur à Ptolomæo ad ſe miſſum: Qvia regulariter alteri cui aliquid nunciari volo, liberum eſt, cum qvo nuncio negotium tractare velit.

§. 25.

Id verò rectè aſſeri arbitror: Optimo jure rejici poſſe, qvæ nunc in uſu ſunt, *Legationes aſſiduas reſidentium*, non qvidem ex ea ratione qvod mos antiqvus, cui illæ ignoratæ ſint, oſtendat, qvod ipſis non adeò ſit opus; qvoniam officia humanitatis non ſolùm neceſſitatem, ſed & utilitatem aliorum promovent.

§. 26.

Sed vel maximè ideò, qvod tales Legationes magis ad explicanda alterius reipublicæ ſecreta, qvàm publicis cauſis tra-

ali-

aliqvo populo cohærere qvi; adeoqve ſint honeſtæ explorationis eorum, quæ in alia Republica geruntur. Miſera enim eſſet conditio principum, ſi unus alterum cogere poſſet ad explorationem hanc patiendam.

§. 27.

Qvare cum earum admiſſio magis ex mera ejus, ad qvem mittuntur, indulgentia dependeat, citra violationem ullius juris, ſi amplius eas permittere videatur incommodum, denegari poterunt; ſi modò qvis pati velit, ut ſui pari modò tractentur; nam ſi qvis aliorum reſidentes admittere nollet, ipſe verò ſuos aliis obtrudere, is apertè peccaret in præceptum de cuſtodienda æqvalitate & vitanda ſuperbia.

§. 28.

Qvi in contrarium, nec hujuſmodi legationes ſine alia juſta cauſa rejici jure poſſe, contendunt, ad *exempla* provocant & *juſtitiæ inquit antiqvæ*, tanqvam ex qvibus conſenſus Gentium eliciatur, & unicè æſtimationem ſuam conſeqvatur, ita ut poſtqvam paulatim gentes, mutuis tacitis comprobaverint ejuſmodi legationes, & reſidentes in conſortium ... rum

rum Legatorum admiſſionem, iisdemqve Juris Gentium privilegia applicaverunt, paulò arctius ſeſe adſtrinxiſſe videri debent, ut qvod antea beneficii & mutuæ voluntatis fuerit, poſtea converſum ſit in mutuas præſtationes vim juris habentes.

§. 29.

Unde id concedunt, initio cùm introduceretur iſta conſvetudo, liberiorem fuiſſe Regum ac Principum facultatem deliberationemqve ſuper iſta admiſſione.

§. 30.

Sed hæc profecto diſcuſſione prolixa non habent opus, cum præſupponant, jus Gentium eſſe ſpeciem juris Humani voluntarii, qvod ſuprà fuſius rejecimus.

§. 31.

Accedit qvod *judicia Principum* hic ſint ſuſpecta, cum ipſi non poſſint eſſe teſtes in cauſa propria, & cujus principis magis intereſt has legationes admitti, qvam alterius.

§. 32.

Id tamen non diffitebor, ſi in omni rejectione Legatorum rogatorum, imo hîc maximè cautè eſſe procedendum, ne rejectio fiat *cum contumelia* vel Legati, vel

pr

Principis, qui Legatum miſit, quia tum peccaretur in præceptum de *vitanda ſuperbia* & juſta proinde belli cauſa oritur. Qvin potius facienda eſt rejectio cum conteſtatione perennis benevolentiæ.

§. 33.

Pergo ad *inviolabilitatem*, per qvam intelligo debitum Legato præſtandum, qvod expletur actu non lædendi.

§. 34.

*Lædendi* voce hic utor in lata acceptione, ita ut ſub ſe etiam comprehendat contumeliam, & qvatenus aliqvis vel inferendo alicui malum, vel auferendo, qvod habebat, bonum.

§. 35.

Etſi verò alias communiter læſio dicatur de *innocentis* violatione, in materia tamen Legatorum eadem tam latè ſupponitur à ſcriptoribus, ut extendatur qvandoqve etiam ad vim *juſtam*, qvæ infertur homini nocenti & delinqventi.

§. 36.

Qvo pacto tale evadet præceptum, qvod Legatorum inviolabilitatem concernit: LEGATOS INNOCENTES,

IMO



IMO ET REGULARITE[R] ... CENTES NON LÆDE[...]

§. 37.

Sed in exponenda ratione genu[...] præcepti & in declaranda ejuſde[...] tione ſcriptores non conve[...] bis videtur adhibendas eſſe di[...] inter Legatos *innocentes* & *no*[...]

§. 38.

Qvod Legatos *innocentes* e[...] attinet, illorum inviolabilit[...] titur præceptis: com[...] naturalis de *vitanda ſuperb*[...] alios, ſive eum principe[...] um, ejusmodi enim inviola[...] ſtinctè debetur omnibus hom[...] qve hac parte Legatis nihi[...] neqve opus eſt, ut qvant[...] gium eorum contra vim in[...] net, hic refugium qværamus [...] principis, qvem repræſentan[...]

§. 39.

Neqve adeò dubium eſt, [...] bus legatis ab amico miſſis,

MO ET REGULARITER NOCENTES NON LÆDE.

§. 37.

Sed in exponenda ratione genuina hujus præcepti & declaranda ejusdem ampliatione ſcriptores non conveniunt. Nobis videtur adhibendas eſſe diſtinctiones inter Legatos *innocentes & nocentes*, a *interrogatos* & *ſagatos*, inter eum, *ad quem* Legatus mittitur & *tertium*.

§. 38.

Quod Legatos *innocentes* eosqve *legatos* attinet, illorum inviolabilitas haud dubie innititur præceptis communibus juris naturalis de *vitando ſuperbia* & *non lædendis aliis*, ſive eum principem conſideres, *ad quem* Legatus miſſus eſt, ſive *tertium*, ejusmodi enim inviolabilitas indiſtincte debetur omnibus hominibus, adeoqve hac parte in Legatis nihil eſt peculiare, neqve opus eſt, ut qvantum privilegium eorum contra vim injuſtam attinet, hic refugium qværamus in majeſtate principis, qvem repræſentant.

§. 39.

Neqve adeo dubium eſt, ſi innocentibus legatis ab amico miſſis, contumelia

vel

Vel damnum datum fuerit, juſtè id vindicari per bellum, eoqve pertinet exemplum Legatorum Davidis.

§. 40.

Legatorum *ſagatorum*, qvi ab hoſte veniunt, ſecuritas *ante admiſſionem* dependet à ſolo præcepto *de præſtandis officiis humanitatis*. Cùm enim regulariter hoſtem lædere poſſis, ſemper tamen, etiam abſtrahendo à promiſſo in medio bello officium humanitatis utrumqve hoſtem inclinare debeat ad ſtudium pacis, inde hoc caſu princeps ſive *tertius*, ſive is, *ad qvem* Legatus mittitur, ſi Legatum non admiſſum interficiat, præceptum de non lædendis aliis, qvod inter hoſtes non obſervatur, haud violat, ſed violat ſaltem humanitatis officia.

§. 41.

Adeoqve hoc paſſu *bonam cauſam juſti belli* non præbet, ſed *veterem*, *ſi ea juſta fuerit*, firmat.

§. 42.

Dico *ſi cauſa juſta fuerit*, nam ſi cauſa fuerit injuſta, hoc eſt, ſi is, qvi legatum mittit, alteri, ad qvem legatus mittitur, injuriam intulerit, ne qvidem violatio nem



onem Legati pararem belli ju una parte transferre in alteram, lædens per legatum obtulerit nes pacis, hoc eſt, ſatisfaction juria illata.

§. 43.

*Poſt admiſſionem* verò Legat itas firmatur inſuper pacto, ejus *ad qvem* miſſus eſt, qvàm tii, qvod ipſum, ſi innocenter re nolint.

§. 44.

Rariùs tamen hoc pactum e primitur, ſed plerumqve tacit numerandum eſt, & exind Qvoniam ut diximus, etiam negotiis pacis ſine internun non poteſt, & verò ſine in Legatorum negotium vel n *initium*, quia nemo facilè ſub h lo ſuſcepturus eſſet legation Reſpublica etiam homines be (qvi maximè ad legationem tur) honeſtè ad eam coger *nullum* haberet *animum*, ſi Leg poſſet interfici, vel certè *diſ* punè poſſet vexari; igitur p

onem Legati putarem belli juſtitiam ab una parte transferre in alteram, niſi fortè lædens per legatum obtulerit conditiones pacis, hoc eſt, ſatisfactionem de injuria illata.

§. 43.

*Poſt admiſſionem* verò Legatorum ſecuritas firmatur inſuper pacto, tam intuitu ejus *ad quem* miſſus eſt, quàm intuitu *tertii*, qvod ipſum, ſi innocenter vivat, lædere nolint.

§. 44.

Rariùs tamen hoc pactum *expreſſis verbis* initur, ſed plerumqve tacitis pactis annumerandum eſt, & exinde colligitur, qvoniam ut diximus, etiam in bello de negotiis pacis ſine internunciis tractari non poteſt, & verò ſine inviolabilitate Legatorum negotium vel non haberet *initium*, quia nemo facilè ſub hoc periculo ſuſcepturus eſſet legationem, neqve Reſpublica etiam homines bene meritos (qvi maximè ad legationem reqviruntur) honeſtè ad eam cogere poſſet; vel *nullum* haberet *exitum*, ſi Legatus impunè poſſet interfici, vel certè *difficilem*, ſi impunè poſſet vexari; igitur poſitis his circumſtan-

cumſtantiis, & quia pacta tacita frequenter ſe in eo fundant, qvod *qui concedit finem, concedat etiam media ad obtinendum finem ducentia*, ſemper verò inferunt, qvod in dubio homines etiam facta pro ejusmodi ſignis uſurpare velint, qualia ea eſſe voluerint communiter alii homines, quilibet homo recta ratione utens ita concludit: Admiſit Legatum; ergo ſecuritatem promiſit.

§. 45.

Loquor verò de pactis *tacitis* non de *præſumptis*, de quorum differentia latius egi libro ſecundô. Neqve enim obligatio poſt admiſſionem alium fontem habet quàm conſenſum verum, neque citra conſenſum alia lex principes obligat ad inviolabilitatem, qvam illa ſaltem de præſtandis humanitatis officiis.

§. 46.

Igitur hoc pactum tacitum *novum tamen effectum producet*, ut ſi Legatus innocens violatus ſit poſt admiſſionem, juſta belli cauſa oriatur, vel certè à lædente ad principem læſi transferatur, qvia pacta transferunt jus perfectum.

§. 47



§. 47.

Fluit ex dictis, qvod Legatu
tum demum inviolabilitatem ſ
prætendere poſſit, ſi à principe
erit *admiſſus*, certè nullam co
cauſam habet, ſi prohibitus ac
nerit tamen, niſi in qvantum
humanitatis Principem alter

§. 48.

Qvin imò ſi princeps Leg
tum non admittat, niſi *ſub b*
expreſſè, ut libertatem læder
bi reſervet, putarem & tun
nem violari ſaltem principis,
gatus, jus imperfectum. Ne
admiſſione poteris conſen
principis inferre ob regular
quod fruſtrà quæramus de
cito, qvoties conſtet de expr
rio.

§. 49.

Et hoc inſuper ex dictis d
qvod Legatus, Sagatus ma
rè perſonam præmiſſo min
ſigno à Gentibus recepto *ſig*
debeat, qvoniam citra han
nem, princeps tertius vel a



Digitized by Google

§. 47.

Fluit ex dictis, qvod Legatus *Sagatus* tum demum inviolabilitatem ſtricto jure prætendere poſſit, ſi à principe altero fuerit *admiſſus*, certè nullam conqverendi cauſam habet, ſi prohibitus accedere venerit tamen, niſi in qvantum tunc officia humanitatis Principem alterum ligant.

§. 48.

Qvin imò ſi princeps Legatum ſagatum non admittat, niſi *ſub hac conditione* expreſſè, ut libertatem lædendi ipſum ſibi reſervet, putarem & tunc per læſionem violari ſaltem principis, cujus eſt Legatus, jus imperfectum. Neqve enim ex admiſſione poteris conſenſum tacitum principis inferre ob regulam vulgatam, quod fruſtrà quæramus de conſenſu tacito, qvoties conſtet de expreſſo contrario.

§. 49.

Et hoc inſuper ex dictis deduci poteſt, qvod Legatus, Sagatus maximè, maturè perſonam præmiſſo miniſtro vel aliô ſigno à Gentibus recepto *ſignificare alteri* debeat, qvoniam citra hanc ſignificationem, princeps tertius vel ad qvem mitti-

tur, eſt in juſta ignorantia, nec poterit accuratè dici, qvod Legatum admiſerit.

§. 50.

Deniqve & hactenus dicta eò extendimus, ut procedant etiam in Legato, *qvi ſuſcipiendæ pacis & indicendi belli cauſa miſſus eſt*, qvoniam moribus gentium per præconem aut legatum facta belli indictio, fuit & eſt tacita qvædam profeſſio, ejus ex præſcripto rectæ rationis, hoc eſt, cum intentione pacifica gerendi. Qvapropter è contrario bellum prorſus implacabile ſignificaturi *ἀκήρυκτον* illud vocabant, id eſt, non denunciatum. Adde quod Legatus hoc ipſum munus pacatè exeqvatur, hoc eſt, verbis innocentibus, non armis pugnacibus, qvo reſpectu ſalvari poteſt ſententia Torqvati Taſſi, dicentis omnem Legatum pacis virum eſſe.

§. 51.

Hactenus de Legatis innocentibus. Reſtant *nocentes*, qvorum noxa duobus modis conſiderari poterit. Vel enim deliquerunt *ipſi* citra juſſum principis ſui, vel *exeqvuntur* delictum, qvod *princeps eorum* juſſit, vel agitur de imputando ipſis delicto *ſolo principum* ipſorum.

§. 52



§. 52.

*Primam* claſſem qvod attinet,
renda ſunt. *Qvibus delictis excid*
*ſunt immunita?* Deinde *qvousqve ex*
qvæ vindiciæ delictis ejus op
poſſint?

§. 53.

De *priori tres* ſunt ſententi
*una ex omni* cujuscunqve for
privilegium ſecuritatis abjudic
*altera ex nullo, tertia non ex om*

§. 54.

*Prima* fortè procedet in *nu*
nam principis non referentib
mox dicenda, vel etiam in Le
*ſte* miſſis, non ſolum, qvia, q
damnum, quà talis non po
officium humanitatis, ſed &
ex qva ex admiſſione Legati ſ
mus pactum tacitum, de con
curitate, tantum valet pro in
non procentibus.

§. 55.

*Secunda* verò omnino iniq
riorem faciendo conditione
quàm Legati, adeoque pe
ceptum cuſtodiendæ æqual

§. 52.

*Primam* claſſem qvod attinet, duo qværenda ſunt. *Qvibus delictis excidat Legatus ſanctimonia?* Deinde *qvousqve excidat?* ſeu qvæ vindiciæ delictis ejus opponi jure poſſint?

§. 53.

De *priori tres* ſunt ſententiæ, qvarum *una ex omni* cujuscunqve formæ delicto privilegium ſecuritatis abjudicat Legato, *altera ex nullo, tertia non ex omni* tantum.

§. 54.

*Prima* fortè procedet in *nunciis* perſonam principis non referentibus, propter mox dicenda, vel etiam in Legatis *ab hoſte* miſſis, non ſolum, qvia, qvi alteri dat damnum, quà talis non poterit petere officium humanitatis, ſed &, qvia ratio ex qva ex admiſſione Legati ſagati intulimus pactum tacitum, de concedenda ſecuritate, tantum valet pro innocentibus, non procentibus.

§. 55.

*Secunda* verò omnino iniqva eſt, deteriorem faciendo conditionem principis quàm Legati, adeoqve peccans in præceptum cuſtodiendæ æqualitatis, fontem re-

reliqvorum omnium quæ homo homini debet.

§. 56.

*Tertia* verò ſecurè inter duas extremas medio locô incedit, nec omni delicto jus tutæ legationis perimi nec nullo. Non *omni*, ne legatum detrudamus ad ſcabella vulgarium peregrinorum: Neqve *nullo* tamen, ne cuivis flagitio aperiatur feneſtra.

§. 57.

Qvo ergo? Breviſſime, 1. *manifeſto* 2. *atroci*.

§. 58.

Conſiderandum enim eſſe diximus Legatum eminenter ita dictum, ut repræſentet perſonam principis ſui, igitur qvod delictum *principi* ſuo non condonandum foret, neqve ipſi ignoſcendum & vice verſa.

§. 59.

Propterea ſi *non manifeſtum* eſt crimen, non poterit lædi Legatus, quia non eſt ſubditus alterius, ut in ipſum inquiſitio poſſit inſtitui.

§. 60.

Quin & ſi manifeſtum ſit, non *atrox* ta-



tamen, ſed leve, condonand
eſt, & diſſimulandum, qvonia
mularet ex legibus amicitiæ
ab ipſo ejus principali tale qvid
miſſum.

§. 61.

Sed nova hic ſe aperit diffi
niendi delicti *levis* & *atrocis*. N
conſentire poſſumus illi
qvod atrox delictum ſit illud
naturæ capitaliter punit; Lev
us, qvia jam ſuprà diximus, le
nullam pœnam dictare.

§. 62.

Fortè commodius ita dice
licta eſſe *atrocia*, qvæ tendun
dum ſtatum publicum, qua
ditis Principis, apud qvem
tus, auferunt, aut aliàs eosde
re & bonis enormiter lædu
mis ſi ſint perſonæ principi

§. 63.

Unde jam facilè patet, qv
beam pro *levibus*, inter qvæ
aliqva in ipſum principem a
ſpeculatorem agat, ſi ling
abutatur ad maledicta levio

tamen, ſed leve, condonandum potius eſt, & diſſimulandum; qvoniam ita diſſimularet ex legibus amicitiæ princeps, ſi ab ipſo ejus principali tale qvid fuerit admiſſum.

§. 61.

Sed nova hic ſe aperit difficultas definiendi delicti *levis* & *atrocis*. Neque enim conſentire poſſumus illi deſcriptioni, qvod atrox delictum ſit illud, qvod lex naturæ capitaliter punit; leve qvod mitius, qvia jam ſuprà diximus, legem naturæ nullam pœnam dictare.

§. 62.

Fortè commodius ita dicemus, illa delicta eſſe *atrocia*, qvæ tendunt ad turbandum ſtatum publicum, quæ vitam ſubditis Principis, apud qvem degit Legatus, auferunt, aut aliás eosdem in honore & bonis enormiter lædunt, præprimis ſi ſint perſonæ principi caræ.

§. 63.

Unde jam facilè patet, qvæ delicta habeam pro *levibus*, inter qvæ etiam refero aliqva in ipſum principem admiſſa, v.g. ſi ſpeculatorem agat, ſi lingva procaciter abutatur ad maledicta leviora, aut minas.

§. 64.

Quamvis neque diſpliceat ſententia eorum, qui ſtatuunt, *diſſimulandum* eſſe delictum leve in *privatum* commiſſum; ſi in Principem, *finibus jubendum excedere* Legatum & ſine reſponſo dimittendum.

§. 65.

In *altera* quæſtione: *Quales Legati crimen atrox & manifeſtum patrenti oppoſ..*, *poſſint vindicias?* diſtinguo aut crimen illud directò ſtatum aut dignitatem *principis* lædat, an *privatum*.

§. 66.

*Illo* caſu delictum ſive inerme ſit, ſive armatum, hoc eſt, ſive ad ſeditionem inclinet animos ſubditorum, aut conjuret ipſe, aut conjurantibus conſilio adſit, ſive cum rebellib9 aut hoſtibus gladium educat, aut homines ſuos contra ſtatum publicum armet, vindicari poterit, etiam per *internecionem* Legati, non quidem ut ſubditi, ſed ut *hoſtis*, quia nec ipſe princeps ejus ſi talia tentaret, meliorem tractationem expectare deberet.

§. 67.

Neque refert, conjurationem illam adhuc eſſe inermem, niſi putemus, nefas quo-



que eſſe dormientem hoſ... primere, aut inter molimina cer... hoſtem præ venire.

§. 68.

Quod ſi contigerit, ejusmodi ... incolumem evadere, poterit p... cipe ejus, ut *dedatur*, neque hic... re poterit, ſi ad ejus pœnam ... quia tum Legatus ſe geſſit ut h... hoſtes non puniuntur à tertio, ... centur ab eo, cujus hoſtes ſu... quod hic pœnarum finis ceſſet.

§. 69.

Hoc verò caſu ſi crimine atr... *privatum*, non ſtatim pro hoſte ... ad quem miſſus eſt haberi d... quemadmodum ipſe ejus prin... le quid admitteret, antequam ... ceret ei decernere, compellar... eſſet de ſatisfactione ſpontanea ... ratione æquius hic eſt, ut Prin... quem delictum commiſit, eum ... gio, ad ſuum principem remi... *deditionem* ejuſdem, aut *pœnam* ... mandet.

§. 70.

Ita tamen, ut *Dominus* Lega...

qvoqve eſſe dormientem hoſtem opprimere, aut inter molimina certa deprehenſum prævenire.

§. 68.

Qvod ſi contigerit, ejusmodi Legatum incolumem evadere, poterit peti à principe ejus, ut *dedatur*, neqve hic ſe liberare poterit, ſi ad ejus pœnam ſe offerat, quia tum Legatus ſe geſſit ut hoſtem; at hoſtes non puniuntur à tertio, ſed coercentur ab eo, cujus hoſtes ſunt. Adde qvod hic pœnarum finis ceſſet.

§. 69.

Hoc verò caſu ſi crimine atroci læſerit *privatum*, non ſtatim pro hoſte principis, ad quem miſſus eſt haberi debet, ſed quemadmodum ipſe ejus princeps, ſi tale quid admitteret, anteqvam bellum liceret ei decernere, compellendus prius eſſet de ſatisfactione ſpontanea, ita eadem ratione æquius hic eſt, ut Princeps apud qvem delictum commiſit, eum cum elogio, ad ſuum principem remittat, & aut *deditionem* ejuſdem, aut *pœnam* ab illo demandet.

§. 70.

Ita tamen, ut *Dominus Legati electionem* habe-



Digitized by Google

habeat an punire, an dedere velit. Vergeret enim in contemptum Domini, ſi Princeps alter ipſum punire vellet, qui tamdiu perſonam domini ſui repræſentat, qvamdiu apud alterum eſt, eam verò deponit demum ſi ad principem ſuum redierit. Qvare, cũ ob dictam rationẽ forum delicti commiſſi hic locum ſibi nõn vindicet, cõtentus erit privatus iſte cæſus foro domicilii, vel certè fingendum eſt, ac ſi Legatus demum poſt reditum in domicilio delictum commiſerit.

§. 71.

Dixi *remittendum* eſſe Legatum. Etſi enim etiam princeps, in cujus territorio peccatum eſt, poſſit ſontem tenere in vinculis, donec alter vel eum avocet ad pœnam, vel hunc ſubditum abdicare ſe teſtetur, remiſſio tamen non ſaltem eſt modus civilior, ſed etiam magis alendæ paci facere videtur.

§. 72.

Iſta enim detentio non ſolum declararet aliqvam diffidentiam erga Dominum Legati, ſed & vergeret in contemtum ipſius principis, cujus characterem adhuc Legatus gerit. Adde qvod regulariter, qvi

qvi



qvi non habet jus puniendi, non
etiam jus apprehendendi.

§. 73.

De *ſecunda* claſſe delictorum à
commiſſorum ex ſui *Principis* j
dem definitiones erunt repeten
hactenus recenſuimus, quia &
Legatum conſideravimus ut
rem principis ſui gerentem, ni
cere velis, tum Legatum priva
citer lædentem ad principem
prudenter remitti, qvoniam p
lius ut delicti conſors neqve p
puniturus Legatum, aut dedi

§. 74.

Ergo hic putarem, tamdiu
vinculis conſtringi poſſe, d
dominus ſatis caveat de ſatisfa
ob injuriam à Legato, quám à

§. 75.

Communes verò *nuncii* &
nam principis non gerunt u
nullam conqverendi cauſam h
g. ob verba contumelioſa j
ſui in alterum effuſa ſtatim in

§. 76.

Illud autem abſurdum eſ

Digitized by Google

qvi non habet jus puniendi, non habeat etiam jus apprehendendi.

§. 73.

De *ſecunda* claſſe delictorum à *Legatis* commiſſorum ex ſui *Principis juſſu* eædem definitiones erunt repetendæ, quas hactenus recenſuimus, quia & hactenus Legatum conſideravimus ut characterem principis ſui gerentem, niſi fortè dicere velis, tum Legatum privatum atrociter lædentem ad principem ſuum imprudenter remitti, qvoniam princeps illius ut delicti conſors neqve probabiliter puniturus Legatum, aut dediturus ſit.

§. 74.

Ergo hic putarem, tamdiu Legatum vinculis conſtringi poſſe, donec ipſius dominus ſatis caveat de ſatisfactione tam ob injuriam à Legato, quám à ſe illatam.

§. 75.

Communes verò *nuncii* & qvi perſonam principis non gerunt ut tubicines, nullam conqverendi cauſam habent, ſi v. g. ob verba contumelioſa juſſu domini ſui in alterum effuſa ſtatim interficiantur.

§. 76.

Illud autem abſurdum eſt, qvod qvidam

dam arbitrantur, *impune licere Legato exe-*
qvi qvicqvid ſibi à principe eſt manda-
tum, delictum verò ſoli principi impu-
tandum eſſe. Nam hôc pactô Legato plus
liceret in alieno ſolo, qvam ipſi ejus, ſi a-
deſſet, Principi, & contrà minus poſſet in
ſua ditione princeps, qvàm in domo ſuâ
Paterfamilias.

§. 77.

Circa *ultimam* claſſem, & ſi *princeps Le-*
*gati* inſcio Legato delictum commiſerit in
alterum principem, diſtingvendum erit,
qvid liceat læſo intuitu *Legati*, & qvid lice-
ceat intuitu *principis lædentis*.

§. 78.

Intuitu *principis* lædentis eqvidem ha-
ctenus licebit legatum lædere, qvatenus
mutua delicta non ſolum in privatorum
actionibus, ſed etiam in bellis principum
compenſationi locum faciunt.

§. 79.

Sed tamen erit hæc licentia *imperfecta*
qvia neutrum reddit ſecurum in conſci-
entia, ſed uterqve autori juris naturæ pœ-
nas debet, quemadmodum privati mu-
tuis delictis non poſſunt compenſare pœ-
nam à principe inferendam.

§. 80.

§. 80.

Intuitu igitur *Legati* dicendum eſt, *illicitam* planè eſſe ejus læſionem, qvia character principis, qvem gerit, privilegium ipſi affert, non adeo invertendus in ejus damnum, & qvia aliàs, accuratè loqvendo, neqve ſubditorum peccata principi, neqve principis ſubditis, ſi modo cætera ſint paria, debent imputari.

§. 81.

Unde non ſolum crudelis foret princeps, ſi *legatum* innocentem *trucidaret* eò qvòd Dominus Legati Legatum ejus innocentem interfecerit, ſed & eos à crudelitatis nota abſolvere nolim, qvi *tubicines* v. g. literas contumeliis plenas, qvarum tamen contenta ignorabant, afferentes, trucidarunt.

§. 82.

Conſideravimus inviolabilitatem Legati in ipſius perſona, non omittenda etiam illa, qvæ Legato connexa ſunt, puta *comites* & *res* ejus mobiles.

§. 83.

*Comites* inviolabiles ſunt acceſſorie & proinde quatenus legato videtur. Itaqve ſi qvid gravius deliqverint in privatos, po-

Digitized by Google

poſtulari à Legato poterit, ut eos dedat.

§. 84.

Quod ſi *dedere* nolit, vi non erunt abſtrahendi, ſed eadem hic erunt adhibenda, qvæ de delicto ipſius Legati diximus.

§. 85.

Sed qvid ſi Legatus comites ſuos ipſe *punire* velit? Præjudicium eſt: An Legatus jurisdictionem habeat in familiam ſuam. Qvod putamus ex conceſſione pendere ejus, apud qvem agit.

§. 86.

A qva itidem pendet, *an jus aſyli ſit fugientibus in domum Legati.*

§. 87.

*Res mobiles* habentur etiam acceſſio perſonæ Legati. Itaqve invito Legato pignoris cauſa aut ad ſolutionem debiti capi non poſſunt, nec per judiciorum ordinem, nec manu regia, qvia hoc tenderet in contemtum domini ejus.

§. 88.

Si qvid ergò debiti contraxit, &, ut fit, res ſoli eo in loco nullas poſſideat, ipſe compellandus erit amicè, ſi detrectet, is qvi miſit, ita ut extremum uſurpentur ea

qvæ

quæ adverſus debitores extra territorium poſitos uſurpari ſolent.

## CAPUT X.

# De Officio Erga Mortuos

§. 1.

Plato *juſtitiæ* tria ſtatuit genera, primum circa Deos, alterum circa homines, tertium circa *defunctos*. Nam & qvi ſacra ſecundùm leges faciunt, ſacrarumqve rerum curam habent, religioſi in Deos ac pii ſunt. Qvi verò mutua & depoſita reſtituunt, juſti erga homines ſunt. Qui autem vita functis juſta perſolvunt, tertiam illam juſtitiæ partem exeqvuntur.

§. 2.

Haud dubiè verò philoſophus iſte officium erga mortuos deduxit ex illa opinione, qvòd putaret, *animas hominum eſſe partes divinæ eſſentiæ* easqve ſeparatas à corpore de rebus humanis curam habere, qvin & virorûm honoratiorum animas *dæmones* effici, qvorum ſepulchra ſint colenda & adoranda. Et notum, à Romani-

manis etiam ſepulcra ad res divini juris fuiſſe relata.

§. 3.

Unde non rarò lex de ſepeliendis mortuis à Gentilibus Lex *divina* & *νό‑μιμον* dicitur. Nam & cultum ſepulcrorum ab oraculis repetebant.

§. 4.

Nobis verò iſtæ Ethnicorum nugæ ſeponendæ ſunt, & videndum adeò, an alunde officia erga mortuos deduci poſſint. Plerumque jus ſepulturæ dicitur eſſe pars juris Gentium voluntarii. Sed jus Gentium voluntarium non agnoſcimus. Alii ex præcepto *juris naturalis de officiis humanitatis* idem deducunt, ita tamen, ut principaliter illud referant ad capita juris naturalis, quod officia hominum in *ſocietate gentium* dirigat.

§. 5.

Sed neqve hoc nobis videtur accuratum eſſe, qvia nullum eſt dubium, qvin æqvaliter ac fortè magis homines in *ſocietate civili viventes* ſepeliant mortuos, ergo potius debitum ſepulturæ, ſi debitum eſt, pertineret ad præcepta abſoluta & qvæ in omnibus ſocietatibus ſunt obſervanda

ſervanda; qvàm ad *ſocietatem gentium* in ſpecie.

§. 6.

Deinde, qvod *officia humanitatis* attinet, obſcurius oſtendi ſolet, qvomodo ex præcepto de officiis humanitatis deducenda ſit concluſio de ſepeliendis mortuis, unde nimium qvantum hic variare ſolent, aliis ad humanitatem, aliis ad manſvetudinem, ad miſericordiam aliis, item ad religionem, pietatem vel juſtitiam aliis provocantibus; qvibusdam aſſerentibus, hoc officium non tam homini qvàm humanitati, id eſt, non tam perſonæ qvàm naturæ humanæ præſtandum eſſe.

§. 7.

Nos ut ex his fluctibus emergamus, putamus initio, verum eſſe, qvod *mortuis ipſis* alii homines jure naturali non ſint obligati. Vel enim ſpectas cadaver vel animam ſeparatam. Hoc, ut res inanima, nullius nec juris nec obligationis eſt capax. Animam ſeparatam ratio ſibi relicta ignorat, ſed qvicqvid hac de re ſcit, id ex revelatione habet. Dico *qvicqvid ſcit,* unde non curo argumenta ſcholaſticorum, vel revelationem rationi miſcenti-



Digitized by Google

um, vel falſis & ineptis demonſtrationibus hac parte utentium.

§. 8.

Ergo ſi qvæ ſubeſt obligatio ſepeliendi mortuos, ea talis eſt in ordine *ad alios homines viventes.*

§. 9.

Præſuppono autem, qvod per *ſepulturam* hic intelligatur aſſervatio cadaveris humani in peculiaribus locis terreſtribus, ita ut idem non relinqvatur paſtui avium ferarumqve, neqve etiam devoretur à viventibus.

§. 10

Qvo pacto tamen ſumitur iterum vel *latè*, qvatenus præcedentem corporum concremationem præſupponit, ut apud Romanos, vel *ſtrictè* qvatenus eandem excludit, ut apud nos Chriſtianos.

§. 11.

Qvocunqve modo ſepulturam conſideres, non poteris officium illud ex præcepto *legis naturalis* officia hominum inter ſe dirigentis demonſtrare.

§. 12.

Qvi enim ideo hoc debitum à natura repetunt, qvod *hominis corpus ex terra orti* ha-

*habeat ac terra iterum debeatur*, qvod Deus Adamo edixit, ii profectò non utuntur ratione à naturâ hominis petitâ, ſed ex revelatione divina, cum homo ſibi relictus neſciat, quid Deus Adamo dixerit, ac, etſi apud Ethnicos ſimilia reperiantur dicteria, jam aliqvoties monuimus multa hauſiſſe Gentiles ex converſatione cum Iſraelitis.

§. 13.

Eandem confuſionem admittunt illi, qvi ſepulturam deberi mortuis *ob ſpem reſurrectionis* putarunt. Qvanqvam & hic nulla ſubſit neceſſitas conſeqventiæ. Qvid enim? annon putandum eſt & homines ab anthropophagis devoratos, aut à beſtiis dilaceratos reſurrecturos eſſe?

§. 14.

Qvamvis igitur his ſimplicius ſit, aſſerere, cum homo cæteris animantibus præſtet, indignum viſum eſſe, ſi ejus corpore alia animantia paſcerentur, qvare inventam ſepulturam, ut id, qvantum poſſit, caveretur; vel etſi tales abeſſent injuriæ, proteri tamen ac lancinari corpus humanum, qvod alienum maximè ſit ab hominis *dignitate*; qvo pacto ſanè demon-



Digitized by Google

ſtrata videtur eſſe concluſio hæc ex præcepto de præſtandis humanitatis officiis; tamen nec hæ rationes ad probabilitatem, tantum abeſt, ad demonſtrationem ſufficiunt.

§. 15.

Qvæ enim de *dignitate* hominis hic afferuntur, qvemadmodum petitur, id quod eſt in principio, cum jam ſupra in qvæſtionibus conjugalibus iſtam methodum demonſtrandi à dignitate hominis vel pudore deſumptam, qvatenus non nititur peculiari aliqvo juris naturalis præcepto, rejecerimus; ita & multa alia afferri poſſunt, qvæ oſtendunt, dignitati iſti vel veræ vel fictæ neqve per ſepulturam conſuli.

§. 16.

Qvid enim an indignius putas cadavere humano paſci *aves* & qvadrupedes, qvàm ſi *vermes* illud devorent aut ignis abſumat? An indigniores creaturæ ſunt aves & feræ qvàm vermes, ignis aut terra? An vero ſoli illi populi dictamen juris naturalis obſervarunt, qvi cadavera condivere? Romani & Chriſtiani non obſervarunt?

§. 17.

§. 17.

Et mallem audire, ſi ex dignitate naturæ humanæ res foret decidenda, qvomodo anthropophagis reſpondere velles, ſæpe gloriantibus, & alios populos irridentibus, qvod non *dignius ſepulchrum* noverint, qvam ſi mortuos ſuos in ſuccum & ſangvinem redigant. Qvis verò non commendat factum *Artemiſiæ?*

§ 18

Porro ſi ſepulturam latè & ſtrictè dictam inter ſe comparare velis, utrum dignius eſt cadaver in *terra* putreſcere, qvam per *ignem* redigi in cineres. Sanè præſtantius elementum ignis à multis ſtatuitur præ terra.

§. 19.

Sed fortè lex *divina poſitiva* præceptum de ſepeliendis mortuis inculcavit. De particularibus ſeu forenſibus ſeu ceremonialibus inqvirere hujus loci non eſt. *Univerſalis* nulla extat. Neque enim iſta pœnæ dictatio, qvod Adamus debeat redigi in pulverem terræ, unde ortum ſumpſerit, præceptum ſepulturæ continet.

§. 20.

Qvid ergo tandem dicemus? Statuimus ſepulturam à *Chriſtianis* uſitatam juri naturali *non repugnare*, & *tutiſſimè* ab iiſdem retineri, qvoniam in Hiſtoriâ ſacrâ vident à primis orbis conditi temporibus homines terræ fuiſſe mandatos.

§. 21.

Neque tamen *alias gentes*, qvibus alia ſepulturæ ratio arriſit, in leges divinas univerſales peccaſſe.

§. 22.

Qvin & in Republica Chriſtianâ ad *Principem* pertinere, modum & ceremonias præſcribere in ſepulturis adhibendas, easqve absqve peccato *mutari* poſſe, qvod non ſolum de legibus à principe expreſſe latis intelligò, ſed & de ceremoniis moribus utentium & tacitô principis conſenſu introductis.

§. 23.

Quare ſive diurno, ſive nocturno tempore, ſive cum concionibus, ſive absque iisdem, ſive cum comitatu, ſive absqve eodem cadaver terræ mandetur, legibus qvidem divinis adverſum aliqvid committi dici non poterit, ſi qvis rationibus ma-

Digitized by Google

magis qvàm ex affectu velit diſſerere.

§. 24.

Unde jam facilè patet, multa hic ab iis, qvi jus ſepulturæ ex lege vel naturali vel Gentium deducunt, fruſtrà diſputari: potiſſimum an jus ſepulturæ *hoſtibus* debeatur, & inſigniter *facinoroſis*?

§. 25.

Qvod *hoſtes* attinet, uti bene facit qvi iſtos ſæpulturæ mandat, ita nullô argumentô demonſtratum fuit peccaſſe, qvi eos reliqverunt inſepultos. Neqve teſtimonia Gentilium hic curamus, qvorumq; falſam hypotheſin deteximus initio.

§. 26.

De *facinoroſis* ſtatuere princicipis eſt, qvinam ex iis ad emendationem aliorum ſepultura carere debeant, neqve lex divina aut gentium huic poteſtati refragatur, aut principi in determinatione hujus pœnæ regulas præſcribit.

§. 27.

Illud verò planè pro injuſto habeo, ſi qvis ob denegatam ſepulturam alterum



Digitized by Google

*bello petere* velit, etiamſi daremus, ex lege humanitatis deduci poſſe aliqvod ſepeliendi officium; nam officia humanitatis producunt jus imperfectum.

§. 28.

Qvod autem legatur, olim à Græcis non nunquam bella ex hac cauſa orta fuiſſe, nobis non obſtat, qvi non exemplis judicamus, ſed ratione.

§. 29.

Ut taceam, Græcos ex falſa perſvaſione, ac ſi ex lege divinâ & præcepto religionis jus ſepulturæ deſcendat, forte ad id fuiſſe commotos.



Digitized by Google

## CAPUT XI.

# De Applicatione Legum Divinarum.

§. 1.

Diximus initio, duas partes Juriſprudentiæ Judicialis eſſe, leges interpretandi & eas applicandi. De prudentia *interpretandi* hucuſqve egimus, reſtat, ut qvædam dicamus de prudentiâ *applicandi*, ſed paucis.

§. 2.

Siqvidem interpretatio legum divinarum qvidem in multis differt ab interpretatione legum humanarum, ſed applicatio utrobiqve eſt eadem.

§. 3.

Sumitur vero *applicatio* vel pro habitu *intellectus*, vel pro habitu *voluntatis*.

§. 4.

Pro habitu *intellectus* eſt prudentia *apte & juſte* accommodandi leges divinas.

§. 5.

Utrumqve reqviritur tum in *Advocato* tum in *judice*.

§. 6.

Ut *aptè* fiat, neceſſe eſt ut ex facto, qvod defendendum vel judicandum eſt, eruantur omnes circumſtantiæ, etiam minimæ, qvia minima circumſtantia variat jus.

§. 7.

Etiam eæ, qvæ factum antecedunt & conſeqvuntur, qvatenus & hæ ſæpe momentum aliqvod ad ipſum factum afferunt.

§. 8.

Media ad eruitionem facientia in factis antiqvis ſunt hiſtoricorum lectio, in recentibus teſtes & documenta.

§. 9.

Atqve per hæc media *advocatus* non tantum ſibi factum proponit, ſed & de ejus circumſtantiis *judici* vel *arbitro* fidem facit, hic autem an rectè an ſecus adhibita fuerint judicat.

§. 10.

Qvam ad rem qvidem non ſubtili aliqva prudentia eſt opus, qvoniam plerumqve demonſtratio talis adhibetur, quæ in ſenſus incurrit.

§. 11.

§. 11.

Niſi fortè per argumenta artificialia probatio ſit inſtituta, aut teſtes & documenta ſibi contradicant.

§. 12.

Ibi enim *judex* inſtructus eſſe debet prudentiâ bene ratiocinandi, & peritiâ illius diſciplinæ, ex qva argumentatio eſt petita.

§. 13.

Hic verò naturalis aliqva vivacitas reqviritur ex falſo eruendi verum, ad qvam augendam multum conducit lectio hiſtoriarum de judicibus prudentibus, & meditatio ingeniorum humanorum, tum & inſtructio, qvam communiter, qvi de proceſſu inquiſitorio ſcripſerunt, dant judicibus, circa formandos articulos inqviſitorios.

§. 14.

Qvod ſi probationes ſunt maximè intricatæ, in dubio pronunciandum erit pro reo vel poſſeſſore.

§. 15.

Ut *juſta* fiat applicatio, jam ab aliis fuſius eſt expoſitum, qui de officiô & conſcientia

entia

Digitized by Google

entia judicis vel Advocati ſcripta prodiderunt.

§. 16.

Ad applicationem pro habitu volumtatis acceptam reqviritur experientia, ut qvis ſæpe & apte & juſtè leges divinas applicet ad facta obvenientia.

§. 17.

Neqve tamen hic expectare qvis debet donec à partibus rogetur, ut eis patrocinium aut arbitrium præſtet, qvia ex hiſtoria antiqva tam ſacra qvam profana multa facta proſtant, in qvibus ingenium exercere poſſit. Specimen dedimus in diſſertatione de Sponſione Romanorum Caudina.

FINIS LIBRI TERTII.

Digitized by Google

Neque tamen

FINIS LIBRI TE

Digitized by Google

Digitized by Google